3 **BAILLOU (Guillaume de).** Opera omnia medica - Venetiis, Geremia, **1734-1736** - QUATTRO TOMI in 4° cart. originale, pp. (18)-392-XII-470-XVI-522-XVI-350. Magnifico **ritratto** in rame f.t., testatine a capolettera ornamentali. **L. 1.000.000**
(***Prima ed unica edizione italiana***; *Blake, 27;* ***"De Baillou, the first epidemiologist of modern times****, foreshadowed much that was afterwards taught by Sydenham. He first described whooping-cough and introduced the term* ***rheumatism****. He was Court physician during the reign of Henry IV of France"; Garrison-Morton, 60 per questa edizione. V.a. 1673,5047,5085). Magnifica opera di un magnifico autore.).*

1995

GULIELMI
BALLONII
OPERA OMNIA MEDICA

TOMUS PRIMUS.

GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

EPIDEMIORUM ET EPHEMERIDUM LIBRI DUO,


STUDIO, & OPERA

M. JACOBI THEVART,

Medici Parisiensis, digesti, Scholiis aliquot illustrati, & in lucem primum editi:

Prodeunt secundo emendatissimi, & Græcarum dictionum passim occurrentium interpretationibus insigniter aucti.

Ἀφόβως βιώσειν, ἢ μὴ λανθάνειν,
Φθεγξόμενα πρότερόν τε πεπαίνειν.



VENETIIS,
APUD ANGELUM JEREMIAM,
Via Mercatoria sub signo Minervæ.

MDCCXXXIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.


GULIELMI
BALLONII
MEDICI PARISIENSIS
CELEBERRIMI
EPIDEMIORUM
ET
EPHEMERIDUM
LIBRI DUO.

STUDIO, & OPERA

M. JACOBI THEVART,

Medici Parisiensis, digesti, Scholiis aliquot illustrati, & in lucem primum editi.

Prodeunt secundo emendatissimi, & Graecarum dictionum passim occurrentium interpretationibus singulariter aucti.



VENETIIS,
APUD ANGELUM JEREMIAM,
Via Mercatoria sub signo Minervae.

MDCCXXXIV.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



VIRO. CELEBERRIMO.
ÆCQUE AC. DOCTISSIMO.
RERUM. NATURALIUM. SOLLERTISSIMO.
SCRUTATORI. ET. CONQUISITORI. INCLYTO.
FAUTORI. BONARUM. ARTIUM.
MUNIFICENTISSIMO.
ILLUSTRISSIMO. DOMINO.

HANS. SLOANE.

BARONETTO.

COLLEGI. REGALIS. MEDICORUM. LONDINENSIUM.
ET. REGIÆ. SOCIETATIS.
AMPLISSIMO. PRÆSIDI.
POTENTISSIMI.
MAGNÆ. BRITANIÆ. REGIS.

GEORGI. II.

ARCHIATRO.

REGIÆ. SCIENTIARUM. ACADEMIÆ.

PARISIENSIS. ET. BEROLINENSIS. SOCIO.

SUIS. SCRIPTIS. ÆTERNUM. VICTURO.

GULIELMUM. BALLONIUM.

MEDICUM. PARISIENSEM. PRÆSTANTISSIMUM.

DECANUM. ET. ANTIQUIORIS. SCHOLÆ.

MAGISTRUM.

IMMENSÆ. IN. ARTE. MEDICA. UTILITATIS.

NOVISSIMA. EDITIONE. RURSUS.

EXCUSUM. ET. AUCTUM.

OBSEQUENTISSIMUS. VOVET. ET. DICAT.


ANGELUS. JEREMIA. TYPOGRAPHUS.

VENETUS.

NOBILISSIMO
AC SPECTATISSIMO
VIRO DOMINO
CAROLO BUVARDO

In utroque Regis Consistorio Secretiori Consiliario, & Archiatrorum Comiti dignissimo,

JACOBUS THEVART,
Medicus Parisiensis, S.P.D.



ULTIS gentibus eum morem fuisse legimus (Vir amplissime BUVARDE) *ut mola salsa & lacte Diis supplicarent, si deficerent tura, quibus Deos patrios rite venerarentur: neque umquam culpæ aut vitio datum fuit Deos summa religione colere, aut heroas aliquo officii & obsequii genere prosequi. Maximo sic quondam Regi a tenuis census opifice oblatum fuit ὑδάτιον, quod is benignissime excepit, plurisque dantis animum & religionem, quam muneris pretium & dignitatem æstimavit. Dabis, si placet, pariter veniam,* Archiatrorum Comes dignissime, *si hos Epidemiorum & Ephemeridum libros a Clarissimo BALLONIO, plurimum olim tibi commendato, studiose lucubratos, amplissimi muneris instar tuæ dignitati & auctoritati voveo atque offero; quum non suppetat magnificentius aliud, quod ad tuos tholos appendam. Levidense fateor, ut par est, hoc munusculum æstimabis, si ex tua dignitate, aut eruditionis absolutæ gloria spectetur: Verum si novitas rebus omnibus aliquid pretii & dignitatis adferre solet, non est quod diffidam quin aliquam apud te gratiam ineat. Nullus enim, ex clarissimis nostri ordinis proceribus in hunc usque diem, de Constitutionibus aeris imperii nostri Gallici, & anniversariis temporum vicissitudinibus, quicquam scriptis aut litteris mandavit. Quæ tamen temporum*

tempestatumque vices & aeris κατασάσεις, *in Medicina facienda tanti momenti exsistunt, ut in iis* τὸ θεῖον *reperiri, parique ratione, a temporum mutationibus potissimum oriri morbos scripserit Hippocrates. Quamobrem apud suos, hanc Medicinæ partem divinus Senex diligenter excoluit, sexque aureis plane libris comprehendit. Nemini igitur mirum videri debet, si præ ceteris* BALLONII *operibus, hosce de Morbis, qui apud nos populariter superioribus annis grassati sunt, libros, tibi tuoque nomini nuncupandos selegi. Nam quum in Hippocratis & Galeni lectione sis versatissimus, nihilominus tamen divinis Hippocratis Epidemiorum libris potissimum te delectari fama prædicat. Unde mihi sperare licet, quod animi relaxandi gratia, anniversarias hasce cæli nostri constitutiones curiosius legere non aspernaberis, in quibus nonnulla forte comperies, quæ prestans tuum ingenium recreabunt, & grave tuum judicium exspectant: nam si hæ lucubrationes a te probatæ fuerint, non est quod cujusvis censuram, aut maligni livoris dentem postmodum reformident. Is enim es unus pulcherrimo illo Madaurensis philosophi dignus elogio, inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter utrosque optimus; Is, inquam, qui post summam in visendis ęgris curam & sedulitatem, post tot devictos & superatos populares morbos, tot præstantes viros orci faucibus ereptos, ad supremum medicæ dignitatis fastigium evectus fueris. His pręclaris titulis & nominibus artis scilicet peritia, probitate, prudentia, fide, integritate, vigilantia,* εὐτυχίᾳ *denique, Regis invictissimi & justissimi vitam tueris sanitatemque moderaris; Hanc sępius nutantem, & prope labantem (sed maxime dum potentissimæ morborum causæ regione fervida, æstuoso cælo, sævientibus passim popularibus morbis iisque periculosissimis, Principis generosissimi, immo totius regni incolumitati insidiarentur) singulari tu, & prope divina* ἀγχινοίᾳ *& mirabili* εὐνοίᾳ *stabilivisti, atque confirmasti. Quid plura? ad tam laudabilem* εὐεξίας *&* εὐκρασίας *gradum beatissimis tuis consiliis Regem potentissimum perduxisti, ut ille Augustissimæ* Borboniorum *stirpi, imperio Gallico, totique orbi tamdiu desideratam & exoptatam prolem magna omnium admiratione ac lætitia fortunaverit. Quos istos tuos honores ac faustos rerum exitus, Deum Optimum Maximum oro, atque obtestor, ut bene ac feliciter provehat, teque nobis incolumem quam diutissime servet. Vale. Lutetiæ Parisiorum Kal. Aprilis. Ann. a salutifero partu M. DC. XL.*

BENE-

BENEVOLO LECTORI
JACOBUS THEVART
MEDICUS PARISIENSIS,
S. D.



VETUS est, sapientumque omnium calculo comprobata sententia (BENEVOLE LECTOR) non nobis solum natos nos esse, sed & Patriæ: quam qui pro sua virili nulla umquam ratione adjuverint, indigni profecto sunt, qui aliquod inter cives nomen obtineant, adeo ut, vel ipso referente Seneca, turpius nihil sit, quam grandis natu senex, qui nullum habet aliud argumentum, quo se probet diu vixisse, præter ætatem. Quod quum alta mente repostum gereret Clarissimus BALLONIUS, dignissimus quondam facultatis nostræ Decanus, & antiquior Magister, ita dum viveret semper se domi forisque gessit, ut posthabita ac ferme neglecta rei domesticæ cura, totus is utilitati publicæ deditus atque consecratus videretur. Testes ejus rei sunt hac in urbe superstites adhus plusquam sexcenti, quum nobiles ac locupletes, tum pauperes & egeni, quos pari sedulitate ac vigilantia invisit ægrotantes, & a morbis vindicavit gravissimis. Idipsum & abunde testantur præclara ejus monumenta, quibus conscribendis & elaborandis totum id, quod ex ægrorum curatione succidere tempus poterat, insumsit, quæque fatis ipse concedens apud me Nepotem, tamquam carissima pignora, deposuit, eo consilio, ut captata per me εὐκαιρίᾳ ederentur aliquando: sicque is ipse non præsens tantum coætaneis suis, sed & vita functus posteritati prodesset. Nec sua illum hactenus fefellit exspectatio; quippe ex ejus Consiliis jam ante annos aliquot evulgatis, Philiatrῶν plerique fatentur palam ac ingenue plurimum se adeptos, & ad perite, ornateque de rebus medicis disserendum, & ad medendum periculosis non paucis affectibus. Verum longe majoris apud me ponderis semper fuit Nobilissimi & meritissimi Archiatrῶν Comitis BUVARDI de Consiliis ipsius, deque Auctore judicium, quem ipse non semel pronuntiavit, talem olim se novisse, ut nihil ab eo nisi doctum, curiosum, & ad unguem elaboratum prodire posset. Quo certe elogio (quum laudari a laudatissimis viris singularis virtutis sit argumentum) quasi stimulo quodam vehementer me incitatum sensi ad alia quædam BALLONII Opera ex musei nostri latebris in publicum emittenda, ac præ ceteris Epidemiῶν & Ephemeridum libros duos: Definitionum medicarum unum: Commentarium in Theophrasti

Lib. I. de tranq. vita.

 in

in libellum de vertigine, ac tandem famosum illud Problema: Cur sauciatis dextra capitis parte convulsio sinistræ partis contingat. Quæ opuscula quatuor diversis etsi de rebus tractent, uno volumine visum æquum est comprehendere, quod singula mole exigua sint, rerum tamen ac sententiarum pondere amplissima, ex quibus si legere vacat, utilem juxta ac suavem fructum percepturus es. In prioribus enim duobus libris non modo morborum passim grassantium, ut ipsa pollicetur Ἐπιδημιῶν ἐπιγραφὴ, ideam & morem licebit observare, sed & anniversarias temporum constitutiones ac mutationes accurate descriptas illic invenies (quare & Ἐφημερίδες id operis nuncupatur.) Immo & memorabiles historias quasdam, rarasque auctoris observationes, nec non quæstiones scitu dignissimas passim offendes, quæ hisce titulis, Τετηρημένα καὶ Ἐρωτήματα ἀξιόλογα intelligi debent: Omnia denique tanta doctrinæ varietate ubique conspersa animadvertes, ut non immerito Πάρεργα quoque & Σύμμικτα idem hoc opus Auctor inscripserit. Quos ad libros scholia etiam nonnulla addidimus, quo facilius & promtius ad præcipuos & selectiores locos oculorum & mentis aciem intenderes. Ad librum autem Definitionum Medicarum quod spectat, parum absuit quin æternis illum tenebris addixerim, quod nempe id argumentum jam olim a JOANNE GORRÆO Medico Parisiensi doctissimo eleganter excultum, nuper vero ab ejus Nepote, aviti ut nominis sic & doctrinæ & virtutis hærede, tanta accessione locupletatum sit, ut vel ipse Aristarchus ad ejus perfectionem nihil desideret. Unde sic apud me reputabam, si post amplissimum hoc absolutissimumque GORRÆORUM opus pauculas BALLONII Definitiones in lucem profero, perinde exceptum me iri, ac si Noctuas Athenas, ut est in proverbio, comportarem: ideoque ab ejus eruditissimi libelli editione decreveram abstinere. Verum qui hasce BALLONII Definitiones perlustraverant docti quidam viri, meum id consilium neutiquam probaverunt, iis me verbis affati, quibus apud Homerum Automedontem affatur Alcimedon,

Hom. Iliad. 17.

——— τίς τοί νυ θεῶν νηκερδέα βουλὴν
Ἐν στήθεσσιν ἔθηκε

An non liquet, ajebant, aliud omnino scriptionis genus sequutos esse GORRÆOS, aliud BALLONIUM? qui nimirum spinosas dictionum & distinctionum ἀκριβολογίας vix attingens, totus in explicandis rebus obscurisq; Hippocratis & Galeni locis, Scholiastis instar, enucleandis occupatur. Ne invideas, iterabant, eam utilitatem Philiatris, quam aliunde consequi non possint. Quibus dictis ipse persuasus, non potui non manum admovere operi, hoc est, nullo certo ordine dispositas voces juxta litterarum Grecarum seriem describere, typisque excudendas tradere cum Epistola quadam ad L. DURETUM, ex auctoris Epistolis excerpta, qua constat se, si vixisset, opus hoc ipsi DURETO, quo usus erat Preceptore, dicaturum fuisse. At vero de Theophrasti libello περὶ ἰλίγγων, depravato quondam ac mutilo, nunc vero pristino suo nitori atq; integritati restituto, prima quidem habenda venit gratia BONAVENTURÆ GRANGERIO, Medico Parisiensi eruditissimo,

mo, a quo & Latinus olim factus, & scholiis aliquot illustratus est; sed iis ita brevibus, ut dictionis dumtaxat curam habuisse videatur. At BALLONIUS rebus ipsis quam nominibus magis addictus, nihil obscurum non abunde explicatum, nihil dubium non discussum ac solutum relinquit, omniaque ad vertiginis generationem, dignotionem & curationem pertinentia, quantumvis abdita sint, ita patefacit, ut tenebricosus ille affectus σκοτόδινος, jam pellucidus ac perspicuus haberi debeat. Huic autem de Vertigine tractatui ob affectuum affinitatem attexuimus celebrem illam, quæ multorum ingenia hactenus exercuit, quæstionem de Convulsione, quam adversus neotericum quemdam BALLONIUS ipse conscripsit, non ullo quemquam reprehendendi studio, ut ex eo liquet quod ejus nomini parcere voluerit, sed tantum veritatis indagandæ gratia. Pro quibus operibus ingenuo liberalique animo communicatis grande præmium reportavero, si intellexero aliquem ex iis ad te ægrosque tibi commissos fructum pervenisse: Immo ad elegantissimum ejusdem aucthoris Librum de Virginum & Mulierum morbis ad mentem Hippocratis, cis paucos menses σὺν Θεῷ edendum alacrius me accingam, quasque perferre oportet eum qui cum Typographis rem habet difficultates ac curas, tui gratia lubens ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit. Vale.





BENEVOLO LECTORI,

GULIELMUS

DE BAILLOU,

Doctor Medicus Parisiensis.


S. D.



VUm quisque nostrum ita vivit, ut se ad voluptatum illecebras natum non existimet: tunc brutorum more non negligit quid ante pedes sit, quid a tergo, quid denique sequens dies sit allatura. Sed prudenter temporum antecessiones animadvertit, & futuris quoad potest præsentia annectit. Frustra alioqui communi hoc cœlo frueremur, frustra alius ante alium nasceretur: sed melius natura ex communi quodam Chao, aut Democriti fortuito atomorum adhæsu concursuque homines produxisset, ut nil ante, nil post, nil molle & juvenile, nil senile foret & vietum. At quum illa sapienter nil universum profuderit, sed ætates constituerit, quibus homines inter se, tamquam in Comœdiæ actibus personæ distinguerentur: eam singulorum consensionem esse voluit, ut qui ante nati fuerint, tamquam usu rerum & temporis cursu triti calluerint, aliquid a se cognitum, visum, cultum, animadversumque ad posteros manu transfundant. Ut in id unum intenta posteritas augeat, minuat, melius faciat, limet, aut novum cudat. Quod si homini desit, deesse quoque illam vim oportet qua Deum prope attingit, nec quicquam est quo pecudes, quas ventri obedientes natura effinxit, ab homine vincantur ac superentur. Quæ causa fuit, ut anniversarias temporum vices, status eorum ratos, inconstantesque in memoriæ subsidium scripserimus, ut id ad usum ejus artis quam colimus, accommodetur. Siquidem qui spretis temporum observationibus, quorum par est & ad morborum cognitionem & curationem momentum & ratio, ad faciendam medicinam se accingit, idem is agit ac qui aliquo perventurum se confidit, quum ne constet quidem qua sit ingrediendum. Contra, præclare in obeundo sui officii munere versantur, quorum animo impressa est notitia antecedentium temporum, & consequentium progressus, ut quum morbi hujus aut illius indolis inciderint, aliquid novum contigisse non dicant, & novorum morborum, tamquam incogniti cujusdam monstri accessu ac fronte non terreantur. Quod iis accidit qui in diem vivunt, paullum admodum sentientes quid olim adventarit, atque ita ad admirationem sciolorum & plebejorum

rum

rum asylum confugiunt : Et dum rei admirationi incumbunt , multa sinunt elabi ac effluere, quorum facta copia immortalem gloriam iis acquireret . Si vero temporum quæ adsunt , sola ratio habenda, posthabita præteritorum cura, quo pertinet memoria, cui tamquam reconditiori thesauro rerum ante actarum observatarumque imago concreditur , ex quo tamquam penu quum usus erit, aliquid tandem eliciamus ? Unde historiam celebrarunt veteres , quod in ea omnium sæculorum , rerumque progressarum imago contineretur . Immo historiæ nomen deduxerunt ἀπὸ τοῦ ἱστάναι τὸν τῆς μνήμης ῥοῦν : *Quod illa cursum fluxumque memoriæ compescat ac retardet . At interea omnes rogatos velim quibus industriæ futurus est fructus aliquis , ut eum hebescere non sinentes adversaria conscribant, Divinum interea senem, cujus laus omnem memoriam est superatura , imitati : ut nos una incumbentes operi , unum aliquid moliamur , cujus fructus & utilitas ad posteros permanet . Vale. 4. Cal. Novembr. 1574.*



APPRO-

APPROBATIO.

EGO CAROLUS GUILLEMEAU in saluberrima Medicinæ facultate Parisiensi Decanus, Consiliarius, & Medicus Regis Ordinarius, fidem facio me Libros, qui inscribuntur: M. GUILLELMI BAILLOU Doctoris Medici Parisiensis Ἐπιδήμια, Ἐφημερίδες, Πάρεργα, Τετηρημένα, Ἐρωτήματα ἀξιόλογα, Σύμμικτα, seu *Epidemiorum* & *Ephemeridum Libri duo*, perlegisse; omniaque in illis juxta veram & legitimam Hippocratis & Galeni doctrinam summa cum eruditione exponi. Lutetiæ Parisiorum, octava Octob. Ann. Dom. 1636.

GUILLEMEAU Decanus.

JOANNES DE BOURGES,
Doctor Medicus Parisiensis,

JACOBUS CORNUTY,
Doctor Medicus Parisiensis.

Ad clarissimum THEVARTUM Parisiensem Medicum doctissimum, excudi curantem typis Avunculi BALLONII Opus de Morbis popularibus.

EPIGRAMMA.

B*ALLONIUS sparsos in vulgi corpora morbos*

Dum fugat, egregia profuit arte sibi.

Illius æternos dum nostra ætate labores

Æternis mandas, Clare Thevarte, *typis:*

Ballonio *famam Medico, populoque salutem*

Concilias, laudem sed magis ipse tibi.

JOANNES BERAULT
Medicus Parisiensis.

In

In Opuscula BALLONII
CAROLO BUVARDO,

Archiatrorum Comiti numquam satis laudato inscripta a JACOBO THEVARTIO, Medico Parisiensi.

EPIGRAMMA.

NON melius poteras inscribere opuscula nostri
BALLONII, fatum quæ populare fugant,
Et mille ingenii doctrinæque artibus, orco
Eripiunt prædam nocte dieque suam.
BUVARDO totum debetur namque, THEVARTE,
Quod servat populum Principis atque caput.
Ille unus populum simili quondam arte, ferina
Tactum, curavit restituitque, lue.
Ille unus Regem summo e discrimine vitæ,
Eque metu Francos arte sua eripuit.
Prodeat ergo sub hoc BALLONIUS, alterius quum
Vivere non possit mortuus auspiciis.

JACOBUS CORNUTY,
Doctor Medicus Parisiensis.

Epidemiorum Elogium.

CONSILIIS Medicæ robur concluserat artis,
Humano forsan dogmate BALLONIUS.
HOC, morbis quod ΘΕΙΟΝ inest, molimine summo,
Nec sine divino lumine, pandit OPUS.

GUILLELMUS SAUVAGEON,
Collegio Medic. Lugdun. Aggregatus.

In

In Commendationem Epidemiorum
M. G. DE BAILLOU,
CLARISSIMI MEDICI PARISIENSIS,
olim Decani & Antiquioris Scholæ Magistri.

EPIGRAMMA.

Plurima BALLONIUS *præclara volumina scripsit,*
Bellum cum morbis mente, manuque gerens.
In quibus excellunt scriptis Epidemica *tantum,*
Chironi *quantum præstitit* Hippocrates.
Sive docent Quintæ *superare pericula tussis,*
Sanguinis aut torrens sistere profluvium.
Seu sparsas late in populos restinguere febres,
Vulgatisque volunt pauca licere malis.
Hæc abstrusa prius nihil utilitatis habebant,
Auctoris mortem pæne secuta sui.
Quæ nunc ut THEVARTE *queant* Epidemica *dici,*
Hac, quam maturas, editione facis.

H. VALESIUS.

BENEVOLO LECTORI,

JACOBUS THEVART Medicus Parisiensis.

ERuta de cæcis Epidemica scripta tenebris,
Quæ juris fiunt, editione, tui;
Omnibus ista licet non sint placitura, quid obstat,
Juppiter haud cunctis ipse placere potest.
Attamen effugient stolidæ convicia linguæ,
Quum populi morbis adferat Auctor opem.
Nam vitium linguæ populares inter habetur
Morbos; quos docet hic arte fugare liber.

NOI

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padoa.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approbatione del P. F. *Tomaso Maria Gennari Inquisitore*, nelli Libri intitolati *Gulielmi Ballonii Medici Parisiensis de Virginum, & mulierum morbis. Ejusdem Consilior. lib. duo, Tomus primus, & Secundus. Ejusdem Epidemiorum, & Ephemeridum libri duo*, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo Licenza *ad Angelo Geremia Stampatore*, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librarie di Venetia, e di Padoa.

Dat. 26. Gennaro 1733.

(Gio: Francesco Morosini Caval. Refor.
(Andrea Soranzo Procur. Refor.
(Pietro Grimani Caval. Procur. Refor.

Agostino Gadaldini Segretario.

1733. 9. Febbraro.

Registrato nel Magistr. Eccell. contro la Bestemmia.
Angelo Legrenzi Segretario.




GUILIELMUS DE BAILLOU DOCTOR MEDICUS PARISIENSIS. ANNO ÆT. 43.
Vultum BALLONI cernis ſub Imagine, cujus
Præſtanti ingenio hoc nobilitatur opus.

GUILLELMUS DE BAILLOU,

EX LIBRO RENATI MORÆI DOCTORIS MEDICI PARISIENSIS ET PROFESSORIS REGII

De Illuſtribus Medicis Pariſienſibus.



NTER cetera ϗ καλὰ ϗ μιμήσεως ἄξια, hoc in Thucydide ſummum & eximium eſt, docente Halicarnaſſeo, quod neque mendacium ultro dixerit, neque ſuam ipſe conſcientiam prodiderit. Quiſquis ad hiſtoriam ſcribendam accedit, velim intelligat μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, præceptoque Phocylidis obſequatur:

Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτίτυμα πάντα ἀγορεύειν.

Sic ut nihil odio, nihil amicitiæ tribuat, non metuat, non ſperet, non parcat, non miſereatur, non erubeſcat. Ut hiſtoria fax eſt & lumen temporum, ſic hiſtoriæ veritas: ſine qua degenerat in fabulam ϗ εἰς ἀπάτην ϗ εἰς γοήτειαν. Sic mecum ab initio hujus operis conſtitui; ut nihil ad fucum, nihil ad pompam ſcriberem, nec diſſimulatis, ſi quæ ſint, criminibus, nec virtutibus, ſi deſint, inductis. *Elogiorum* ea lex eſt ut ſplendeant ſolis virtutum luminibus, neque ultra hos carceres progrediantur: liberiora ſunt βιογραφίας ſpatia, laudis & vituperii alternat vices, virtutis & vitii coloribus diſcriminatur, atque ut fidentius exſultat in commemoratione rerum præclare geſtarum, facinora tamen licet verecunde, ϗ ἀπὸ κηδεμονίας delibat: Facit quod Pictores ſolent qui dum venuſtas imagines penicillo exprimunt, nævos & umbras non prætermittunt, ne conciliandæ magis gratiæ quam delineandæ ſpeciei lenocinari videantur. In hoc ego imitatus graves & ſummos viros, in ipſa vitarum deſcriptione a nonnullis maculis interdum non abſtineo; non tam conviciandi pruritu & libidine, quam ut inſinuem non modo quod ſequendum, ſed etiam quod ſit fugiendum. Quod quidem non ideo longo deduximus exordio, ut in GUIL-

In judicio de Thucyd. Lucian. de ſcribenda hiſt. In poem. νȣθετ. Idem Lucia. ibid. Idem Halicar. ibid. Ut Elogia differant a vitiis Plut. in Cimone. Plutar. Sueton. Tacit. Caſſius, Herodia. Cor. Nep. Eunap.

LELMO DE BAILLOU, cujus historiam enarrandam suscipimus; multorum criminum aut vitiorum veniam deprecer, quam ut a me criminationem adulationis removeam; quod in illo culpandum nihil aut vituperandum invenerim.

Patria & natalia BALLONII *Parens Architectura peritus.*

Is Lutetiæ natus circa annum Christi millesimum quingentesimum tricesimum octavum, Nicolao patre (quod illi fuit cum Galeno singulare) Geometriæ & Architecturæ peritissimo: qui e generosa stirpe BALLONIORUM apud Unellos ad Nogentum Retrodi, ubi eorum est nobile prædium, oriundus; sedem & domicilium fortunarum suarum Lutetiam transtulerat; allectus favore atque amicitia *Guillariorum Mortariorum*, qui eo sæculo primos dignitatis gradus in imperio Gallico erant consecuti. Ex his enim senior supremus Ærarii Tribunus Catharinæ Mediceæ regia & egregia ædificia molienti, apud quam gratia valebat plurimum, *Nicolaum* obtulit, ut eximium Architectum qui linearem daret delineationem, & Sacelli illius politissimi Suessionensis Palatii, & scalarum regiarum quæ sunt in postica Lupara, quo opere nec augustius quicquam nec elegantius prisca sæcula viderunt. *Andreas* vero *Guillarius* in supremo Senatu Præses vir integerrimæ vitæ vel eo argumento quod solus cum Sancerræ Comite, & Cancellario Hospitalio Principis Condæi damnatoriæ sententiæ subscribere noluerit; *Guillelmum* Nicolai filium una cum liberis suis erudiendum in ludum litterarium miserit, ac propriis sumtibus aluerit. Florebat ea tempestate Academia Parisiensis non modo celeberrimis Professoribus, sed disciplinis institutisque severioribus: sic ut *Guillelmus noster*, quum esset proclivi ad artes & scientias ingenio, & ad virtutes a natura comparato, intra aliquot annos Græci Latinique sermonis peritissimus, Philologicarum & Philosophicarum rerum scientissimus, modestiæ, pietatis, temperantiæ, ceterarumque virtutum studiosissimus evaderet. Ut erat solitudinis amans, expers curarum, ludi & aleæ nescius, honestarum etiam voluptatum negligens, impatiens otii, librorum helluo, pulcherrimarum rerum avidus, prorsa, versaque oratione dies & noctes stilum exercens, primas in oratoria & poetica consecutus est: adeo ut qui purius Latine loqueretur, aut floridius scriberet, aut litteras pingeret elegantius, parem non habuerit. Ita feliciter emenso liberalium disciplinarum stadio philosophicisque studiis ex uno Aristotele delibatis, de *Pædagogia* cogitare cœpit; quæ ut hodierna die fæx est sæculi & ingeniorum remora, sic ea tempestate fax fuit eruditionis, virtutis & gloriæ seminarium. Annis aliquot in Montano Athenæo humaniores docuit literas, quæ ornamenta sunt superiorum disciplinarum, deinde invalescente eruditionis fama ad Aristotelem (quem nonnulli ex Academia exterminare contendebant) explicandum accitus & invitatus frequentissimum auditorium habuit nobilium illustriumque discipulorum, qui tam ex ejus ore facundo & erudito philosophiæ præcepta, quam ex modesto & verecundo ejus vultu virtutum exempla hauserunt. Interim vero sub *Rochæo*, *Contæo*, & *Dureto* seniore Parisiensibus Medicinæ Professoribus rudimentum ejus artis posuit, cujus postea futurus erat ornamentum. Tunc temporis erat Medicina velut in ætatis flore constituta, ex quo sub *Copo*, *Brissoto*, *Ruellio*, *Tagautio*, *Andernaco*, ex cineribus Arabum

Guillarii.

Andreas Guillarius. *Serranus ad annum 1560.*

Studia Ballonii.

Dotes ejus.

Litteras humaniores & philosophiam docet.

Studet Medicinæ.

revivifcens, & adolescens sub *Hollerio*, *Flexelio*, *Silvio & Fernelio*, qui beatissimis suis consiliis emorientem Valesiorum stirpem fecundissima prole ad vitam excitavisset; cœperat florere & vigere ducibus *Varadæo*, *Dureto*, *Rochæo*, *Fabro*, *Pietreo*, *Laffilæo*, auctoritate, gratia, dignitate, gloria, opibus locupletata. Hoc lenocinio excitatus *Guillelmus* ad præclarissimam artem, Baccalaureorum numero adscriptus est anno 1568. ac sequenti biennio post *Martinum Akakiam* ἰατροῦ παῖδα, primum in licentia gradum obtinuit; quum alioquin quatuordecim haberet Commilitones & Antagonistas, atque inter eos viros egregios doctrina & eruditione illustres *Antonium Valetum* Hollerii scholiasten, *Nicolaum Ellenium* scholæ nostræ Atlantem, *Henricum Blacuodæum*, *Jo: Amicum*, *Jo: Pelleterium*, *Claudium Bazinum*, & *Antonium Bruelium*, qui licet in eodem ordine, & sub iisdem ducibus cum GUILLELMO BALLONIO meruissent & pugnavissent, attamen non nisi post eum sacramento legibusque soluti missionem & exauctorationem adepti sunt. Renuntiatus Doctor a *M. Nicolao le Grand*, anno 1570. sic se ad omnia Doctoris munia & officia exsequenda comparavit, qua disputando, qua orando, qua docendo, ut per quadraginta sex annos continuos suam stationem deseruisse non perhibeatur. In palæstra Medica tam strenuus pugil, disputator tam vehemens, tam acutus syllogismorum artifex, & subtilis argumentorum architectus, ut non solum in commentariis nostris ab eruditissimo Gourmeleno *Vir acutissimus*, sed etiam vulgo *flagellum majus Baccalaureorum* singulari Elogio diceretur. In componendis adornandisque *Thesibus*, sive sententiarum ubertatem, sive sermonis ornatum, sive polymathiam, sive concinnam rerum recto ordine cohærentium seriem spectes, nemini postremus: sic ut (quod hactenus in scholis nostris fuit inauditum) eruditissimam Thesim: *An cuique hominum sua* μοῖρα πεπρωμένη, *suus Genius*, bis disputandam proposuerit, anno scilicet 1602. & rursum anno 1615. omnium Medicorum rogatu perfectissimum illum & absolutissimum ingenii fetum suspicientium, e quo licet brevi & exiguo plus ille laudis & nominis est consecutus,

Quam levis e tota Marsus Amazonide.

Thesium apud Medicos Parisienses compositio ut varium & eruditum opus; sic difficile, arduum, & argutum: concisa dictio sed comta, artificium singulare, sed de industria involutum, multiplices rerum & verborum ad gratiam non ad lasciviam comparatæ delitiæ, eruditio mascula non elumbis, condita sententiis non lenociniis epicheiremata; sillogismo nititur quinque appendicibus quasi totidem fulto columinibus seu transtris; πρότασις duobus primis corollariis exposita & confirmata sensim ducit ad ὑπολαμβανόμενον, tertio & quarto explicatum & probatum, e quo συμπέρασμα, ultima appendice deducitur ad totius negotii complementum, argumento tam acri junctura & subtili stamine contexto, ut artificium non nisi peritis & oculatis innotescat. *Theses* aliorum more si scribas, nihilo plus laboris & industriæ colloces, quam si e libro transcribas: plana & facilis narratio, sed jejuna & sterilis nuda & plerumque barbara vocabula, scabra & inculta rerum maceries, nullæ scintillæ dignitatis litterariæ, nulli flosculi; ut occurrunt verba sic cadunt sub numeros, sed sine numeris, sine luminibus ne quidem sententiarum

Status Medicinæ seculo superiori.

Baccalaureatus ejus.

Alterum licentiæ locum obtinet.

Doctor factus.

Eximius disputator.

Elogia ejus.

Thesium peritus artifex.

Thesis bis disputata.

Martial. ep. 29. l. 4

Thesis argutum opus.

Ut differunt Theses Medicæ Paris. ab aliis.

rum quibus disciplinæ solent collustrari. Medicæ autem Parisienses ut verborum suavitate demulcent, sic sententiarum gravitate delectant, doctrina nobiles, arte illustres, rerum varietate mirabiles, totæ tamen suæ. Sese hic explicant eruditorum ingenia, & in hoc scriptionis genere se produnt probantque tanquam in perplexo omnium opere atque arduo, e quo licet Doctorum eruditionem, facundiam & sollertiam æstimare. Præfiscini dictum hic velim ad amoliendam invidiam, neve quemquam meo sermone commoveam, si palam & publice profitear in isto laudis & studii argumento *Guillelmum* nostrum ceteros omnes antevertisse. *Thesis illa* bis agitata, semel atque iterum probata, laudata semper, ut & *illa*, quam de rheumatismo & arthritide exposuit omnes in admirationem rapuere, nonnullos in æmulationem, in societatem gloriæ neminem. Solet plerumque invidia alienis incrementis insidiari, & comitari incedentes per gloriam non secus, ac umbra deambulantes per Solem. Eam tamen *Guillelmus Ballonius*, virtutum suarum splendore exstinxit & comitate morum superavit,

Stobæus de invid. serm. 38. Livor abfuit ab illo.

Facta sequebatur quamvis ingentia livor,
Solus hic invidiæ fines virtute reliquit
Humanumque modum;

Claudian. in Stilic.

Collegas enim suos tam faventes & benevolos expertus est ut primam illi ordinis sui dignitatem contulerint, eumque mense Novembri anni 1580. *Decanum*, qui caput est facultatis, conspirantibus omnium votis in biennium procrearint. Laboravit per ea tempora Medicus ordo Parisiensis duabus maximis calamitatibus *solitudine* & *seditione*. *Illam* induxerat pestilens lues quæ ferini & contagiosi catarrhi a caputio denominati prænuntia scholas feriari coegit dispersis Doctoribus & discipulis urbem & Academiam deserentibus. *Seditionem* movere adversus facultatem *togati Chirurgi*, & arroganter publice profitentes docentesque Medicinam, & impudenter Doctorum nomen & titulum ambientes. Per eas rerum angustias, & in illo negotiorum æstu in uno *Ballonio* spes omnium & exspectatio fuit collocata: utpote qui & auctoritate qua pollebat, & virtute qua cunctos demerebatur, & morum integritate qua plurimos antecellebat, & animi constantia atque fortitudine qua se a rebus adversis frangi non patiebatur, unus esset qui nutantem & labantem dignitatem nostram, labefactatumque imperium sustinere & fulcire posse videretur. Initio quoque sui magistratus nihil prius aut antiquius habuit quam ut Agyrtas, circumforaneos, & empiricos, quorum capita erant Itali duo *Cyprianus* nescio quis, & *Caurianus* seu *Cabrianus*, ex urbe exterminaret. Ut gens illa est adulteriis, lenociniis, veneficiis, Astrologicis & superstitiosis divinationibus famosa, sic se solet tacitis artibus in aulas principum insinuare, & in Nobilium domos qui nihil nisi quod peregrinum est & exoticum amant & admirantur. Horum parricidia ut compesceret, reos apud Senatum egit: neve hæc impetigo ad facultatis usque Medicos serperet, renovandum antiquum decretum omniumque Doctorum sigillis ac novo jurejurando confirmandum curavit adversus eos qui societatem inirent cum Empiricis & illegitime Medicinam exercentibus. Interim aperto Marte pugnandum illi fuit in Ministros medicinæ refractarios, servile bellum facultati & Academiæ intentantes.

Decanus electus.

Calamitas scholarum Paris. Pestis. Bellum Chirurgicum.

Lis in Empiricos.

Decretum in Empiricos renovatum.

Quum

Quum enim *togati Chirurgi*, superioribus annis subreptitios libellos a Rege obtinuissent non solum de docenda publice Medicina, sed de adipiscendis licentiarum & Doctoratus titulis; sensissentque elusos & retusos conatus suos novo diplomate regio a M. *Claudio Rousselet*, primo decanatus sui anno qui fuit 1576. impetrato: ad novas artes & technas convolandum rati a summo Pontifice, nescio quo suadente Genio diploma *indulti* nomine extorserunt; quo Cancellario Ecclesiæ Parisiensis facultas demandabatur concedendi illis Apostolicam benedictionem ut licentiatorum gloria relucerent. Mirare quo se ambitiosa illa societas extulerit, & quo fastu in omnium florentissimam Academiam quintam quamdam facultatem introducere speraverit! Quum itaque verendum foret, ne si taceretur, jus præscriptionis litteræ illæ habituræ essent, coercendusque initio videretur impetus iste novitatis qui jam Rectorem Academiæ (inconsultis licet ordinibus) cum toto suo ornatu & comitatu ad actus Chirurgorum evocaverat: Decanus primo expostulatione facta in Rectorem, ab illo publicam hanc confessionem extorsit, *pœnitere se facti, & quod contra jura Academiæ illum actum Chirurgorum exornasset*. Deinde vero litem omnem ad supremum Senatum detulit, & cum Academia ejusque Cancellario ad ipsum provocavit. Interea summi Pontificis fides & æquitas imploratur, multorum Purpuratorum Estensis, Pellevæi, Rambulieti auctoritas interpellatur, Foxii apud Pontificem Oratoris Regii, Mureti, aliorumque clarissimorum virorum gratia & favor crebris litteris sollicitatur. Quid plura? apud Legatum Pontificium frequentes itiones & reditiones, orationes a Decano habitæ, variæ actionum formularumque argutiæ susceptæ, tandem dicta a summo Præside dies cum duabus aliis integris in Patronorum actionibus insumuntur. *M. J. Chouart, pro Academia prudentissime summoque judicio dixit; M. D. Chopinus pro facultate aliquot capita satis plausibiliter perstrinxit: M. C. Robert, pro Cancellario universitatis ingeniose oravit; M. Augustinus de Thou, Regius patronus breviter & ad rem convenienter: Pro Chirurgis M. J. le Verst, a Chirurgo natus & Chirurgorum patronus vaste & effeminate dixit, Academiæ cardines & firma facultatis Medicæ fundamenta molliuscula & effeminata oratione concutere ac convellere giganteo more tentavit*. Nec tamen ut ipse fatetur BALLONIUS in Commentariis sui Decanatus, plurimis licet sumtis laboribus hoc consequi potuit, ut absolutum ea de re Senatusconsultum obtineretur. *Defuit*, inquit, *voluntas nusquam, sed fortuna: Affectum quidem, sed non perfectum negotium. Nullus non a nobis susceptus labor est, partim ut apud Senatum, partim apud Romanam curiam res conficeretur. Nobis defuit is favor qui in litteras, & in publicam rem esse debet. Quod enim commune est negligitur. Accedit quod tot sunt ambages, tot in foro formulæ & diverticula, ut ante in medio cursu obruamur, quam portum aliquem conspiciamus*. Hactenus commentarii de illo negotio, cui quamvis extremam manum non imposuerit GUILLELMUS BALLONIUS, ita tamen affecit & disposuit; ut illud non solum diuturnitate temporis sponte sit dissipatum, sed ambitiosa Chirurgorum societas sic attrita, ut quæ olim chirurgicarum rerum & medicarum cognitione superbiret,

Causa litis in Chirurgos.

Diploma pontificium pro Chirurgis.

Animadversio in Rectorem.

Articuli digesti & oblati. Ex Commentariis facult.

Ex iisdem comment.

nunc rerum prope omnium ignoratione videatur gloriari. Relicta rerum publicarum administratione BALLONIUS ad usum Medicinæ se contulit; in quo tam prudenter feliciterque se gessit, ut inter primi nominis Medicos haberetur acceptissimus gratissimusque viris consultissimis *Marescoto*, *Magno*, *Altino*, *Riolano seniori*, *Pietræo*, *Liebautio*, *Gourmeleno*, *Mironio*, *Laurentio*, *Seguino* Archiatris, quibus fama & gloria par esse potuisset, si quantum doctrina & ingenio valebat, tantum usu & exercitatione voluisset contendere. Sed homo ab omni famæ aucupio alienus, divitiarum quoque minime appetens, neglexit adminicula quibus ad summos honores, & facultates conscenditur. Minus aula quam Musæo delectabatur, magisque ægris plebejis & ignobilibus quam illustribus & Aulicis qui Medicos velut catulos in compedibus vinctos & alligatos retinent. Eum *Henricus Magnus* ante urbis deditionem in oppido sancti Dionysii & benignissime exceperat, & de rebus gravissimis, præsertim vero de calamitate Parisiensium disserentem longo tempore audiverat; ut si voluisset ad aulam convolare faventia habiturus fuisset numina. Sed ab Aula velut famulitio abhorrens privatam vitam amplexus est; exinde anno 1601. evocatus a Rege potentissimo hortante & suadente illustrissima Domina de Monglas Regiorum Liberorum curatrice, ut curam susciperet salutis serenissimi Principis Delphini, cujus capite salus orbis continebatur; dignitatem eam recusavit, senilem ætatem, effetas vires, ingeniique tenuitatem objiciens, ne cogeretur otium domesticum aulico negotio, philosophicamque parcimoniam Principum deliciis permutare. Ita sui juris & potestatis factus popularibus suis medicinam factitavit, non ad aucupandam (quod nunc fieri amat) popularem auram, vel ad opes summo æstu comparandas, sed ad ægrorum tædia levanda & lenienda, tanta humanitate & comitate, ut non instar Archagati a sævitia urendi & secandi *hominum carnifex*, sed a mitissima curandi ratione *infantium Medicus*, vulgo nuncuparetur. Interim nihil de studio remittere, Græcos Latinosque auctores probæ & antiquæ notæ diurna nocturnaque manu evolvere, difficillima eorum loca & notare & illustrare, priscam Hippocratis & Galeni doctrinam adversus Novatorum calumnias tueri, de gravissimis morbis & peritissimos quosque litteris consulere, & vicissim a multis consuli, rariores morbos ac prodigiosos in adversaria cogere & explicare, singulorum morborum historias Hippocratis exemplo describere, quotidie aliquid adnotare, observare, designare; ut mirum sit negotioso homini tantum studii ad tot monimenta conscribenda; homini vero studioso tantum otii ad tam multa circa ægros suscipienda negotia superfuisse. Quum vero perfectissimum & absolutissimum Medicum sola eruditio non constituat, sed probitas & virtus, cujus gratia cetera quæ in vita contingunt expetuntur; potuit GUILLELMUS BALLONIUS, ut ingenii gloria, sic morum integritate gloriari. Pietatem enim imprimis quæ virtutum est condimentum, ἢ κτημάτων τὸ κάλλιςον, ita excoluit, ut nullum diem a sacro missæ sacrificio intermisisse perhibeatur: omnia auspicatus a Deo & in Deum omnia referens, ut pote quum Θεῶ παρόντος, ἅπαν ἄπορον πόριμον, præsente & favente numine quod inextricabile est, facili negotio explicari posse profiteretur. Tanta autem caritate exardescebat, ut non

Ad medendum se applicat.

Gratus Regi Henrico.

Recusat dignitatem Aulicam.

Medicus infantium dictus.

Labor & studium ejus.

Vir ut doctus sic probus.

Pietas ejus.

Philo de nominum mut. Synes. epi. 139.

non solum consilio ægros omnibus adjumentis destitutos solaretur, sed pecuniis sublevaret quas non paucas in pauperes singulis diebus erogasse multi recordantur. Ignotorum miseriis illacrymari, aut verbis recreare gementes integrum non est humanitatis nostræ officium, sed egenis prospicere ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint. Licet vero Orthodoxæ religionis incensus amore hæreticæ pravitatis sectarios cane pejus & angue aversaretur; non potuit tamen probare pessima eorum consilia, qui Henricum IV. legitimum regni successorem avita hereditate privare malis artibus contendebant; sed ejus partibus licet in urbe rebelli non solum tacite favit, sed publico monimento quod sub *Riveti* nomine de calamitate & miseria civium Parisiensium conscripsit. Duxerat in uxorem filiam Gervasii Honoræi Pharmacopoei Parisiensis pudicissimam feminam, singularis virtutis, prudentiæ, probitatis, frugalitatis, e qua inter ceteros liberos filium natu minorem susceperat quem Medicinæ destinabat. Sed is postquam multa & virtutis & ingenii argumenta præbuisset, optimoque Parenti propter eximios in litteris factos progressus esset acceptissimus, œstro quodam pietatis in familiam Cappucinorum transilivit, inscio & inconsulto, ut fieri solet, Parente. Qui quum hoc tristi nuncio quasi turbine afflatus fuisset, subito quidem casu exanimatus & velut e mentis statione dimotus fuit; sed mox revocata in consilium ratione, & institutum filii divinę providentiæ committens in hæc verba Evangelii prorupit, *meliorem illum partem elegisse quæ ab eo non auferetur*, piissimaque hac meditatione recreatus secessum amantissimi filii patientissime toleravit. Singulas virtutes quid attinet commemorare? quum obitu suo qui est universæ vitæ ἀνακεφαλαίωσις, & comœdiæ totius conclusio, quanta sanctimonia & mentis puritate vixerit, reliquerit quasi consignatum. Eo enim temporis & rerum articulo quo virtutes & vitia pro suo in nos imperio solent cogitationibus nostris obversari, eas ad Deum fudit preces, ea constantia venientem mortem excepit, eo spiritu mundi veneficia ejuravit, iis votis in cælum adspiravit, ut igniculos pietatis spectatoribus ingeneraret, cogeretque religiosissimum virum ex Cappucinorum ordine, qui ut vicem absentis filii suppleret illi assidebat, palam exclamare *in Ballonio se justi Lothi imaginem atque speculum contemplari*.

Caritas vera. Valent. & Marcian l. 12. §. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Factioni non subscripsit. Uxor. Filius natu minor Franciscanus. Obitus & mors.

Quadrato fuit GUILLELMUS BALLONIUS, & obesulo corpore, pleno, aperto, & ad lætitiam composito vultu, raso capillitio & barbitio, suavitate vocis eximia, blando eloquio, & in sales explicato, non dicaci, non petulanti.

Corporis dotes

Ingenio plurimum valuit, prudentia & sagacitate, laborum patientissimus, virtutum egregius cultor, comis quidem, sed ab urbanitate sæculi alienus, totus in libris, sed in administratione rei familiaris prope nullus, quam uxoris prudentiæ committebat.

Ingenium & virtus.

Stilus illi floridus, limatus, nitidus, & in utraque oratione prorsa & versa accuratus; dictio comta & elegans, circumcisa potius quam diffusa; condendi Epigrammatis insignis artifex, cujus exemplum non pigebit apponere ex Commentariis Dureti in Coacas Hippocratis desumtum, quibus Epigramma præfixit:

Stilus & dictio. Poeta non vulgaris.

Exit

Exit opus tandem, multos quod pressit in annos
Duretus, Coi lux & imago senis:
Fallor: non operis, non libri nomina quadrant:
At melius dici bibliotheca potest:
Cunctarum hic seges est medicarum uberrima legum,
Et modica medicas mole coercet opes:
Morborum causas & signa, προγνῶσιν & horum
Legibus & caute, queis medeare, docet:
Venalis medicinæ hæc Ilias unica prostet;
Frustra alios cudes bibliopola libros.

Liberi. Ex suavissima uxore liberos quatuor suscepit, duos mares, feminas totidem: Filius natu major armaturæ militaris inspector & arbiter: minor militiæ Cappucinorum nomen dedit, Polycarpi cognomen consecutus, vir ut facundia sic pietate nulli secundus: filiarum alia D. Chappotino tributarii judicii Nivernensis Præsidi saltuarioque Præfecto nupsit, altera D. Subleto armatæ militiæ Censori & Aristarcho, quos opima satis hereditate beavit.

Antiquior Doctor. Mortis annus. Obiit *Antiquior Scholarum Magister*, anno Doctoratus sui 46. ætatis 78. Christi 1616. elatus in ædem D. Paulo sacram ubi resurrectionem exspectat.

Pronepotes duo. Loco filiorum duos Pronepotes habuit Doctores Medicos Parisienses, unum a sorore *Simonem le Letier*, eruditissimum prudentissimumque virum; alterum ab uxore JACOBUM THEVART, non minus virtutum quam Librorum & Manuscriptorum heredem. Is cultissimi ingenii vir, doctrina & eruditione nobilis, rerum philosophicarum & Medicarum cognitione clarus ut reipublicæ Medicæ dignitatem promoveat, simulque memoriam optimi Senis intermorituram exsuscitet, opera ejus omnia publici juris facere constituit, quod ut cito perficiat omnium litteratorum nomine rogo & obtestor, ut si quidem tanti beneficii non sit auctor, saltem erogator habeatur. Idem quoque vir

Icon. Iconem BALLONII pollicetur, ut eodem momento, & mentis imaginem & corporis simulacrum liceat intueri.

Libri edendi. Inter libros editioni paratos, sequentes in bibliotheca ejusdem clarissimi THEVARTII asservantur,

Consiliorum Medicinalium libri duo.
Epidemiorum & Ephemeridum libri duo.
De virginum & mulierum morbis liber.
Epistolarum Medicinalium liber.
Opuscula Medica de Arthritide, lapide, & urinarum sedimento.

In quibus omnibus veterum auctoritas contra Joannem Fernelium defenditur:

Definitionum Medicarum liber.
Commentarius in librum Theophrasti de vertigine.
Adversariorum medicinalium liber.
De Gibbositate libellus.
Paradeigmaton liber.

Epi-

Epitome primorum librorum 5. Gal. de simpl. medicamentorum facultatibus.

Morborum omnium Onomasticum.

Dicta septem-sapientum carmine latino expressa, quæ servantur in Bibliotheca D. le Letier Pronepotis.

Amicos, familiares, discipulos ejus superfluum esset recensere, quum ex Epistolarum & Consiliorum libris repeti facili negotio possint. *Amici.*



ANGELO JEREMIÆ

Typis Opera BALLONII recens committenti,

ANTONII THOMÆ BARBARO

EPIGRAMMA.

L*Etiferos pepulit vivens* Guillelmus *in Arte*

Ballonius *morbos, doctus apollinea.*

Tunc paucis præstabat opem, tantummodo lingua,

Aut calamo; cunctis nunc juvat ecce typis.

Jamdudum in lucem, vitam, documenta sepulta

Ballonio *revocans* Angele *restituis.*


Instruit hinc Auctor, nunc, te mediante, revivens

Hystoria, exemplo, mente, lepore, Sale.



GULIELMI BALLONII
MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI.

Ἐπιδήμια		*Morbi populares:*
Ἐφημερίδες		*Diaria:*
Πάρεργα	(idest)	*Appendices:*
Τετηρημένα		*Observata:*
Ἐρωτήματα ἀξιόλογα		*Quæstiones memorabiles:*
Σύμμικτα		*Miscellanea:*



QUEMADMODUM rebus omnibus, quæ materia constant, nascendi conditio data est, ita & intereundi, necessitatis lege aut natura potius, conceditur. Quod quum aut primordiis ipsis, quæ æternitatis nescia vicissitudines varias sortiuntur, acceptum ferant, aut potius diviniori cuidam causæ, quæ ex se omnis concretionis coagmentationisque expers, & suo ipsa nutu se se movens ac sustentans, illud in confesso esse debet, corporum cælestium vim aliquam in hæc inferiora defluere, ac conferri. Unde placuit Aristoteli mundum hunc inferiorem a superiore regi, ac administrari. Et gravissimus Auctor ac omnium philosophorum princeps Plato occulto adumbrat artificio Principatum istum manifestum corporum cælestium in hæc inferiora, dum fingit quosdam esse Deos majores qui minoribus diis curam administrationemque rerum harum sub-

Cap. 2. lib. 1. Met.

In Timæo.

ſublunarium & caducarum demandent. Quod ipſum primum movens Cælum aut Natura, immo ipſius naturæ auctor & Architectus ab omni corporum mixtione ſecretus nullum commercium cum his inferioribus habere videatur: Itaque agendi ac mutuo patiendi ratio omnis a quodam corporum Cæleſtium influxu eſt, abundeque conſtat quantum hæc infima corpora vim ſuperiorum experiantur, quacumque ratione id fiat: Maxime vero quod qualitates quædam ſunt, ac interjacent quibus is ſit conſenſus ac conglutinatio ut ſeſe invicem excipiant, aliaque in alia convertantur: Quæ cauſa eſt cur corpora noſtra aeris qualitatem facile experiantur ſive ejus alienam mutationem. Nec abs re dictum eſt una cum temporibus mutari corporum conditionem, itaut qualis eſt aer, tales & ſpiritus & humores exſiſtant. Quinetiam quum ſtatuuntur ab Hippocrate morborum principia, plenitudo, vis ſeu violentum, & cælum, nomine cæli omnis rerum Cæleſtium vis audienda, immo contra multorum opinionem Galenus non alio refert τὸ θεῖον, quam ad varias aeris affectiones & alterationes, quas pro corporum cæleſtium acceſſu, diſceſſuque, poſitione, aut interjectu ſuſcipit, adeo magna eſt vis a ſuperis cauſis in hæc inferiora influens, magnaque adeo aeris nos circumfluentis, ſpirituum impetum facere natorum & humorum, immo & partium ſolidarum conſenſus & conſpiratio. Quod autem partes ipſas ſolidas attingat præterquam quod ſenſus fidem facit, dictum etiam eſt ab antiquo præceptore, cerebro aerem ipſum vim, vigorem, ac prudentiam elargiri, quod evolutum plus habet virium & momenti, quam implicatum. Quoniam autem morem & ingenium morborum, unde aut εὐήθεις, aut κακοήθεις ἢ εὐσατεῖς, paſſim ab Hippocrate dicuntur, ex obſervatione tum antegreſſorum tum præſentium temporum facile repetimus, & ad normam iſtam dignoſcendi, præſentiendi, immo & medendi momenta captamus; ideo Medicus inglorius ſuaque functione parum dignus videatur, qui horum rationem animo complexus non fuerit; ſi ideo morborum κακοήθεια æſtimatur quod ii ſuperent noſtra remedia, tametſi ex arte ac legitime quæſita ac adminiſtrata ſint, noſtrarum eſt partium ex temporum obſervatione diligenter ac penſiculatim attendere an iſta κακοήθεια corpori an cælo tribuenda ſit, ut ſi præ vi, ac ingenio pravo morbi ægro contingat obire, omnes animadvertant non induſtriam defuiſſe, ſed adverſum eventum mori morbi tribuendum eſſe: Itaque antiqui in hac parte laborarunt maxime, & quoad ejus fieri potuit eam præclare coluerunt.

Hipp. lib. de aere, loc. & aquis.

Lib. de morbo ſacro.

Hoc veluti præludio & levioris armaturæ excurſione via munienda eſt ad popularium morborum explicationem quam noſtro marte comparavimus, ut nobis in memoriæ ſubſidium ſufficeret, in quo alias nude temporum vices ac vires explicamus, alias rem exemplis illuſtramus, alias noſtro marte aliquid agimus, & velut amentatis haſtis digitum inſerimus, & veterum ſcriptorum monimentis, exempliſque tamquam probatis ac ſubſidiariis utimur, ut inde ad Dei immortalis gloriam & Reipub. ſalutem id totum referatur.

CON-

CONSTITUTIO AUTUMNALIS

Anni Domini 1570.

ANNUS Septuagesimus supra sesquimillesimum nebulosus ac pluvius fuit πολὺς πλάδος, excessit toto decursu in calido humidoque cælo ac suffocante. Quæ ut longior fuit temporis constitutio, ita alia fuit natura, conditioque morborum, qui in hanc tempestatem inciderunt, quam quum nativam suam temperiem conservat. Quamquam siccitas ipsa morbis vacua non est ut Hippocrates demonstravit: mediam in Æstatem febrium putridarum ilias incidit, magnam partem duplices tertianæ, continuæ, putres. Vesperi exacerbationes, nox molestiæ plena, dolor capitis implacabilis omnes adoriebatur; lumborum dolor, jactatio, inquietudo: serosorum humorum ac pituitosorum maxime proventus per æstum incaluerant, & nothas tertianas intulerant. Eos invadebant potissimum, qui melonibus, & similibus immodice uterentur, & quibus præterea familiaris vomitus, & diarrhœa adesset. Paucis pepercerunt qui similiter vescerentur, quibus solennia remedia mature adhibita, non ita diu tentati sunt; Qui secus fecerant diu laborarunt: Multis ad hydropem versus est morbus, præsertim si cathartica abhorruissent, & aquam egregie potavissent.

I. Siccitas licet imbribus salubrior, morbis tamen non vacat.

Autumno ineunte postliminio redeunt morbi, qui paullo ante inducias fecerant reviviscunt, ac repullulant, immo periculosiores. Nam Galenus videtur asserere Vere & Æstate morbos oriri potius ob plenitudinem quamdam quam ob κακοήθειαν. Sed Autumni tempore magis viget qualitas quam quantitas & malo ingenio præditus humor. Multis sudores primis diebus parum levantes nec morbum ullatenus solventes, qui decubuere de solo capite conquerebantur, ceteris partibus illæsis. Virgines visæ sunt febre, quam τριταιοφυία vocat Galenus, prehendi, quas inappetentia potus in summo æstu premeret. Quamdam similis febris infestabat, & meridie exacerbationes, septima vespertina frigidi sudores, circa sextum diem κάρος per protopathiam genitus, nam & remissionis tempore perseverabat carus, septimo sudor erupit calidus satis, alvus adstricta, nec nisi πρὸς ἀνάγκην dejiciens, si fluxisset, spes aliqua superfuisset: Die decimo quarto convulsa interiit; Omnes corporis partes convellebantur, incuria matris alvus nihil de humore morbifico reddidit, de vermibus erat suspicio. Aperto cadavere cerebrum erat humidius, quam e natura foret: Illa quamdiu vixit doloribus capitis erat obnoxia, perpetuo incumbebat operi, quod ad capitis imbecillitatem faciebat, austrina constitutio facile caput repleverat.

Autumno grassantur sæpe male morati morbi ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

An in hujusmodi acerbis capitis doloribus & convulsionibus gallos exenteratos applicabis capiti? quum humores adhuc moventur ac sursum rapiuntur ut curetur gravitas capitis plerisque adhibiti sunt ad somnum conciliandum, nocuit plurimum, tamen sub Phrenitidis finem valent ad digerendum.

Sub finem phrenitidis Galli exenterati capiti adhibiti prosunt.

Nocturnæ febres diurnis deteriores.

An proprium febrium tertianarum ut nocte exacerbentur? & tamen duplices tertianæ erant, quarum exacerbatio in noctem incideret. Immo dubitari potest an nocturnæ febres deteriores diutiusque vexent, quam diurnæ, an contra: Hippocrates nocturnas minus malas esse diurnis docet in Epid. Tamen experientia contra niti videtur.

Quibus ea tempestate detractus sanguis is plane vitiosus ne si quidem crebrius detraheretur. Febres erant populares, sed nil cacoethes. Multis dolores lateris; si sanguis statim detraheretur laudabilis erat, non ita longe post quiescebant, in febribus erat plane putris & magno commodo detrahebatur.

Febrium putridatum ἡγεμονικὸν vena sectio.

An Neotericorum standum opinione, qui in febribus, quas humor putrescens accendit, a venæ sectione temperant, quod in mesenterio humores concludantur? Contra stat experientia, nam statim a sectione morborum levatio; Ratione empyreumatis & caloris qui post paroxysmos in imo concipitur, & cujus impressio novi paroxysmi occasio est, phlebotomia ex usu est.

2.

Tumenti puerorum ventri confert vena sectio.

In tumore ventris puerorum quum præsertim sitis, symptoma fere intolerabile adest, ea maxime methodus sequenda est ut latentis incendii ratio habeatur. Caloris enim alieni dominatu tenentur interna, putredo est ἀνάδοσις impedita, orificiorum venarum mesaraicarum lactiumque ipsorum phlogosis: Itaque debet sanguis mitti nec dehortari debet ætatula. Deinde purgandum corpus senna & rheo frequenter vel syrupo regis saboris cum senna. Nec forte omitti debet agaricus, & qui parcunt his medicamentis parcunt & vitæ.

Austrina constitutio destillationum parens.

Pluvioso cælo plerisque efferi in pulmones catarrhi, quum vetus est in pulmone infirmitas, in vicinas partes facile vitium irrepit: nullis fere pulmonicis (quod pluribus Medicis placuit) laudabilis sanguis detrahitur. Sed hoc Diorismo utendum; Si intemperiem calidam pulmo concepit, illud verum non est, si putredo magna sit, contra.

Lienosis περίῤῥοια confert.

Quibus lien laborat, iis urinæ cineritiam hypostasim habere solent; at hypostasis non est, tamen juvat tales excerni urinas, alioqui res deteriore loco sunt, & id fit ob congestionem & exonerationem partium vicinarum. Quibus calor subviridis est, eos talis urinæ excretio initio juvat, testatur id Galenus, &

Sub finem 5. de loc. aff.

scribit: Jecore, aut liene male affectis dejectiones serosæ & tales urinæ excernuntur, idque commode: Quod non ab affecta parte defluere sine ratiocinatione rudis tantum experientia significat, alioquin foret magnæ cruditatis argumentum, cacochymiæ, & humoris superflui.

Alvi fluor alias hydropem sanat, alias nō.

Multis dysenteriæ implacabiles, hydropes. Qui detinebatur diuturna tertiana erratica largiore utens potu sitibundus permanebat, περίῤῥοια nil juvat; immo videbatur magis intumescere abdomen. An hydropem alvi fluor tollit? Si Diarrhœa aut hydrops a συναθροισμῷ, verum; alias apud Hippocratem fluor alvi necat, alias juvat.

Apoplecticis sternutatoria nocet cruda

Nonnullis præsertim vino deditis Apoplexiæ. Quidam in Apoplexiam cadit, omnibus modis agitatur, pulvis hieræ injicitur in nares. An ita agendum? Observarunt Apoplecticum injecto simili pulvere Epilepticum exstitisse. Quæ calidiora in os & nares ad sternutamentum excitandum injiciuntur, quia cruda omnino materia est, amovenda sunt. Cui Coryza derepente incidit

dit, potius nares omnino adimas, quam elicias quippiam. E pulmonibus & partibus inferis rapitur quid frequenti usu rerum in os injectarum. Præterea an agitatio corporis juvat? Qui Plethorici sunt & verno tempore exercentur Apoplectici fiunt: An plenitudo hoc facit?

exsistente materia morbifica. Comm. in 3. Aph.

Anno isto parotides etiam fluente alvo non cessarunt, unde copia materiæ significatur, quæ & ad alendas parotidas sufficiebat, & ad alvi profusionem: Sed hominem alvo repressa necavisse quemdam Empiricum observavimus.

Fluor alvi parotidibus superveniēs salutaris.

Gravidæ mulieri sanguinis ex utero fluor erat continuus, quærebatur an accelerandus esset partus, quod in eo salutis spes posita esse videretur, & ad id medicamentum abortionem facturum daretur: Consentaneum erat consilium hoc sequi, contra in ancipiti omnia erant; hoc tutum negabant alii; alii vero danda suadebant oxypora, ita augeretur sanguinis ferocientis impetus, nam usu τῶν ὀξυπόρων, auctum iri sanguinis fluorem asseverabant, nulla ratione ægram adjuvando: Præstat quiescere quum certiores simus quod partus actio sit fetæ & fetus, si effetæ vires gravidæ matris, quid confert medicamentum? hoc controversum maxime est.

Pleuritides prædicto Autumno grassatæ sunt, potius dolores erant laterum ob διάχυσιν (idest diffusionem) seri a capite. Non erat magna δύσπνοια, non tam in tumore & phlegmone consistebant, quam in affusione quadam Erysipelatode: Juvabat venæ sectio.

Pleuritidi orta ob diffusionem seri a capite confert phlebotomia.

Nobili viro dolor erat perpetuus lateris circum mammam sinistram, nullis cessit remediis: perseverat quatuor menses, inopinato rumpitur abscessus in pleura conceptus, livens, vermiculatum sputum educitur, evasit: tamen febricula manet & vestigium aliquod doloris remanet, forte tandem tabidus interibit: Metus ne pulmo huic lateri adhæreat: Ἀνακάθαρσις perpetuo procuranda.

Vidimus dolores lateris perpetuos; sed qui de nocte urgerent, nullis cessere remediis. Quum remedii inopes essemus de lue Venerea suspicio fuit: Tandem diæta & litu curatio procurata est. Quoties consuetis remediis morbi non profligantur, ad κακοήθειαν Galeni Consilio est recurrendum.

Qui consuetis remediis nõ cedunt, morbi κακοήθεες.

Alios & dolores laterum observavimus a flatu: flatum autem excitabat διάθεσις ὑποχονδριακὴ, & præsertim quum chyli fit ἀνάδοσις, aut quibus solennis est frigidæ haustus dum cubitum disceditur, aut crudorum fructuum usus.

De ablactandis pueris quæsitum est, dictum quoque est operæ esse pretium ut lactere sinamus puellos annos duos integros cum dimidio; Quod enim alimentum partibus solidis fovendis convenientius?

Lac convenientiss. partium solidarum alimentum.

An illud verum, mollitiem gingivarum causam esse cur non ita cito nascantur dentes? Puellarum exemplo docent quibus mollities dentes tardare solet.

In malignis temporum constitutionibus præsertim quum febres ἀσσώδεες vexant & ægri uruntur, sæpissime detrahitur laudabilis sanguis magno ægrorum & virium detrimento, serum nullum aut paucum, floridus sanguis. Serum calor absumit, truces oculi, jactationes, καρδιωγμοὶ. An venæ sectio

In malignis temporũ constitutionibus &

febribus parce detrahendus sanguis.

tunc utilis? Nequaquam, aut parce detrahatur; immo alexipharmaca & cardiaca dentur, alvus blande & sæpe eluenda, nam dejectionibus instar pultis croceæ morbus solvetur: hoc Hippocr. & Gal. consilium est: Vomitiones sistere, & sanguinem plenius detrahere nocet.

3. Vomitiones in febribus tertianis κακοηθείας sũt expertes.

In plerisque tertianis sunt Cardiogmi vomitiones subvirides; An ideo κακοήθεια est: & scobs unicornis præsens Alexitherium? Id faciunt Medici qui id vulgo persuadent, ut aliquid agere videantur, vix enim febris intermittens κακοήθειαν habet, quum & κακοήθεια, & partium κακοπραγία secum ducant febres assiduas. Tales Cardiogmi, ἄλυκαι, ἀλυσμοί, jactationes oriuntur a refluente bile & os ventriculi feriente, talibus evacuationibus plurimum vires dejectæ videntur (sed id fit ob morsum bilis) & purgatione restaurantur.

Una Noverca duæ matres de febre.

Quid hoc vult apud Aulum Gellium, *Una Noverca duæ Matres*? de quartana febre audiendum in qua duo quietis dies blandæ matri comparantur, paroxysmi dies diræ Novercæ. Numquid paroxysmi dies melior, quod vis naturæ significetur? Ideo Arabes eo etiam die catharticum præscribebant, immo sunt qui febrem quartanam, aut aliam intermittentem inoffensum suum cursum tenentem volunt intercipi amuletis, sed satius est cum causa ægrotare, quam sine causa juvari.

Quemdam diuturnæ quartanæ tædebat: nil opis a Medicis experiebatur, qui suorum Theorematum fiducia mitius cum quartana agerent: Præstigio medicinali humores quieverunt, naturæ cursu impedito & conatibus frustraneis nihil promovebatur quod paroxysmos revocaret, visus allevari, & tum dicteriis artem Medicam petivit: sed hanc contumeliam non impune tulit, sequenti die non ita conflictatur, non repetit febris, levior obtrectatoris pœna, quæque videbatur hisce præstigiis repressa, furibunda tandem effecta est funestaque evasit. Hoc observandum ut idiotarum & quorumdam primatum animus maleficiis plus æquo tribuens resipiscat & componatur; & interim notandum non parum referre, si quoquo modo, & sine causa manifesta morbo absolvi videatur æger.

Variæ sunt sanguinis ῥοπαί.

Febre Quartana quis laborabat, deinde in febrem erraticam incidit, quærebat cur sinistro pede calorem perpetuo sentiret, non item in alio: Responsum quod ab Hippocrate scribitur, quibus lien declivis, iis pedes calidiores, nam ἀναῤῥοπίη significatur & metus abscessus in eas partes, sic aliis facies rubore suffunditur, ut hepaticis, aliis pedes incalescunt & tibiæ varicosæ fiunt ut lienosis, nam hepar quid habet ἀνάῤῥοπον, lien quid καταῤῥοπον.

Cerebri actiones aliæ hominibus sunt communes cum belluis, aliæ propriæ.

Cerebro affecto aliæ actiones læduntur, aliæ incolumes manent; aliud enim est cerebrum lædi penes actiones quæ sunt animales, & quæ temperamentum cerebri respiciunt; aliud in actionibus lædi, quæ sunt mentis & ejus partis quæ consilii est: una ratione cerebrum & facultates ejus nobiscum sunt communes cum ceteris animantibus, altera hominibus diviniore donatis particula propriæ.

Polemarcho Brissiaco motus erat, impotentia, deliria, nullus potandi appetitus in summo æstu, magna raraque spiratio, oblivio, quæ omnia læsionem cerebri significabant, tamen de rebus divinis altius philosophabatur, de do-

de domesticis disputabat, in ceteris delirus omnino: Spiritus tardus imbecillitatis cerebri index, ratus facultatis ejus infirmitatis qua intelligere debuerat se magna egere respiratione ut usui satisfiat. Sic vis intelligendi nobis cum brutis communis in cerebri temperamento sita elanguit, vis hominis propria erat vegeta & erecta; itaque alias mentem ægrotare putat Hippocr. alias mentem naturamque occultam neque mutationi ulli obnoxiam, idque diviniore quodam afflatus numine censuit quasi vis illa nec diæta nec aere alterari possit. In Consule Regio idem observavi, qui quum summe delirarет nulla ratione adducebatur nisi quum de Deo disserentes audiret, cetera erat phreniticus, immo quod vocat Hippocrates νεανικῶς ἐξιςάμενος.

Julepi & Apoz. hydropicis non conferũt.

Ad Hydropicos numquid ut vulgo fit Julepi & apozemata conferunt? Annon sua vi diuretica id quod tenuius est per renes deducunt, crassiorem partem relinquunt? At hoc morbum auget: numquid radicum vis coctione exolescit, & plus humiditate aquea decoctionis officitur quam vi qualicumque hydragoga inclusa prosit? ut convalescas omnino, potu temperandum, & liquor apozematum conferet.

Vinum album lienosis confert.

Sunt qui negant conferre vinum album lienosis & melancholicis, quod id subigat instar fermenti succum melancholicum illic restagnantem. An illud verum? Contra substantiæ tenuitate urinas & sudores movet.

Catarrhosis nocet inedia.

Quo plus nutritur impurum corpus, eo læditur magis, cur tamen biliosis immo catarrhosis (in quibus & impuritas est & excessus humoris) inediæ malum potius augent, nam inanis ventriculus & exhaustus satiat se impuris humoribus, bilis ferventior redditur: Contra acer, acutusque humor benignitate alimenti mitigatur. Sic in pestilenti statu accidisse narrat Galenus omnes fere peste perculsos minime cibos fastidientes evasisse, ἀποσίτυς autem omnes fato functos fuisse.

4.

Nobili cuidam ἰσχυρία fuit. Suppresso urinæ profluvio lethargus, de funere cogitatur, largissime profluit urina, brevi tamen moritur. Unde hoc? quia suppressio omnis excrementi serosi potissimum partes nobiles inquinat: Et tametsi ejus cursus redierit, non perinde meliore loco sunt res ægrotantium.

Enemata gravidis interdum nocent.

Gravidas mulieres tormina, dolores, nephriticique vexant: An clysmata fotus & litus conveniunt? Cavendum ne dum id fit, effeminatio partium uterinarum consequatur unde aborsus fiat.

Phthisicorum alii summe extenuantur, quibus scilicet partium solidarum alimentum corrumpitur: aliis tument aut pedes, aut facies, aliquando totus habitus: Ab eadem corruptione id fit, sed diversa ratione. Nobili viro tabido & phthisica stirpe nato paucis antequam moreretur diebus totus fere habitus intumuit ac si hyposarcidio laboraret. Sed quod mirum fuit tumor erat fugax, unde hoc? loco sanguinis hepar tabescens halitus malignos generabat: Hippocrates hoc suis temporibus animadvertit ἰσῦκαι μὲν ἐκ τῶν θανατοδεσάτων οἷον ἦν ἡ νῦσος ἡ φθισικὴ καλεομένη.

Fortuita juguli apertio anginæ profuit.

Dum regalia celebrantur & vino Hippocratico aromatiti indulgetur, multis tonsillarum inflammationes contingunt. Cuidam juveni, qui illud vinum biberat, de nocte angina oborta, quum strangularetur jugulum gladio aperuit, saniei

saniei plurimum emanat, convaluit: hic fortuna plurimum potest: An urgente necessitate idem fieri potest?

5. *Arthritis ob influxum Lunæ.*

Sub dio mulier numquam articulares dolores experta dum in multam noctem sermonem produceret influxu Lunæ caput gravissime doluit, ab eo tempore omnes arthritidis species experitur, nullis malum cessit remediis.

6. *Hydrargyr. cor igneum fugit nec lædit.*

An tutus hydrargyri usus? Quibusdam non placet recentioribus, nam non oppugnat venenum, immo quum sit frigidum intro pellit venenum & difflatu prohibet: tamen usu hydrargyri proliciuntur sudores, tenuitas hujus id facit attenuata materia sibi quaquaversum exitum quærente. Et quod ita superiora petat hydrargyros cor fugiens, (nec enim hoc lædit) est quia inimica igni, immo hunc maxime fugit. Cor autem fere igneum est. Cuidam in arte Chymica versato placet hydrargyron frigidam esse, si partes extimas spectes, in imo enim calorem esse summum & tenuitatem partium, quo utroque tantam habet ἐνέργειαν. Quod autem semini corrupto bellum indicat hydrargyros tamquam alexipharmacum, hanc reddunt rationem, id fieri quidem, quod magna sit analogia inter semen & hydrargyron (hæc enim hydrargyrus semen quoddam est omnium metallorum) & quatenus semen ejus auctor corruptum quid est, eatenus quadam ἀντιπαθείᾳ argentum vivum illud persequitur.

Semen metall. hydrar. seminique corrupto bellum indixit.

ANNOTATIONES.

1. *Hippocr. lib. de diebus decretoriis jubens observare temporum conditiones, ait;* Videndum num tempus cum morbo pugnet: Nam hominis natura, sæpe universi potestatem non superat.

2. *Quum pueri & adultiores Cachectici vocantur, quod vulgo dicitur* estre en chartre, *idest ἐν τῇ καχεξίῃ, vel τῷ καχεκτικῷ, supple σχήματι, vel τῇ ἕξει καχεκτικῇ, vel τὴν ἀτροφίαν pati, fere pro conclamatis relinquuntur; & quod ad summum maciei ventum sit, ne medicamentulo quidem locum relictum putant, sed soli προγνωστικῷ. At longè secus res habet. Nec fraudari laude debita debet Fernelius qui, meo quidem judicio, de atrophia aliquid litteris commemorabile consignavit.* Bilis flavæ & atræ circa jecur perfusio atrophiæ causa sæpius est. Vix enim vera ἀτροφία observatur, in qua viscera præter intemperiem non multorum biliosorum humorum colluvie scaterent, & earum copia distenderentur: *& quum hæc causa naturalem spiritum & calorem proterat, vix laudabilis sanguis gigni potest, ac in Cachexia quidem medicamento locum relictum putant, quod vitiosa sit nutritio, in atrophia autem ad solam ἀνάληψιν confugiunt: At si circum viscera colluvies est istius bilis quæ fovet intemperiem, frustra alimentis eam tollere nitaris.*

In eum finem, laudari potest decoctum hordei omnium intybaceorum, radicis anchusæ, florum nenupharis, violarum, portulacæ seminum frigidorum majorum & minorum, in quo dissolvere poteris cassiam, & infusum Rhei ad robur partis αἱματοποιητικῆς colatura clarificata quotidie utatur æger. Item Julepo rosato qui licet siccandi vim quamdam habeat, refrigerando tamen

utilis esse potest. Sic moveri non oportet macie ista & quasi tabe quadam, quin bilem concavo jecoris clausam sensim eliciamus. Quidam pueris cachecticis, in quibus & sitis incredibilis & ἀποσιτία, usum aquarum naturalium potu sumtarum consulunt, quæ opinio suis destituta non est patrociniis.

Ceterum in eo statu constituti pueri laborant sæpe fluxu alvi chyloso, ut & ii quibus venæ mesaraicæ sunt obstructæ, vel hepar imbecillum. Non fit enim suctio, nec exsugitur, eliciturque pars purior chyli devehi solita ad hepar hæmatoseos officinam. Et dum Medici albicantes & chylosas dejectiones observant, intrepide purgant & cunctanter, quum tamen hic audendum sit, & diligenter purgandum. Donec enim obstructio sublata fuerit, non est spes ægrum convaliturum. Procuranda enim omni studio est ἀνάδοσις, ipsius chyli non subeuntis anfractus viarum mesaraicarum, & eas tantum salutantis.

Ceterum in Cœliaca excretione duo sæpe adsunt notanda, unum, febris adest cum pulsus frequentia; alterum, deliquia animi elato ad os vicinum ventriculi tetro vapore. Quibus ergo remediis Chylosa Cœliacaque excretio curari debet? febris quæ adest ob contumacem fit obstructionem venarum mesaraicarum, & ea symptomatica est, si Galeno credi debet, ideo oppugnanda est iis quæ contumaciam obstructionis tollant. In eum finem valent decocta radicum enulæ campanæ, symphiti, utriusque erythrodani, gentianæ, immo etiam aristolochiæ per horas 6. in aceto forti maceratarum, herbarum prassii albi chamæd. chamæp. lichenis capill. cicerum rubrorum, pentaphylli & intybi utriusque addito semine seseleos, pœoniæ, citrii, genistæ, incoctis foliis sennæ, agarico, & rheo addito. Nec te moveat quod alvus fluidior sit; Chylus enim non suctus, nec elicitur, nec rejectatur ob vias interceptas, quarum libertas causam morbi tollet, ut corpori supersit libertas sui reficiundi attracto benigno alimento.

3. *Galen. Commen. in particul. 9. section. 1. lib. 1. Epid. ait in febribus continuis humorem contineri in simis hepatis & circum os ventriculi; nota, quod dicit circum os ventriculi, unde si vomitus adest, si defectiones animi, non propterea de maligno verebere, hoc enim de essentia morbi est; & quod notandum magis Hippocrat. libr. de Diebus judic. scribit in morborum principiis hepar intumescere & expandi, elevarique ad diaphragma, quod rationem reddit omnium quæ horrifice fiunt initio morborum & paroxysmorum, nam tumultuatur humor, facultas partis insurgit adversus id quod molestat, pars quoque ipsa enititur, ut in sternutamento cerebrum, & sic potius valet vomitorium in ejusmodi symptomatis quam cardiacum.*

4. *Aphorismus is est in Coacis:* Quibus partes infernæ affliguntur pruritibus antea fortibus obortis, his arenosa urina fit & supprimitur. Qui ex his perniciose habent his mens obtorpescit. *Hippocr. 4. Epid. in historia de puero, Talem affectum τῶν ὄρων ἐπίσχεσιν vocat.*

5. *Quæri solet an ineunte paroxysmo Arthritico tutum sit dare medicamentum, & quale, an sanguis mittendus, & unde, an etiam manu arthritica, dolore ferociente tuto mittitur sanguis, an vero sinendum elabi tempus paroxysmi; deinde sub finem purgandum. Quæstio hæc multos torquet, & magno ægrotantium & mærore & damno indefinita adhuc remansit. Boni*

medendi

medendi Magistri præferunt phlebotomiam ut quæ evacuato sanguine putri (qualis fere semper in arthriticis trahi solet) impetum humorum inhibeat, & dolorem demulceat inflammationem minuendo; & hæc opinio plausibilior. Immo, ajunt, si ineunte paroxysmo medicamentum datur, humor concitatior majores molestias exhibebit, motus quidem & non promotus, & vis medicamenti ad partes longinquas provecta infirma, tamen in habitu corporis humorem excitat, ferocioremque reddit: Est enim quasi in habitu morbus ut sit in lassitudinum generibus. Fernelius tamen male ratus a capite humorem arthritidis auctorem manare, totum studium dirigit ad Capitis evacuationem: Initio paroxysmi arthritici purgat vehementer ad educendum putre serum dolorum auctorem non expectata coctione ulla, ne verbum quidem de venæ sectione. At in paroxysmo arthritico fit ut colliquatio, fusio in genere musculoso, exoneratio a vasis seri & sanguinis putris, quid tam frenat impetum humorum quam phlebotomia? Item articuli fere fiunt imbecilli, at prima cautio esse debet ut non fiat exoneratio partium principum ut ditiorum in imbecilliores ut pauperiores contra quam fit in Rebus publicis. Purgatio quidem valet si corpus sit cacochymum, si hepar sanguinem fervidiorem generat, & multa bile scatet, ut purior minusque maleficus sit sanguis. De ea quæstione velim ratum & constitutum sit ne rebus his ambiguis magno ægrotantium malo & clade dubitabundi & disputabundi Medici tam male de ægris mereantur.

Plura videre licebit in libro BALLONII de Arthritide contra FERNELIUM scripto, in quo veterum auctoritas defenditur.

Observatione autem dignum est, Fernelium existimare sanguinis albedinem esse testem redundantis pituitæ. Nos initium putredinis putamus; per moram enim sanguis corrumpitur & exalbescit, præsertim quum natura sanguis crassior & copiosior, & quem natura respuit, reses in venis manet. Alii non omnino contra naturam esse dicunt albedinem hanc sanguinis. Fierique ajunt vi & robore partium spermaticarum sanguinem dealbare conantium.

6. Luis Veneræ alexitherium censetur hydrargyrosis. Benigniora tamen remedia primum sunt invocanda. Lues struma & elephas aliquid habent cognatum & συγγενής. Tres has hydras unus Alexicacos Hercules hydrargyrosis vincit & opprimit.

CONSTITUTIO HIEMALIS

Anni Domini 1570.

EODEM anno Hieme ineunte humorum congeries, quæ radices altas aliquas fecerat, atque latuerat, se se prodit & deserens intimas corporis partes foras erupit: hinc alvi fluores pigro euntes gressu, dejectiones apparebant

bant subrubræ, fœtentes, hepaticæ, mesaraicæ maxime: dysenteriæ multis contigerunt, etiam blandis e lacte injectis clysmatis profundebatur alvus, adeo copiosa suberat materia: Multi periere, vires languebant ob fluores ejusmodi: Sectio venæ multis profuit, forte conandum erat ut quam citissime sisterentur, nam fluores etant symptomatici: At dices populares, omnis autem suppressio excrementi in morbis populariter vagantibus mala est, tamen multis commode statim initio suppressimus, quibus non suppressi sunt diu perseverarunt, immo semestres fuerunt.

1. Omnis suppressio excremẽti in morb. popular. mala.

Nobili viro suppressa rhei usu alvus tumorem phlegmonodem totius abdominis attulit, iterata plebotomia tumenti alvo occursum est, sanguis erat Ικτεριώδης.

An in prædictis fluoribus dysentericis assiduus clymatum anodynorum usus tutus? Nequaquam: & in hoc valde Medici decipiuntur quum intestina abluendi lacte finem non faciunt, dum enim intestina sic proluuntur, & diluuntur, effeminatio & mollitudo adfertur ipsis intestinis, unde fit διάθεσις, quam Galenus ῥευματικὴν vocat.

Frequens enematum usus effeminationem adfert ulceratis intestinis.

Equitis uxori dolores atroces circum dorsum ventriculum, scoptula operta; intercipiebatur aliquando respiratio: a maligno flatu id erat, febris successione allevatum iri putabamus, quod dixerit Hippocrates quibus ad Hypochondrium dolor absque inflammatione febris succedens morbum solvit: Item in aphorismis: Qui ex dorso ad cubitum dolores descendunt, hos venæ sectio solvit: fluxit sanguis spirituosus abunde, repurgata convaluit.

Quum longa alvi suppressio, an ideo ad acerrima clysmata recurrendum? Nequaquam, immo blandiora sæpius repetita magis conferunt, vehementiora sæpe volvulos intulerunt, efficiunt enim ut puncta acrimonia medicamenti intestina motum περισαλτικὸν suum inferne sursum immutent.

2. In longa alvi suppressione acriora enemata Ileum accersunt.

In magnis vomitionibus clysterum usus frequens & boli ex rheo valent, nam potiones facile excluduntur. Quum autem vomitiones frequentes sunt nec ulla fere arte compescuntur, & alvus adstricta est, valde a volvulo metuendum.

3. In assiduis vomitionibus cum alvi adstrictione ab Ileo metuendum.

Joannis Platearii vidua hydrope pulmonis laborabat quo interiit: Difficultatem spirandi per annos triginta habuerat, de oppressione stomachi querebatur. Sed id tantum per consensum fiebat, omnes membranæ putruerant, cor aqua natabat nec facile movebatur. E capacitate thoracis aquæ libræ sex putrentis educuntur: In latus dextrum facile declinabat, in sinistrum non poterat citra syncopem: Aruerant pulmones, pulsus magnus, elatus, tardus, intercisus, & intercalarem habens in pulsatione una atque altera intermissionem; sævis cum doloribus & magna oppressione interiit.

Hydropis pulmonis signa.

In fractis jam morbo longo sæpe hæmorrhagiæ symptomaticæ paruerunt: putant hac una exclusione allevari ægros: Contra fit, maxime vero istæ hæmorrhagiæ contingunt pulmonicis & hepaticis, quod maxime est notandum de pulmonicis, & has hæmorrhagias bonum est sistere.

Hæmorrhagia symptomatica hepat. & pulmonicorum sistenda debili exsistẽte agro.

Nobilis mulier multis scatens excrementis propinata medicamenta quinque evomit. Concinnant illi syrupum solutivum, de eo uno die cochlear unum dant, sequenti duo, deinde tria: tandem natura retinet medicamenta: numquid hoc tenendum est?

Ut rejectis vomitu medic. occursum fuerit.

Si ventriculus hominis arthritici imbecillus & facile colligit excrementa, an

dolores

Vinum arthriticis nocet. dolores artuum vinum circumcidet? Nequaquam, nam nova materia morbo suppeditatur, id experientia verum deprehendimus.

Puero annorum duodecim exanthemata: extinctis his dolores cutanei oborti sunt implacabiles, ad solum manuum appulsum irritati: ab eo tempore statis temporibus articularibus doloribus est conflictatus. Id evertit dogma Hippocratis, pueri podagra non laborant: Forte Gentilitium hoc malum, nam novimus patrem arthriticum, quamquam morbillorum materia suppressa id genus doloris potest invehere, quod in multis observavimus. *Arthritis a variolis.*

Quum dolores laterum a flatu fiunt, nocet phleb. Multis pulmonicis levi de causa dolores lateris excitantur pleuritidem mentientes: an his ad sedationem dolorum frequens venæ sectio? Minime, quum tantum aut flatus sit aut febris exigua, sic sectio non confert, nam si quum dolor oritur, secueris, lædes plurimum; nam latera tandem debilitantur & hoc nocet: si inflammationis sit suspicio, id quidem agendum & protinus ad anodyna concurrendum.

Lateris doloribus a congestione confert phlebot. Ceterum notandum plerisque hieme præsertim rigente dolores ejusmodi laterum excitari a congestione ob ambientem frigidum: An his sectio venæ imperanda? (ad orgasmum impediendum) faciendum, aut omnino, nam purgationi tunc nullus locus. In hoc a plerisque peccatur, & ideo Hippocrates purgationi præfert celebrationem phlebotomiæ.

In phlebotomiis si pigro lapsu fluit sanguis etiam amplo vulnere facto, debilitas: sin fluit rivulose, facultatis excreticis vis & robur cernitur.

ANNOTATIONES.

1. *Galenus Comm. ad Aphor. 21. lib. 4. docet in pestilentibus morbis excreta pessima juvisse, addit id non in principio apparere debere, sed morbo consistente; nam si initio appareant, pravam corporis diathesim significant, aut insignem humorum corruptelam, si morbo progresso, vi caloris & morbi fiunt conatumque naturæ designant. Et nos in malignis morbis & temporum constitutionibus vidimus excretiones fere ab initio morborum factas ad bonum apparuisse. Et ut ajunt optimi medendi magistri: Qualis sit excretio & quovis tempore, juvat tamen, quod notari debet ne temere de morbis judicium sententiamque feramus.*

2. *Id innititur auctoritate Hippoc. lib. de Aere locis & aquis:* Quorum (*inquit*) ventres duri sunt & ad hoc idonei ut amburantur, his dulcissimæ lenissimæ ac splendidissimæ aquæ ex usu sunt. *Non Nitro aut Alumine imbutas & medicatas aquas præscribit, quæ tamen alvum magis sollicitare viderentur, contra molles, dulces, liquidas laudat. Par quoque esse debet ratio medicamentorum quum assumtorum tum clysteribus injectorum. Nam ut ad ventres ardentes ciendos aquæ molles & dulces, sic & medicamenta lenientia mitigantia leniendo solventia & eccoprotica conferunt. Contra vero obsunt calidiora & validiora medicamenta ut scammoniata metu Ilei & incrementi caliditatis, siccitatis, & firmitatis intestinorum retentricis, quæ causæ sunt præcipuæ adstrictioris alvi, sive quod ægrius, nec nisi* πρὸς ἀνάγκην *alvus egerat reddatque. Itaque corporibus duritie alvi præditis aut siccis & squa-*

squalidis lenientia potius quam valde attrahentia conferunt medicamenta.

3. *Hippoc. sect. 1. lib. 2. Epid. de Volvulo loquens, sic ait*: Abdominis ruptiones quæ circa pubem fiunt ut plurimum statim sunt innoxiæ, quæ vero paullulum supra umbilicum in dextra parte hæ dolorosæ sunt & anxiosæ & stercoris vomitum inducunt, ut Pittaco accidit. Fiunt autem hæ aut a plaga, aut vulsura, aut alterius insultu.

CONSTITUTIO VERNA

Anni Domini 1571.

QUum Hiems præcessisset asperrima, ac exciperetur ab austrino pluvioque tempore, necnon magnæ aquarum inundationes essent, ineunte vere magna morborum ilias fuit; sed maxime sub finem Hiemis: & ῥεύματα innumera in pulmones, unde tusses & dolores laterum: In fauces, unde Anginæ & tonsillarum dolores. Et quum tempus vernaret & tepidiusculum foret, repentini laterum dolores oriebantur, in doloribus hujusmodi sectio venæ non profuit, ac quærebant num aliud esset remedium præter istud solenne quod primum ducitur in pleuritide, nam innumeri fato eripiebantur quibus secta foret vena, sic colligebant a sero potius cacoethe & maligno eos oriri dolores, quam ab inflammatione; ille humor pepasmum non admittebat: promte oriebatur dolor & inopinato, tussiculæ siccæ erant, deinde dolor fugiebat, facile alvus irritabatur, cessabat dolor post venæ sectionem, sed subinde renascebatur: Multis ad pulmones μετάστασις, deinde ad caput, quæ omnia orgasmum, ferociam, tenuitatem humoris cum πεπασμοῦ ἀδυναμίᾳ significabant. Pleuritides erant ἐρυσιπελατώδεες.

Nobili mulieri post horrores acuta febris orta est cum lingua aspera, dolore lateris acuto, δυσπνοίᾳ. Secta ter vena non quievit, deinde repente sedatus est, evanuit potius: quarto rubent insigniter genæ, deliria, mentis alienationes, frequentes surrectiones, ἀλυσμοὶ, nullus lateris dolor, caput dolebat, febris duplo major; medicamentum datum quod vomitu rejectum movit humores & non exegit, quod pessimum. Vermes semipedem longi excernuntur per alvum, caloris & frigoris vices: An id a vermibus esset dubium erat: lingua torrefacta apparebat & mucore plena: Peripneumonica facta est per translationem: alvus liquidis ducitur excrementis, vicesimo interiit: Debueramus illam pluribus sectionibus venæ exercere, præsertim quum peripneumoniæ adessent argumenta: Nam morbus iste maxime phlebotomiam postulat. Et notandum diligenter quod scribit Galenus in libro 2. Acut. dum comparat phlebotomiam cum purgatione. In pleuritide omnino antefert phlebotomiam purgationi, etiamsi dolor ad ilia fuerit, atque argumento utitur a minori ad majus,

Venæ sectio in pleurit. præferenda purgationi.

jus, quum dolor occupat Hypochondrium indicatio potius est purgandi, quam secandæ venæ; tamen, ait, licet minus auxilii allatura sit phlebotomia in pleuritide nothas occupante costas, multo securius est reserare venam, tum quia ignores sæpe qualis sit natura ejus qui purgatur, tum quod sæpe humores medicamento agitentur, & non excludantur, quod pessime fit: Accedit quod si sit inflammatio potius partem liquefacias quam purges: Denique quum inflammationis sunt signa, ingensque febris est, omnino melius est & tutius venam secare (ait Galenus eo loco.)

Audacter peripneumonicis detrahendus sanguis.

Peripneumonici sæpe imbecilli sunt & delinquunt animo ob incendium, & obsidionem partis principis, & tamen non oportet esse valde timidos in secanda vena, immo audacter mittendus sanguis.

Dolores laterum a vermibus.

Puero dolor erat circum latera, detrahebatur audacter sanguis, dolores non concedebant, inopinato vermes exclusi sunt, dolores quieverunt, an vermes id facere potuerunt? Ita prorsus, immo & innumeras doloris species excitare possunt in omnibus partibus, ac præsertim si ad ventriculum repant. Mulierem vidimus cui stomachus & ventriculus intumuerat, cum suffocationis periculo, exclusis vermibus levata est. An huic sectio contulisset? Nequaquam. Itaque nos admodum esse sagaces oportet.

2. Parotides febre non cessante perniciosa.

Equiti febris continua, urina cum hypostasi multa, divulsa, cineritia. Tales in iis apparent quibus laborat lien aut sinistrum hypochondrium: auris sinistræ dolores, ingens erat incendium: septimo ad inferiorem maxillam tumor. Missus fuit sanguis, omnia pacantur, sero recrudescunt, nocte sequenti ingentes parotides apparent, quæ ad aspectum increscebant, oppressio summa, febris minor, Musculorum κροταφιτῶν tensio & dolor, omnia in pejus abjere: vicesimo primo interiit.

3. Manuum contractiones in febribus cur malæ.

In febribus tertianis & continuis parvas manuum contractiones vidimus: hoc a venoso genere translationem indicat: Interdum his venæ sectio confert, sæpe periculum creat.

Diuturni partium dolores abscessum accersũt.

Puellæ nobili de Paleseau febre tertiana jam mensem laboranti ante paroxysmos dextri hypochondrii & cruris dolores: calore accenso quiescebant, Quid hoc rei? nisi purgationibus antevertas, hoc minatur abscessum ut ex aphorismis discere licet.

Acria enemata medentur hypochõd. dol.

In febre quæ tertio repeteret die cuidam nobili mulieri dolor incredibilis in hypogastrio oriebatur, idque ineuntibus paroxysmis, necnon simul e regione illius partis dolor in syncipite excitabatur, hoc medicis negotium facessit, duabus horis ante paroxysmum indebantur clysmata acria cum folliculis sennæ parata: Dolores in utraque parte cessarunt.

Syrupus ex aqua vitæ paratus cum saccharo in crudis humoribus tormina excitantibus mirifice contulit.

In longis febribus servandæ vires ἐπαφαιρέσει.

In longis febribus quoniam initio vires multum frangere non oportet tamquam satisfacturas longitudini, juvat sectiones venæ iterare, sed parcissima manu, nam frequenter misso sanguine parca manu natura irritatur ad aliquid moliendum, immo sub finem earum febrium secare venam convenit.

3. Insuffla-

Insufflatis, turgidulis, ut iis qui a morbis convalescunt, & iis quibus flatibus hypochondria distenduntur, an missos facere oportet clysteres, & frequen-

quentem jusculorum usum? Videntur nocere plurimum illa, quia intrudunt flatus. Hæc autem ἐφθότητα quamdam & dissolutionem adferunt.

tis nocent enemata.

Cuidam pleuritico secta vena dolor disparuit, an ideo securos de morbo esse oportet? Nequaquam, nam multos statim peripneumonicos evasisse vidimus: Ingens erat sitis, incendii in pulmone nota, tussis non aderat nisi aliquando: Fallacia sæpe sunt signa inflammationis pulmonis, quia exquisita raro urget. Si inflammatio ἀκριβὴς, ingens tussis, sitis, lingua cum virore pallida, pulsus duriusculus cum mollitudine, vomitiones, circa alvum dolores: Alvus facile irritatur, sic cautos & restrictos esse oportet in usu medicamentorum catharticorum. Animus videtur sæpe deficere tum ob phlegma contentum quod fatuitatem quamdam inducit, tum ob vaporem, tum maxime quod cordis regia accensa animus præ incendio videatur deficere: Accedit revocatio caloris & spiritus ex omnibus partibus, excitatio ῥευμάτων capite accenso, evocatio humorum, ichorumque a partibus inferis, quod Hippocrates observavit.

Pleuritidis in peripneumoniam facilis transitus.

An quum animus linquere videtur, a sectione venæ (quæ hic præsentius & unicum remedium) temperandum? Nequaquam, immo ea sæpe repetita sanguis copiose detrahendus, nec terreri oportet istis deliquiis, non sunt enim συγκοπτικὰ, nec madoribus & τῇ ἐφιδρώσει, quæ sæpe adest ob cordis incendium. Et experientia & ratio, & judicium Medicorum si quando alias hic maxime elucet.

Ob animi deliquia non temperãdum a vena sectione.

Multi incauti eripiuntur ob inflammationem pulmonis, quorum in pulmonibus nihil reperitur aperto cadavere nisi quod vestigium aliquod flammæ apparet: sed hoc idiotæ non animadvertunt.

An in colicis doloribus sectio venæ? Immo præsens remedium, si a bile esse videtur. Cavendum a medicamentis validis & usu linteorum impense calidorum. Tepore juvantur & thermasmate. Syrupus violatus confert, immo & usus lactis recens mulcti aut calidi.

Colicis doloribus confert phleb.

Quum gravida mulier morbo tenetur qui maxime sectionem venæ postulet, an graviditas a crebra sectione & larga profusione sanguinis avocabit? quum enixæ sunt, ingentem evacuationem sanguinis habent & impune sustinent, immo mulieres crebriores & largiores venæ sectiones ferunt quam viri, hic-ne restrictiores esse oportet?

4. Graviditas non dehortatur phleb.

Procurandum omni studio ne parotides suppurent, nam & longitudine opus habent & sæpe in chœradas abeunt quum suppurant, & tunc nec clysteribus nec catharticis peperceris.

Parotidum suppuratio formidanda.

Quum quis Iliaca passione cum crebris vomitionibus torquetur, prolapsum ilei intestini vereri oportet (nam non sæpe iliaca passio aliunde oritur) quum autem prolapsum est intestinum, tametsi vires admodum debiles videantur ob infectos spiritus, oportet blandis medicamentis alvum solvere: Qui revocati erant humores a partibus inferis ad superiores. Nobilis mulier id declaravit, quam repurgavimus postquam repositum intestinum fuit, tametsi omnes extimæ partes frigescerent, frustra enim ad cardiaca confugitur: id quod foras eminebat in hac nobili muliere adeo erat exiguum ut id omnes negligerent, immo Chirurgus negabat esse intestinum, alioqui (inquiebat) alius foret tumor & major:

Crebræ vomitiones cum alvi adstrictione sæpius volvulosæ.

jor: Quidam tamen Medicus rei Anatomicæ peritissimus observavit Enterocelem mulierum esse periculosiorem quam virorum licet sit multo minor, & ab ea sæpius interire, & sane hoc vidimus, nam in mulieribus id quod tumet sæpe non superat medietatem annularis digiti: at in viris sæpissime Capitis magnitudinem refert, & non ita periculose laborant: An quod in mulieribus vere cæcum intestinum obstruitur & descendit, in viris autem alia intestina & præsertim Ileos.

ANNOTATIONES.

1. *Credo quod tales pleuritides pestilentiales erant, multi sub eadem specie morbi interibant. Nil omnino proficiebat venæ sectio. De pleuritide pestilenti, & an secanda in ea vena, Vide Manardum Epist. 5. lib. 12.*

2. *Galen. Comm. ad part. 84. sect. 2. lib. 1. Epid. Ait parotidas citra suppurationem curatas fuisse solis ad inferiores partes factis excretionibus: Deinde subdit Cratistonactem & pictoris ancillam periisse ad suppurationem ductis parotidibus, Cruda scilicet exsistente materia in venis contenta. Neque enim impossibile est particularem in parte aliqua fieri concoctionem remanente totius corporis cruditate. Et Hippocr. part. 81. sect. 2. lib. 1.* Tumores, *inquit*, circum aures qui in febribus cum dolore exsurgunt quibusdam cessante judicatorie febre neque sedati sunt, neque suppurarunt. Factum his biliosum profluvium vel dysenteria, vel crassarum urinarum sedimentum solvit ut Clazomeno contigit. *Expurgatis scilicet per hæc vacuationum loca morbum parientibus causis.*

3. *Has contractiones ex 3. Prorrh. vocabis potius* συνολκὰς σπασμώδεας, *quam* σπασμοὺς. *At longe differunt ut post explicabimus.*

4. *Tutius gravidis tunditur vena, quam purgatio instituitur. Et multas observare licet mulieres plethoricas, quibus nisi circiter quartum mensem reseretur vena, abortiunt, fetusque copia obruitur. Et citra hanc quum febris aut inflammatio aliqua vehementius urget, gravidis tuto detrahitur sanguis; sequendumque ea in re Celsi consilium. Qui magnitudinis morbi & virium dumtaxat rationem habet. Firmus puer (inquit) robustus senex & gravida mulier valens tuto curantur hoc præsidii genere. Sicque uteri gestatio inter quantitatis dumtaxat observationes habenda. Non enim perpetuum est quod ab Hippocr. scribitur in Aphorism. Mulierem utero gerentem secta vena abortire, idque magis si auctior est fetus. Id dumtaxat temperandum suadet a magnis vacuationibus, tempore Hippocr. fieri solitis, ne scilicet fetus uteri latebris conclusus in lucem prodire, idonei alimenti defectu, cogatur.*

5. *Prolapso in scortum intestino, iliaca contingit passio & miseranda fæcum per os motu intestinorum perverso rejectio. Restituto intestino ager nondum omnino periculo liberatus est. Ideo danda opera est, ut saluti falso credita non acquiescat. Alvus non est supprimenda. Nam per aliquot dies multa colluvies debet per inferiorem alvum excerni, & os superius ventriculi*

con-

confirmari irritatum & symptomaticæ excretioni male assuefactum. Rheum aut pilularum forma aut potu datum confert. Sed & aliud aliquando deterius contingit. Nam in lactibus & circum glandulas mesenterii inflammatio contingit, hinc chylosa excretio, hepate non attrahente nec exsugente ob inflammatas Mesaræi & Mesenterii venas. Et tum alvus quidem fluit, & tamen venter intumescit; ideo danda quæ inflammationem compescunt, id quod in multis a nobis est observatum: Ut docte explicat Galen. Comm. in part. 2. lib. 2. Progn. Celsus cap. 20. lib. 7. præ ceteris in prolapsu intestini laudat inediam & phlebotomiam.

CONSTITUTIO SECUNDA.

ANNO millesimo quingentesimo septuagesimo primo circa mensem Augustum quum immodicus foret fugacium fructuum usus vagata sunt tormina, fluores alvi, dysenteriæ: Nil proficiebatur remediis solennibus, ventriculi tortiones, Cœliacæ passiones. Inclinante Luna multi perierunt. Febres funestissimæ, acutæ, mali moris: Omnes vesperi exacerbabantur, vomitiones æruginosæ, paraphrenides, ἀγρυπνίαι, ἀλυσμοὶ, omnia ferè qualia in pestilentibus Constitutionibus: Magna Cerebri & nervosi generis imbecillitas. Etsi alvus flueret non concedebat febris: Morbi erant κακοήθεες, & nobis incautis multos e medio tollebant. Multis fuerunt faucium exulcerationes, stomachi ipsius squalor, deglutiendi difficultas nisi erecta cervice, vox clangosa. De iis videtur dixisse Hippocrates. Fauces exulcerari cum febre, malum: & si malum aliquod signum affuerit, periculum.

Circum mensem Septembrem multis mulieribus laboriosus partus, mors denique: ingens erat humorum corruptela. Vidi mulierem recens enixam, cui ad inguen dextrum dolor erat incredibilis, sine ejulatu non movebatur, alvus adstricta, inappetentia, sitis ingens, putabant obstetricem male suo functam officio. Alvus multa viridia ejecit, decimoquinto die multa purulenta materia e sinu pudoris excreta est: Abscessus illic fuerat, convaluit.

Alteri idem pæne contigit a partu, hypochondrium tumet, difficultas spirandi, a coxis ad humerum sinistrum dolor ingens, nec moveri loco, nec extussire, nec spiritum ducere poterat. Febris conquiescebat, dolor repetebat, vomitiones variorum humorum; An illis doloribus opus sectione? Si id fit, lochia sistentur. Forte illuc pertinebat Aph. Dolores juxta latus in febribus tenuiter consistentes citra notas venæ sectio lædit, sive cibum aversetur æger, sive hypochondrium sublime habuerit, nec enim in ea muliere notæ erant pleuritidis.

In Concis. I.

Vi febris continuæ quinto mense mulier abortit: purgationes a partu mul-

tæ, magna peripneumoniæ ſuſpicio: Quaſi exulceratis faucibus magna copia puris ore excernitur ſine conatu, tuſſi, ſed primo quoque ſcreatu: Ad radicem linguæ erat abſceſſus, aut pulmonum prima bronchia erant purulenta: Interiit. Nil umquam tale obſervatum. Credibile partem ſuperiorem Thoracis in pus verſam, & forte vetus erat malum quod ſe ſe nobis poſtea aperuit.

2. Tabidis dentes liveſcunt.

Tabeſcentibus dentes liveſcunt: an occaſione catarrhi? An non potius ob tetrum halitum? ſi arte, exalbeſcant color iſte fœdus repetit.

3 Cum quartana febre mitiſſime agendũ.

In iſta conſtitutione multi quartanarii decubuerunt, qui ſine remediis derelicti ſunt, omnes pæne convaluerunt: quibus curioſe adhibita remedia, ii fere interiere, præſertim ſi macilenti biliosique forent, ut febres iſtæ potius a bile eſſent uſta, quam a fæce ſanguinis. Sic cum quartanis agendum mitiſſime, ne officioſa ſedulitas plus obſit quam proſit.

Cephalæa torquentur quibus eſt calva ἄῤῥαφος.

Quibus caput furfuraceum ii magis ſani degunt: quibus contra, dolore capitis facile tenentur: nam ſpiracula & ſuturæ connivent, at in illis aperiuntur.

Quum morbillis vagantibus febres ingraveſcunt, unum animdvertendum, an febris urgeat ob morbillorum ſuppurationem: An aliunde proveniat: ſi primum; a medicamento abſtineto: ſecus medicamentum juvat, nam in exanthematis locus eſt cathartico.

Nutricibus nocent ſcãmoniata.

Hippocrates vult infantulorum nutrices ſæpius ſumere medicameutum, quale puello conſcriberetur; nocent namque plurimum ſcammoniata nutricibus lactique admixta aliquando exhibita puerum convulſerunt.

4. Judicatoria non judicantia δύσκριτα.

Conſulis filio ſub axillis tumor diſparuit. Vomitiones aſſiduæ, dolor lateris, ſecta vena compeſcuntur vomitiones. Repetit dolor lateris, & circum ventriculum: Negligunt uſum medicamenti a Medico præſcripti, videtur convaleſcere, ſtatim dolor ad ventriculum repetit, hic fit abſceſſus, extima algent. Mors. κακόηθες. Spes in purgatione erat.

Veſpertina venæ ſectiones melãcholicis conferunt.

Melancholicis ſi ex uſu eſſe videtur phlebotomia, veſperi potius eſt celebranda, quod eo tempore humor moveatur. Quamquam nocturnę & veſpertinę ſectiones venarum, ob receſſum ſolis & dominatum pituitę, & quia minime tum illuſtrantur ſpiritus, potius animi defectionem afferunt: & pauci ſanguinis detractio magis debilitat, quam multi, ſi alio tempore fiat.

Abſceſſus in teſticulos & femora ab Epilepſia & hydrope liberavit. In Coacis.

Piſcator hydrope laborans translata ſurſum materia Epilepticus fit, ſępius convellitur: abſceſſu in teſticulos & femora facto liberatus eſt & hydrope, & epilepſia. Tamen Hippocrates ſcripſit, *Ex Hydropicis comitiales, pernicioſum.*

Error Pharmacopœorum in inſtituenda doſi medicamentorũ.

Qui fit, inquirunt multi, ut ſeſquidrachma foliorum ſennę a mulierculis poculo data plus efficiat quam duplum a Pharmacopœo pręſcriptum? Reſpondent fieri, quia jus majore multo quantitate a mulieribus præſcribitur, ac propinatur, ut ad uncias octo. Pharmacopœi minore dant ut ad uncias tres. At dices: virtus contracta major eſt ſe ipſa diffuſa.

Dum indicationes con-

In longis febribus ſępe ὑποσαρκίδιος, & tumor aut totius corporis, aut quarumdam partium naſcitur manente febre, an hic tutus vini uſus? Non hercle ob febrem? An tutus juſculorum uſus? Non, quia ſerum augeſcit. In iſta ἀντενδείξει quid agendum? Difficillimum hoc & Medicos varias in partes trahit

hit, tamen urgentioris Affectus habenda ratio secundum Gal.

Qui fit ut multis detrahatur sanguis laudabilis, quibus viscera sunt fere putria? Multis illaudabilis, quibus sana sunt viscera? Multis facies decolor, pallida, subviridis, habitus corporis veluti cachecticus, & tamen laudabilis detrahitur? Multis color floridus, habitus εὐέκτικός, quibus lutosus putrisque adimitur? Difficile hęc quęstio dirimetur: sic pituitosis decoloribusque sanguis detrahitur laudabilis quod pituita elaboratur in sanguinem.

traria, urgentioris affectus habe rationē.

Multis putria viscera, attamen sanguis demitur laudabilis & contra.

ANNOTATIONES.

1. *Hunc Morbum Hippocr. depinxit lib. 2. de Morbis, & vocat fistulam pulmonum Aphthoicam.*

2. *Huc alludit Plinius.* Dentes (*inquit*) ignibus indomiti, cavantur tabe pituitę.

3. *Ambigunt, an in quartana febre purgandum. Si piget & tædet diuturnitatis, purgandum, ut febris aut transmutetur, aut deficiat. Et Hippocr. in accessione dandum Pharmacum solutivum jubet. Celsus cap. 16. lib. 3. docet movendam esse febrem quartanam ex eo statu, in quo detinetur. Et quod mirum, contra id quod in hac constitutione a nobis fuit observatum sæpius, vi excessu aliquo febris quartana cessat. Sic Fabius in cruento contra Allobroges prœlio febre quartana liberatus est, & febrili ardore per bellicum ardorem est absolutus, referente Plinio cap. 50. lib. 7. Sic narrat Celsus quosdam medicos, maxime vero Petronem, hac ratione temeraria quidem (quia quos ratio non restituit, temeritas adjuvat) ægros expedivisse ac explicuisse.*

Lib. de Aff.

4. *Hippocr. sect. 1. lib. 2. Epid. Ait: Abscessus aut per venas, aut per ossa, aut nervos, aut cutem, aut alias* ἐκτροπάς *fieri. Bonos autem esse, qui infra morbum fiunt, velut varices, lumborum gravitates ex supernis. Optimos vero inferiores, & longissime infra ventrem, & remotissimos a morbo, &* κατ' ἴκρῶν, *seu per effluxionem factos.*

5. *Hic mirari quis possit, qui fiat ut in multis cadaveribus multus adeps reperiatur in ventre & toto corporis habitu, qui a puriore sanguine est: item* εὐσαρκία *bonitasque coloris adsit, quum tamen viscera ipsa, idest, hepar & lien putria appareant. Si enim tertia coctio non corrigat secundam, qui fit ut habitus exterior laudabilis in colore, charactere & mole videatur, immo multo adipe carnes perfundantur, quum tamen interna sit viscerum labes, quæ viscera sunt officina & penu sanguinis & ceterorum humorum? Id in hominibus sæpe deprehendimus, in ovibus sæpe visitur quarum pinguia sunt corpora: Hepar autem siccum hydatidibus & calculis refertum. Quæ quidem quæstio multos torsit, & indiscussa manet. Non pigebit tamen nostram super ea re in medium proferre sententiam, salvo meliore aliorum judicio.*

In habitu est sua vis, sua natura regens & moderans. Et partes externæ habent quamdam vim actionis suæ, quam non mendicant ab hepate ut ceteræ partes motum & sensum a cerebro: & quum multiplex fiat elaboratio, ros quidam fit & extrahitur, quasi arte chymica qui carnes, & adipem generat

nerat. Accedit quod hæ partes externo aeri exponantur qui repurgat elicita fuligine eas partes quæ faciunt τὴν ἕξιν corporis, & τὸν ὄγκον, idest, molem: Tertio labor, quem hæ partes suscipiunt, & exercitatio & frictio vegetans calorem & excitans, efficit ut fiat quædam depuratio & repurgatio: unde licet sanguis origine nonnihil vitii & labis contraxerit, mutatione loci, labore, elaboratione multiplici, secretione facta fæculentioris & crassioris materiæ tenuior, purior, sinceriorque fieri potest. Itaque ut habitus ipse peculiarem quamdam naturam habet, suasque peculiares & vernaculas vires: ita videtur habere quoque suos morbos non repetita origine a partibus internis. Partes enim extimæ corporis, dicuntur a Galeno natura imbecillæ, utpote in quas partes internæ, ut primariæ & principes, in quas (inquam) ut depositarias suum virus amandent & ablegent. Quin & habere suarum actionum vim non ab hepate, aut aliunde mendicatam Galenus auctor est. Sic suam quamdam naturam habent, suum ministerium, suas vires & genium, suam sanitatem, suos morbos. Unde Theophrastus Paracelsus, monstrum hominis & portentum, ridet Medicos qui semper recurrunt ad partes internas, quas miris & crebris evacuationibus & eccoproticis exagitant & exhauriunt, quum ipsi habitui sit providendum, prætermissis visceribus. Forte non desunt isti Monstro sua patrocinia. Sunt enim habitus sui morbi. Tamen ut non est omnino jurandum in verba Galeni, summi licet viri: Ita iste Paracelsus, juratus Medicæ Artis hostis, nec omnino audiendus, nec explodendus; Videndum enim non quis dicat, sed quid dicatur, ut ad normam rationis omnia dirigantur.

Lib. de loc. aff.

CONSTITUTIO
TERTIA

ANNO Domini 1573. quum tota Æstas inæqualis fuisset, si umquam alias morborum inæqualium & maxime febrium quartanarum maxima fuit seges, quod mirum, statim & primo insultu febres erant quartanæ. Observarunt primates Medici vicesimo ante anno talem constitutionem temporis viguisse, in qua innumeri pæne a quartanis perierunt; quibus mortuis lien plane flaccidus tabuerat, necnon exhausta erat bilis in cysti, & illius loco concreverat lapis. Qui duplices quartanas habuerunt aut febrem complicatam, aut qui vi & arte febrem depellere voluerunt, omnes fere interierunt. Ineunte Januario Quartana speciem mutauit, & in aliis duplices tertianas, in aliis continuas mites effecit; Deinde pruritus, pustulæ ardentes, rubores & dolores articulorum innumeri, præsertim qui macilenti & febre siccati forent. Sudores proruperunt omnibus febribus, an quod siccitas hepatis, & habitus corporis causa fuerit?

CON-

CONSTITUTIO QUARTA

STATIM initio mensis Novembris Hiems incepit algidissima, quæ ad mensem Martium sæviit, & post hominum memoriam numquam observata fuit tam diuturna. Aquilonia quidem erat Constitutio, sed & sævior & diuturnior, sic morborum ferax necessario fuit, in omnibus intolerabiles dolores capitis fuerunt: ἀγρυπνία, quod tamen non convenit Hiemi; nam quum sani, tum ægri de vacuitate somni & occursu variorum somniorum dormiendo querebantur, quum Hieme longi & profundi somni esse debeant, & nullæ, aut paucæ apoplexiæ. Cur non? Quum & Aquilo cerebro noceat, unde non mirum si de capite conquererentur, immo Medici talia hypnotica præscripserunt, qualia æstivis fervoribus. Grassabantur faucium inflammationes exquisitæ, difficultates deglutiendi, συναγχικαὶ, non tamen in lingua ariditas summa erat. Febres lentæ, continuæ, cum colli & dorsalium musculorum dolore superficie tenus, necnon cum convulsivo tremore si diu decumberent sine manifesto auxilio. Languebant vires, erat in multis præ frigore veluti σφακελισμὸς (crudorem Gaza vertit) & squalor quidam, Virgil. in Georg. adustionem vocat, *penetrabile frigus adurit*. Pleuritides multæ grassatæ sunt, multos interemere: Gravissimi dentium dolores, ophthalmiæ alias siccæ, alias humidæ & ψωροφθαλμίαι, vertigines, otalgiæ, tinnitus aurium, a suppressis excrementis dolores ad Hypochondria, tusses implacabiles. Exacta Hieme mense Martio omnes pæne pleuritides funestæ nullis cedebant remediis, Epidemiæ erant, & κακοήθεες, sine ullo violento motu prehendebant: Dolor erat fugax, & quum ægri bene habere putarentur & immunes a dolore lateris, interibant: Erant a sero acri, indomito, cuniculos, & viam sibi parante, erysipelatodes, non phlegmonodes: Non erat magna difficultas spirandi, sed dolor tantum mediocris, & hinc decepti Medici, ingens erat sitis, leipothymiæ erant, & præter rationem vires vacillabant: nil commemorabile expectorabant. Vagabantur innumeri herpetes, aphthæ pueris: pauci ab aphthis immunes fuerunt: pustulæ in extrema lingua sero plenæ: Mulieres istas aphthas contemserunt tamquam leve malum & inauditum, sed in cancros abiere: testamur innumeros ab istis cancris sublatos. Quum talis viget constitutio, frequentibus purgationibus & ptyalismis morbos antevertere oportet.

Georg. lib. I. Arist. in Probl.

Occupatus pleuritide generis commemorati vir nobilis quum periculose ægrotaret, sexto die sudavit, nil septimo natura excrevit. Naturam irritaveramus nostris remediis ad crisim accelerandam: Revera fere in ista crisi interiit, nisi ætas juvenilis impedivisset, mors obvenisset. Galen. in Epid. multum ætati tribuit. Mirum quomodo evaserit, quum dies sextus Tyrannus sit: Galenus in hist. de virgine Larissæa negat omnino sextum diem malum esse, præsertim si inflammatio non adsit aut κακοήθεια, aut si diebus sequentibus absolvatur

Die sexto salutares crises ut fiunt.

vatur crisis, ut morbus sit potius a quadam plethora: sed hic erat inflammatio, at illam sedaveramus tentatis saepe phlebotomiis.

Nobilis juvenis initio febricitans, nec usum vini reliquit, nec a Sole & valida exercitatione abstinuit: putabat se suo robore morbum sine remediis, & decubitu victurum, tandem fractus morbo sexto decubuit, secta vena, catharticum datum, allevatur: Decimo pacantur omnia, undecimo exacerbantur, jactatur, delirat, furit, ἐμάνη, lingua arida, ἄδιψος, partes extimae satis temperatae, interiora ardent, oculi flagrantes, ἐφίδρωσις, tremores membrorum: Mors. Sic morbi initio moderati & curabiles ex eventu funesti fiunt per incuriam & errores commissos in victus ratione. Quo pertinet admodum notanda historia de eo, qui leviter febricitans quod intempestive coenatus esset, interiit.

Mense Junio omnes morbi ingentem corruptionem in corporibus subesse significabant: nam vomitiones assiduae cum inquietudine & omnibus fere aegris vermium excretio per os & alvum: idque non modo in juvenibus, sed & in senibus: sanguis quicumque detrahebatur erat plane serosus & putris, ichores erant & serosi humores, qui phrenitides faciunt, deliria, convulsiones, non quatenus illi sanguineam retinent naturam, sed cum corruptione totius substantiae aut maligna qualitate infesti sunt, & biliosi aut atrabilarii. Multis pruritus intolerabiles, febres levi de causa orientes, multae ad Lipyriarum naturam accedebant, latens intus incendium, extima moderata, horrores ex intervallis, ac si propter humores ἑτερογενῶς, ad naturam febrium horrificarum accederent, arida lingua, φρικώδης, dolores ad alvum, aliis dejectiones biliosae nihil juvantes, aliis alvus impense arida, & vomitiones rerum ingestarum, modo alienarum: omnes propter indolentiam horum symptomatum aegros toxico infectos credebant, intus conceptum incendium maxime erat. Chirurgo Guenino bilis in aestu summo torrefacta sexto die partium extimarum refrigeratio. In aliis idem alio tempore contingebat. Ita arescebant & squalebant morbum funestum patientes aegroti.

Comm. in part. 8. sect. 2. lib. 3. Epid.

Toto mense Junio, Julio, Augusto, febres vagabantur mali moris: Medici decipiebantur, tamquam quotidianas intermittentes putantes, quod singulis noctibus repeteret febris. Verum assiduae erant, & tamen hoc fugiebat Medicos; nam interdiu bene omnino habere videbantur. Initio quidem erat febris vacuitas, sed post unum atque alterum paroxysmum assidua erat febris. Noctes omnibus implacidissimae, interdiu mens erat integra, doloris quaedam vacuitas, sed erat summa linguae ariditas, amaror, aversatio ciborum, sitis, jactationes, vesperi inopinato sine sensu caloris & frigoris aut inaequalitatis sensim reaccendebatur febris, summas inferens molestias, dolores capitis atrocissimos, alienationes mentis, sitim ingentem, vacuitatem somni: Febris tamen non adeo manifesta. Quum sic noctem exegissent quasi spiritibus infectis, tanta matutino tempore erat imbecillitas ut animam agere viderentur, immo multi exsoluti frigidis sudoribus scatentes, ἀσφυξία aut exilitas & inaequalitas in pulsu, calor admodum aridus. Adeo tempus matutinum terrificis erat symptomatis plenum etiam primo quaternario, ut multi sacro oleo peruncti fuerint. Qui una hora post primae restituti sanitati videbantur. Et tale morborum ingenium

genium numquam se observasse Medici dicebant: sic observato hoc more morbi nullis ægris datum est medicamentum mane, sed circum undecimam aut post meridiem, & ante medicamentum ingerebatur cibus: nullis item secta vena, nisi jam die affecto. Causam tantorum symptomatum in matutinum tempus incurrentium esse credebamus, quod maligno vapore morbi infecti de nocte spiritus adeo imbecilli essent, ut appetente die, quo tempore humores qui intro confluxerant a centro ad habitum corporis revocantur, vix illustrare possent corpus: Quod si sudor mane aliquis una erupisset, prærepta occasio fuisset tantis symptomatis, at nullus erupit nisi symptomaticus, frigidi enim erant ob summam imbecillitatem corde occupato. Immo in plerisque, ut dixi, observata quædam pulsus exilitas & veluti carentia, in aliis formicans pulsus, & hæc præsertim diebus criticis contingebant, ac si natura frustra aggrederetur crisim: Qui crisim subiere nono aut undecimo die cum magno vitæ discrimine fuerunt, aliis febris protracta & sine crisibus fere soluta, quasi infracta & domita successu temporis ferocia morbi. Multis parotides apparuerunt, aliis funestæ, aliis non. Morbillis illo tempore prehendebantur pueri. Nos autem observavimus febres omnes eas quæ jam grandiores natu prehendunt, morbillis vulgo pueros exercentibus, omnes (inquam) eas mali esse moris & funestas, ac si aliquid resipiscerent de febre ea quæ morbillis comes est. Et quoniam ob cutis mollitiem exanthemata pueris erumpunt, ideo funestam vim morborum istorum depellunt, alioqui deperirent. Satis autem manifestum erat eas febres quæ in grandiores inciderent, ejusdem esse moris cum febribus pueros exanthematis obsitos exercentibus, quod cum summa inquietudinis & doloris sensione ut ægri ne minimum quidem contrectari possent, vidimus multis obortas esse maculas rubentes, mox livescentes cum summa membrorum confractione, eas Græci *ἐκθύματα* vocant, Celsus papulas vertit, quod in Epidemiis multis contigisse vidimus magno ægrorum periculo, & Galenus ideo ait eas papulas malas ut signum & ut causam. Ut causam quia & phlogosin significabant partium internarum & humorum *κακοήθειαν*, ut signum, quia sunt judicatoriæ non judicantes, nec enim tanto morbo solvendo satis sunt & pares. Quod (si quando alias) in ea temporis constitutione innumeris contigit, ut mirum non sit, si translatione facta ad cerebrum multis parotides obortæ fuerint, quæ duabus de causis sunt perniciosæ, tum quod morbo impares sint, tum quod omnis translatio ab infimis partibus ad superas sit perniciosa, & quod mirum fuit, pulsus non erat incendio interno analogus.

Comm. in 3. Prorrh.

1 Parotides cur perniciosæ.

Si quis quærat cujusmodi illæ febres viderentur, quarum essentiæ in phlogosi viscerum contineri videbantur, cum seri biliosi & ichoris putredine non cordis & cerebri partium in corpore momentanearum. Harum causa humor videbatur esse duplex aut unus confusus bile & pituita mixtus, qui malignus effectus non poterat hæc dira symptomata non invehere: Febres ad hemitritæos & *τειταιοφυε͂ς* accedebant, quæ inflammationis sunt soboles, & cacoethiam sequuntur.

2 Bilis & pituita hemitritæi causa. In Coacis.

Vidimus multos, quibus fluxerat alvus excrementis biliosis, ut ait Hippocrates cum borborygmis. Sed isti fluores parum proderant. Tamen præstabilius erat alvum quomodocumque fluere quam subsistere, nam materia mor-

In Coacis.

In pestilentibus morbis qualiscumque excretio juvat.

morbifica excernebatur: Tamen si quæ excernerentur substitissent, deterius actum esset cum ægris, adeo quæ injiciebantur alimenta in corpus, statim corrumpebantur. Aliis fluente etiam alvo cardiogmi remanebant. Aliis ἀπροαιρέτως fluxit alvus cum mentis læsione & comatosa dispositione atque evaserunt, adeo natura juvabatur ista excretione, licet symptomatica foret: Nam in pestilentibus & male moratis morbis qualescumque excretiones juvant: Urinæ nullis erant flammeæ, sed saltem boni erant coloris. Quod boni signi rationem habet, & saltem ad longitudinem apparet, ut in Epidemiis Galenus observavit.

Histor. 12 sub fin. I. Epid.

Nonnullis tametsi febres essent continuæ per unum diem aut duos vacuitas febris adesse visa est, quod novum non est: Nam in Epidemiis quidam febre continua laborabat, & octavo die a febre immunem fuisse ait Hippocrates; & eodem loco prægnans mulier assidua febre occupabatur, per tres dies febre vacavisse scribit Hippocrates, undecimo die febris repetiit & judicata est: Quod notandum est, ne eos evasisse existimes, quod febre vacare videantur.

4.
Venæ sectio & catharsis non impediunt variolarum aut morbillorum eruptionem.

Εξανθήματα Epidemia fuisse in pueris diximus: Unum notavimus, insolentia symptomata eorum eruptionem præcedebant. Nam puellæ Domini Mommoræi intolerabilis erat dolor dextri brachii, adhibita frustra remedia, rara fuerunt exanthemata, si plura & si cito paruissent, non ita doluisset: Per tres menses iste dolor brachii mansit, & nullis vel validissimis remediis cessit. Beasaldæ filio annos sexdecim nato dolor implacabilis ad spinam dorsi: purgationes, litus, phlebotomiæ: Quarto die erumpunt morbilli adeo copiosi, ut nihil copiosius: Diu latebant antequam erumperent. Duabus filiabus Domini Amoræi febres lentæ, dolores implacabiles capitis, purgationes, clysmata, & tamen erumpunt abunde exanthemata. An commode præscribi possunt medicamenta antequam morbilli sese prodant? An illa impediunt motum naturæ? Immo inopinato venam secuimus & medicamentum purgans dedimus, quibus die sequenti aut postridie apparerent variolæ, & melius multo habuerunt, quam quibus non ausi fuerimus idem exhibere: sic parum probabile quod dicitur minus affatim erumpere papulas si corpus ante purgaveris.

Dominus ab insula de summa difficultate deglutiendi (quæ erat tantum morbillorum latentium soboles, nos autem nil tale suspicabamur) conquerebatur, insignis febris: Eluimus alvum clysmate, venam metu synanches secuimus: sequenti die exanthemata apparent, & brevi tamen convaluit.

Eodem anno quum dies per aliquot satis rigida hiems viguisset circa æquinoctium hiemale innumeræ fluxiones vagantur, in oculos, pulmones, & subjectas partes: plerisque collum riguit ac si tetanus esset: stupores brachiorum, lancinationes cum stupore quodam, multi apoplectici interiere, multi repente interierunt exsudantes & exsoluti, ac si Anglici sudoris species aliqua foret. Febres cum sudoribus manantibus toto tempore: & mense Decembri dicebant solem novum jam cursum instituere, Lunam & Solem ita affici ut eclipsis contingeret: Incredibiles, ingentes, & vix auditæ in ægris mutationes apparuerunt: Corpora sana pene languebant jamjam repente & sine causa manifesta quasi quodam agente dæmonio agere videbantur animam, &

In solis & Lunæ Eclipsibus maximam patiun-

nos

nos qui nihil tale in Cælo fieri auguraremur, tantæ tamque subitæ mutationis causam mirabamur. Numquam credidissem tantas turbas & mutationes excitari in istis Solis & Lunæ, & Cæli affectionibus. Convulsiones repente incidentes, deliria & præter rationem novæ & subito incidentes in morbis mutationes ea nocte satis fidem fecerunt: Unde non abs re Hippocrates magnas aeris mutationes valde observandas putavit.

tur corpora nostra alteratione.

Nobili mulieri cachecticæ post horariorum fructuum usum immodicum vomitiones biliosæ, æruginosæ, dolor ad stomachi regionem: Cautum erat a Medico ne vomitus sisteretur, tamen præter consilium repressus est: virulenta materia repressa atrocissimum dolorem cum tumore accersivit in prima corporis regione. Supervenit recurrente humore ad partem affectam febris ἀσσώδης, algent extima, uruntur interna, post duodecim horas a lipyria interiit: sic nocet plurimum diarrhœas & vomitiones sistere, præsertim si quæ excernuntur excerni debent.

Vomitiones & diarrheas sistere interdum perniciosissimum.

Quum e pulmone sanguis rejicitur tussi, ille omni arte reprimi debet & solet: An hoc verum? Si febris adest, constat & est extra controversiam omnem non debere sisti, nisi quum sufficienter & imminutus, & alio revulsus fuerit necessaria venæ sectione: Hoc Galeno videtur Com. in Aphor. quod inflammationis magna sit suspicio: An tum malum est e pulmone sanguinem educi? Quidam nomine Revesche satis declaravit sæpe innocue e pulmone sanguinem rejici: nam vidimus eum sæpe febribus detentum, cum quibus alias cruentum expuit, alias sanguinem e pulmone spumantem expectoravit: sed hoc putamus ob mollitiem pulmonis fieri, ut id esset illi instar evacuationis solennis, aut per nares, aut per hæmorrhagiam: Quod quum fit & suspicio inflammationis non est, & quæ adest febris non ob vitium in pulmone oboritur, sed propter corruptos in mesenterio humores, tum minus formidandus est ille impetus sanguinis per os: nisi enim magna vasorum pulmonis esset mollities, impetum sanguinis non facile sustinens, ad nares sanguis viam affectaret: vidimus qui minus sæpe minore quantitate sanguinem e pulmone rejectarent, quos proxime tabes sit consecuta. Quamquam magno opus est judicio, ut distinguas an excretio illa sanguinis sit formidanda, an non, quum parvi non referat scire quomodo se ea in re gerere oporteat.

αἱματόπτυσις non semper formidanda.

Illustris est Lutetiæ familia, in qua multi sunt liberi, quorum alii aliquid retinent nativum a patre, alii a matre: Pater minimo medicamentulo repurgatur, idem liberis paternum quid habentibus contigit: Matrem nonnisi valida medicamenta commovent: Qui maternum quid habent, nonnisi validis medicamentis commoventur; adeo magni refert ad prudenter medendum non Civitatis tantum, non urbis, non domus peculiarem habere notitiam, sed cujusque ἰδιοσυγκρασίην animo impressam tenere.

ἰδιοσυγκρασία in medicina facienda magni momenti est.

Quum die decimoquarto morbi natura aliquid decernit, & foras aut alio excernit, aut per ἀπόθεσιν aut per ἔκρυν, numquid quæ abscedit materia alba, lævis, & æqualis; cujusmodi est vera hypostasis, mitificata est, & characterem naturæ recepit? si hoc verum, cur parotis critica, aut alius quivis abscessus criticus eo ipso die quo erumpit non suppurat? Æquum id videtur & numquid parotidon materia calida est?

Cui-

In sectionibus venarum consideranda εὐθυωρία.

Cuidam pleuritico ter atque quater secta vena mediana, quum tamen Medici censerent tundendam basilicam, sed quia & erat parum conspicua, & ramusculus tantum cernebatur, ideoque parum profutura videretur ea sectio, contra ea adjutura, ex qua rivulose & affatim sanguis flueret, quum alioqui parum differre putarent quum ab eodem deriventur ramo: tamen, quum parum profuisse sectiones viderentur & educeretur laudabilis sanguis, visum est melius fore si ramusculus ille feriretur, quod recta ad partem affectam pertineret: tunditur, sanguis fluit illaudabilis, statim allevatur, adeo in sectionibus venæ magnifacienda est τῶν φλεβῶν εὐθυωρεία.

Agitatio & perturbatio cerebri epilepsiam movet.

Epilepsia a Comitiis morbus Comitialis vulgo nuncupatur. Propterea autem Comitialem morbum dici decernunt quod Comitia dirimerentur ac dimitterentur, si quis forte quum hæc haberentur paroxysmo epileptico prehenderetur. Sed istud etymon, etsi a Comitiis deducitur, non tamen a dimittendis comitiis ortum habet: Quin potius comitialis nomen morbus invenit, quod is illius morbi latentis, & ad tempus suppressi maxime in comitiis & hominum coitione celebri emicat ac elucescit, nam quum morborum stata periodo circuitioneque redeuntium alii hoc potius tempore vel hac occasione excitentur ac pullulent, quam illo, illave occasione, si quis epilepsiæ est obnoxius, maligni hujus morbi semen facile sese profert ac profundit, tum quum cogitatione cerebrum ac contentione aliqua metuve movetur ac percellitur: siquidem spirituum fit impetus & motus quidam inordinatus, quem cerebrum, aut delicatum, aut imbecillum facile non fert. At qui in concionem prodeunt dicturi, aut de re gravi deliberaturi contremiscunt, metuque quatiuntur, ac hujus perturbationis vim facile cerebrum persentiscit; illud enim dividitur, nuncque huc, nuncque illuc rapitur, contrahitur in se, dum mox se se explicat ac exprimit, ut mirum non sit si vetus infirmitas innotescat, facileque detegatur. Quod Alcibiades satis patefecit, verba faciens apud populum, cujus tamen fronte minime perturbari debuisset, & tamen totus solebat contremiscere. Ac Socrati istum muliebrem metum objicenti & affirmanti dedecere maxime Alcibiadem, tanta in populum potestate præditum, coram populo & in concione hominum plebejorum & proletariorum ita terreri, respondit putare se in hominum ista frequentia non paucum hominum catorum, & res magnas aggredi solitorum numerum adesse. Immo nostra memoria observatum est clarissimum Budæum, quum pauca haberet dicenda apud Regem Franciscum primum, obmutuisse ac sterilem paruisse, adeo aspectus Regis majestate regia plenus eum terruerat, quum tamen omnes sciant quantæ animi dotes, divitiæ, & ampla ingenii supellex Budæo fuerit, sed in recessu erat, non in fronte. Et in Basilica Parisiensi dicturus Jodellus, acutissimi & sollertissimi homo ingenii, felicisque memoriæ coram Henrico Rege obmutuit, obstupuitque, ac postea narravit se illo tempore rerum omnium quas animo comprehenderat oblitum fuisse, ut nulla pęne ratione ad se rediverit, & si plus apud Reges ipsos concepta de istis luminibus Galliæ ignorantiæ opinio valuisset, quam roboratum jam ac confirmatum, grave ac Regium de utriusque vi & ingenio, & interioribus litteris judicium, inanes ac inglorii discessissent. Ac non tam in eis suspecta

fuit

fuit eorum inſcitia quibus quum adſint verba res deficiant, quam infantia eorum qui quum rebus abundent eas nequeant explicare. At prudentia indiſerta loquaci ſtultitiæ eſt præferenda? Atque obſervavit Rondeletius, acutiſſimo ſollertiſſimoque præditos homines ingenio cum cerebri præſtantia, dum magna animi contentione aliquid moliuntur, epilepticos fieri. Ac viri graves ſui fere ſunt diffidentes, nec audent quicquam aut proponere, aut eloqui, aut conſtituere niſi accurate: Contra impudentes, leves homines, ac ignari fiducia ſui omnia audent, nec cujuſquam terrentur aut aſpectu, aut auctoritate.

Lacry. mas promoventia nocent ophthalmia.

Quum dolor oculos occupavit, aut ophthalmia, aut epiphora poſt unam aut alteram purgationem ſequentes motum naturæ excernentis, non dubitant dare quæ lacrymas proliciant: erumpente enim per oculos humiditate multa eos ſanatum iri putant: At hæc ratio medendi non placet: Doctiſſimus Silvius hanc retinebat. Et magna inde incommoda conſecuta eſſe audivimus. Aetius medicamenta lacrymas promoventia præſcribit. Hippocr. jubet aliquando humectari oculos, & lacrymas prohiberi vetat, immo omni ratione excitat: ſed loquitur de illapſu humoris cruenti in oculum: ut topicum remedium ſit lacrymæ provocatio. Sed quum a cerebro aut pericranio malum eſt, hoc ita tutum non eſt. Quamquam cur non fieri poſſit?

Ca. 156. & 157. ſerm. 3. Tetrab. 1.

Dominum Sangermanum dolor ad gibbas hepatis vexabat. Irrita omnia fuerunt remedia ex arte comparata. Et quum naturæ totum negotium relinqueretur, ruſticus advocatus eſt, hic ſimilem affectum ſe aliquando curaſſe aſſeveravit. Æger confidenter ei ſeſe credit. Accipit radicis hederæ pulveriſatæ ℥ j. aut ℥ ij. potui dat cum decocto capi aut pulli, non longe poſt juvatur plurimum. Et ejuſmodi remedia a veteribus ſunt præſcripta, a nobis neglecta. Et eadem magno noſtro vituperio cum ſumma laude uſurpant ruſtici. Aetius caput ſcripſit de iis quæ purgant cavas & gibbas partes jecoris.

An decocto ligni ſancti purgantia rite adjiciantur.

Comm. in Aphor. 5. lib. 4.

In profliganda lue venerea decoctum ligni guajacini commendant, quod eo proliciantur ſudores, maximum remedium illius venenati morbi: Sed ei decocto turpethum, colocynthidem, folia ſenæ, agaricum adjiciunt. An hoc convenienter fit? Forte eadem eſt ratio, quæ & de purgatione quæ ſub cane inſtituitur. Contrarii enim motus ſunt, unus caloris externi foras evocantis, alter medicamenti intro. Idem de decocto ligni ſancti cum ſolutivis medicamentis.

Cap. 165. Tetrab. 1. ſerm. 3.

Si in deſtillatione a capite & tuſſi tuto aliquando præſcribitur opium, & ea quæ opium recipiunt, quum impenſe frigidum ſit, cur non idem aqua præſtet quæ frigida eſt & ſiſtendi vim habet? Aetius ſcribit de aqua pluvia illam deſtillationes excitare ſi frigida bibatur, cur opium frigidum actu & potentia ſiſtit eaſdem?

Cap. de dolore Capitis ex bile.

Virium infirmitas in ve-

Notandum quod ſcribit Rondeletius, ſæpe terreri Medicos, quum vident ob dolores capitis vires admodum detritas: non audent enim aut inſignes venæ ſectiones, aut valida præſcribere medicamenta. Et tamen in his tantorum dolorum ſedatio conſiſtit. Tamen iſto infirmitatis metu non terreri debemus. Quid tantopere enim corpus frangit, & ſpiritus diſſolvit? Dolor. Ergo eum amovere ſtudeamus. Quoniam autem ſtupeſcit quodam modo ſenſus ob inſignem

hementiſſimis doloribus non dehortatur vena ſectionem & purgationem. In Coacis.

ſignem dolorem, danda ſunt medicamenta valida, quæ naturæ calcar addant, alioqui inanis erit opera. Et ſic fecimus in ſervo Epiſcopi Ciſteronenſis, quum adeo præ dolore capitis infirmum eſſet caput, ut animam agere videretur. Tutudimus venam frontis & ſatis copioſe ſanguinem detraximus. In illo verum comperimus, quod Hippocr. ſcribit: *Quibus capitis ac colli dolor adeſt*, „ & totius corporis tremula impotentia, ſanguinis eruptio ſolvit. Quin & „ tempore hæc ſolvuntur, verum veſicæ in hoc ſupprimuntur. Numquid arte ſanguinem detrahere conveniet?

Peculiaris naturam quũ corporum tum humorum, purgandorum, cognitio neceſſaria eſt.

Maxima ratio habenda eorum qui purgari debent, ne videamur corpora accomodare medicamentis, non medicamenta corporibus per obſervationem peculiaris naturæ. In hoc plurimum aberratur. Pleroſque vidimus, quibus medicamenta ſtatim ab alvo præcipitantur, & nonnulla ſecum educunt, ſed non talia qualia purgari oporteat. Hoc autem fit in iis quibus ventriculus eſt admodum delicatus, & exquiſiti ſenſus. Quod diſcernes ex eo: nam ſunt ut plurimum decolores, vix ſuſtinent inediam, aut ſi ſuſtinent, magna virium infirmitas eſt. Acetariorum uſu, & aquæ frigidæ & rerum humidiuſcularum & frigidiuſcularum facile offenduntur, lævorem habent alvi facilem, quem nos Græce vocabimus ϖατίλω, non λειεντερίαν, torminibus cœliacis facile tenentur, non valde ſitiunt, ſaliva in iis ob os recurrit, uſu rerum calid. & admotarum & aſſumtarum facile juvantur. His nec caſſia, quia lubricat nimium & ſuo virore alvum iſtam ſubvertit, nec catholici confectio, nec ſcammoniata proſunt. Nam quæ ſcammonium receperunt, dum cito ad actum reducuntur, & cito pyloron alvique fundum irritant ac pungunt, una poſt medicamentum ſumtum hora alvum ſollicitant perturbate, & ταραχὴν non κάθαρσιν faciunt: quum vera κάθαρσις electiva eſſe debeat. Itaque quum ob effeminationem & mollitiem, & humectationem ventriculi facultas retinens non ſit valida, & pars exquiſito ſit prædita ſenſu, non mirum eſt, ſi moram in ventriculo medicamentum non facit. Præterea quibus in ventriculum ipſum perenniter allabitur catarrhus, ut multa humiditate alvus natet, eadem medicamenta non ferunt. Et Caſſia in talibus ventriculis inflatur, & dolores infert magnos & λειποψυχίας. Nec his, nec illis tutus pilularum uſus, quia ab alvo ſtatim nullo effectu præſtito devolvuntur. Si itaque velis quippiam effatu dignum facere, corpus aut præexſiccandum eſt, aut danda medicamenta quæ vim habeant purgandi, & una fibras ventriculi roborandi. Alioqui ludes operam.

Scammoniatis nõ miſcenda adſtringentia.

Sunt qui dum ſcammoniata præſcribere volunt, ipſi ſcammonio admiſcent ea quæ vim adſtringendi habent. An hoc eſt ὁμοιότροπον; nam unius vis alterius actionem interturbat. Immo obſervatum eſt ab iſtis dyſenterias facillime inferri. Nam quæ adſtringunt dum in ſpiraculis fibriſque ſcammonium retardant, dyſenteriæ quoque occaſionem dant. Siquidem non poteſt ſcammonium non erodere ſi moram trahat. At dicent: Quæ adſtringunt, impediunt quominus tam cito ſcammonium ſuam vim exerceat. Immo ſiſtunt potius ipſius ſcammonii corpus quam actiones. Sed ut actionem actioniſque vim temperes, adhibenda ſunt quæ vim ſcammonii hebetent. Ut dactyli retundunt in confectione diaphœniconis. Sed quibus adſtringendi vis conceſſa eſt eaque primaria, ea non poſſunt legitime admiſceri.

Num-

Hydrops a marasmo hepatis scammoniatis, antimonio &c. tuto non curatur.

Numquid in vulgata hydropicorum curatione plurimum ubique aberratur? Nam quum passim hepar hydropicorum vitiatum sit, exsuccum, & per quemdam marasmum περιφρυγία artefactum, tamen sæpe & confertim dantur scammoniata, antimonium, succus ebulorum, sambuci, thymeleæ, chamæleæ, tithymalorum: numquid adaugetur hepatis intemperies? numquid malum malo cumulatur? & augetur perpetua generatio? Unde nullo profectu omnia hæc propinata vidimus. Immo ab his multos interiisse testamur, quod serum utile traxissent, & majorem sitim, calorem, febrem, squalorem corpori attulissent, nil de materia morbifica dempsissent. An non alia medendi ratio, & num potius παρακέντησις conferat, quam nullo profectu, & cum actione causæ ista medicamenta præscribantur?

Clysmatis acribus non utendum in magna adstrictione alvi.

Quum alvus admodum adstricta, cavendum ab enematis valde acribus. Nam dum eorum vis intruditur & transcendit rectum intestinum, dum alia irritat vellicatque intestina valide, & præ obturante fæce in recto intestino nequeunt sese exonerare, sæpe adiguntur ad contrarium motum & mutant suum motum περισαλτικὸν, unde frequentes provocantur ilei.

Com. in particul. 38. sect. 2. lib. 6. Epid.

Capitis dolores non ita surgunt ob humorem melancholicum aut frigidum quatenus ejusmodi remanet. Quæ enim humori melancholico inest siccitas, ea parum ad dolores excitandum idonea est. Frigiditas vero & humiditas, quæ tamquam qualitates propriæ pituitæ quadrant, parum quoque ad dolorum generationem valent. Nam opinione Galeni frigus torporem potius & stuporem inducit. Itaque quum in fluxionibus tam acerbi dolores excitantur, vel tales humores sunt pituita salsa aut acida (nam de fluxionibus biliosis sermo non est) vel flatulenta materia est. Ac credibile nullum pene dolorem excitari, quin aliquid sit de natura flatulenta & ichorosa, quod videbatur Medicis πνευματικοῖς, quorum dogma Hippocr. secutus videtur libro de flatibus. Istas ventositates, ἀνεμίας vocare possis; & flatus subventaneos, vagabundos, leves, irritos, nam ἀνέμιος idem aliquando significat quod ὑπονέμιος, idest, subventaneus: In talibus autem phlebotomia solvit. Porro si flatulenta natura est ex quadam pituitæ resolutione, numquid pilularum tutus usus, quarum tenuis & acer calor facile pituitam in flatum resolvit, & ita causam auget?

Cucurbitula admota musculis abdominis respirationem impediunt.

In hystericis affectionibus & apoplexiis, in quibus aut aboletur omnino respiratio, aut exigua manet (quod ad sensum spectat) an usus cucurbitularum tutus in musculis abdominis? Nequaquam. Nam dum illi intenduntur musculi, augetur difficultas respirationis. Et ita exaugetur malum.

Theriaca tuto non exhibetur lethargicis.

In lethargicis affectionibus & comatis & apoplexiis theriaca vulgo præscribitur. An id tuto fit? Nequaquam, idque duabus de causis. Nam & obruit vis opii quæ vix tempore retunditur: & etiam retusa, si aliqua supersit, maxime apparet in istis affectionibus: Preterea theriacam multa ingrediuntur quæ vim adstringendi habent, ideo duabus istis de causis impune dari non potest.

Lib. 7. Aph. 37.

Adstringentia

Hippocrates ita scribit in aphorismis. Qui sanguinem evomunt, si sine fe-
" bre, salutare, si cum febre, malum. Curandum refrigerantibus & adstrin-
" gentibus. Hoc consulit sumta indicatione ab ipsa excretione. An tuto ista adstringentia prescribuntur? Nequaquam, nisi magna cum cautione. Nam nisi usu rerum mellitarum aut oxycrati dilutissimi purgaveris pulmones eo sanguine qui

κ' πτοι ῥι-pis non cōferunt.

qui moram in eis trahere poſſet, metus eſt ne corrumpatur, & ita phthoen accerſat. Immo non bonum omnino ſedare tuſſiculam, quia per eam pulmones, ἀνακαθαίρονται. In his plurimum errant Medici.

Illuſtris Domina de Charny implacabilibus capitis doloribus tenebatur. Suſpicabantur humorem eſſe frigidum, rebellem, efferatum tamen & jam in flatulentam naturam verſum. Sectæ venæ ſunt brachiorum, purgatum corpus, veſicæ ſuillæ admotæ lacte plenæ. Nil proficitur. Tandem interbaſtantur ſacculi ſemine lini pleni, vino & aq. incoquuntur, applicantur. Dolores ceſſant. Non longe poſt repetunt. Eadem uſurpantur. Tandem quum nil proficeretur, ſæpe adhibentur galli exenterati: miraculo convaleſcit.

In acerbis doloribus ad ſcapulas & rhachitidem, ob fluxionem ſeroſæ materiei efferæ, poſt purgationem juvit litus ex axungia gallinæ, ſuilla & ſucco ſalviæ cum vino albo extracto.

Quæri poteſt, dum partus inſtat, numquid ante eum per octo aut novem dies mulier commode uti queat vino Hippocratico, ut ejus uſu ſenſim vaſa aperiantur, ſic partus facilior ſit, & a partu purgationes καταμήνια μετὰ τόκυ, dictæ melius eant? Fieri hercle id poteſt. Tamen cavendum ne quid peccetur, Nam ſi uſus vini Hippocratici ſit major, cavendum ne ſanguis caleſiat, & ita febribus poſt partum occaſio detur. Immo majus inde incommodum, quam commodum ſequatur. Unde in uxore Præſidis Pariſienſis Dolu vidimus convulſiones Epilepticas in partu. Ante ſatis liberaliter eo vino uſa fuerat. Hinc ſanguinis & humorum incitatus eſt curſus.

Com. in Aphor. 24. lib. 3. Cauſa Aphtharum. Cap. 4. Tetrab. I. ſer. 4.

Puellos dum lactent aphthæ maxima ex parte exercent, ideſt ulcuſcula igneæ caliditatis in modum herpetis miliaris. Galenus in aphoriſmis harum generationem ad mollitiem partium internarum oris refert, quæ tanta eſt, ut ſi lac paullo amplius ſerum habeat, vix iſtam qualitatem ferre poſſint quin exulcerentur. Sed Aetius, quod diligenter notari debet, ideo aphthas plerumque generari ait quod nutricibus mammarum papillæ breviores ſint juſto. Et ita puellus ore non poteſt apprehendere, ideoque affliguntur maxillæ: Nec non lac ejaculatum, non autem probe attractum ob papillarum brevitatem pelliculam toti ori & pharyngi obductam ſuccingentemque ferit & aphthas ulcerando generat. Sic cavere oportet ne ora puellorum imprudenter lædamus medicamentis, quum curatio conſiſtat potius in mutatione nutricis.

Quum in pleuritide vexant dolores, venam ſecamus, quum adaugentur, audentius ſecamus. An id bene? Nequaquam. Quia dum pus fit dolores ſurgunt, an propterea ſecanda tam ſæpe vena? Naturam impedimus, ut mirum non ſit ſi multi moriantur.

Incredibiles circum ſcoptula operta, & rhachitidem dolores oriuntur a delapſu crudi ac ſeroſi humoris per partes poſticas capitis: & ii mulieres maxime exercent. In Domina Du Pleſſis, per viginti menſes perſeverarunt, nulli cedentes remedio. Joanni Bellicanto eos dolores ſæpe perpeſſo quum corpus mortuum ſecaretur, omnes nervi & ligamenta muſculorum humeralium erant oppleta ſero pingui: idem obſervatum in aliis ſimiles dolores paſſis, quos nulla pene ars levaverat. Quid hic capias conſilii? quæ medendi methodus?

Narravit quidam, quum verruca occupatam manum haberet, ſatis alta & pro-

profunda, per dies aliquot assidue locum affectum perfudisse & affricuisse succo vi affrictus extracto ex portulacæ thyrso jam grandiusculo & lanuginoso: Atque ita miraculo verrucam extabuisse.

Ad verrucas portulacæ succus confert.

Sexto mense solari vitales partus esse, subducta dierum ratione, Hippocrates in suis libris docet. Quid ergo est, quod septem mensium tempus ad vitam desideratur? Hoc quæstione dignum est. Nam sæpe testamenta constituuntur vitalibus partubus, sexto mense solari erumpunt, num legitime decernitur hereditas? An contra jus hereditatis ad alios debet pertinere? Dicendum est, sexti mensis solaris extremum in quartum diem mensis Civilis & Lunaris qui jam septimus est, incidere, immo in septimum illuminationis & peragrationis diem, sic ut si eo tempore fetus edantur, non jam sexti mensis esse, sed septimi, & civilis & lunaris esse dicantur. Maximus autem lunaris civilis dicitur, & habet dies 29. & horas 13. & septem solares civiles efficiunt septem lunares tribus tantum diebus exceptis. Hoc autem parum differre videtur. Hippoc. lib. 2. Epid. ait: Quicquid in septuaginta movetur, in triplicitatibus perficitur: Ter autem septuaginta conficiunt ducentos & decem dies. Ducenti & decem dies complent septem menses integros. Quicquid in nonaginta diebus movetur, in triplicitatibus perficitur, idest, in novem mensibus. Nam ter nonaginta in se reducta conficiunt dies ducentos & septuaginta, & moveri septuagesimo die, est moveri secundo mense & dimidio; moveri autem nonagesimo die moveri est tertio mense. Quæstio autem maxima est: si luna morbos acutos moderatur, Sol autem longos, ita ut quemadmodum prima mensis septimana, quæ septem diebus completur, morbus judicatur acutus & movetur, ita longus tertio mense: & si prima septimana morbus acutus non judicatur, in extremum secundæ septimanæ judicium differri solet, idest, in 14. diem: ita qui longus tertio mense non subit judicium, is in sextum mensem aut nonum judicandus venit. Atque id ad motum solis pertinet: judicium autem acutorum morborum ad Lunam ipsam spectat. Et quod de mensibus dicitur, idem de annis audiendum est. Morbi enim septimo anno judicantur, auctore Hippocrate. Si Luna frigida humida cur spectat ad acutos morbos? Solis enim id proprium est.

Septimestris partus vitalis, & cur?

Si mas est femina perfecta, & femina mas imperfectus, ut opinione Galeni in lib. 2. de semine, & in libris de usu partium, quæ partes recondentur, temporis successu & caloris vi promittantur, cur mas in die 30. aut 35. perficitur, femina 42. nam mas femina fuit, si ratio Galeni inconcussa manet?

Qui inveteratas habent hemicranias, præsertim si non tam per protopathiam, quam per sympathiam excitentur, sæpe aut aeris mutatione, aut diætæ, aut intempestivo quodam rerum externarum occursu suos veteres dolores experiantur: an juvat eodem die quo & dolores repetunt valida exhibere medicamenta? Ita enim ferunt dum humores sunt in orgasmo, bonum esse conari aliquid contra obstinatos, contumaces & inveteratos morbos. Et narrant se ab inveterata hemicrania liberatos.

Medicamenta danda dum humor est in orgasmo in obstinatis morbis.

Magna vis astrorum in hac inferiora corpora: & maxime eorum vis paret, quum morbo affecta magnam virium jacturam fecerunt. Ideo Hippocr. magnas

Hippocr. lib. de Aere, & locis.

Astronomia Medico necessaria.

gnas temporum mutationes diligenter observandas putavit. Immo ne medicamentis tum agitanda esse corpora judicavit. Narratum est a fide dignis Medicis & primariis hujus urbis, contigisse aliquando, ut in defectione solis in manibus curandam Dominam illustrem de Varades haberent. Quum paullo ante eclipsim istam nil tale de ægra cogitarent, in ipso defectionis momento, dum attenti in cœnaculo sublimiori aqua in pelvim conjecta defectum ipsius solis intuentur, evocantur statim ad ægram decumbentem, quod ea animam agere videretur. Tantæ tamque subitæ mutationis causa in eclipsim istam referebatur. Sed sole suum primarium cursum repetente, & prout vires acquirebat, seseque aperiebat, ægra vires corpusque amissum resumebat. Immo observatum quoque est, non satis feliciter mitti sanguinem silente deficienteque Luna. Quod Medicos latere non debet, ne plus apud nos valeat trita vulgarisque factitandæ Medicinæ via, quam ratio & medendi cautio, legitimis fundata argumentis.

ANNOTATIONES.

1. *GAL. Comm. ad part. 11. sect. 1. lib. 1. Epid. meminit parotidum, quæ exitiales minime erant quod febrem comitem non haberent, & tumores œdematosi naturam redolerent, qui propter spirituosam substantiam facile evanescerent: quæ autem fiunt propter copiam succorum multorum crassorum & crudorum, propter vehementiam acrimoniamque, & febrilis caliditatis abundantiam sursum ad caput delatorum quos natura in aurium glandulas deponit, propter allatas causas periculosæ exsistunt.*

2. *Huc forte pertinet Aphorism. Coacarum,* Febres tertianam referentes erroneæ, in pares dies translapsæ difficiles. *At vero Comm. ad part. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. Gal. ait, Discrimen statui inter* πυρετὰς τριταιοφυεῖς, *&* ἡμιτριταίους, *quod illæ febres nascantur a bilioso humore, sed lentiore; hæ autem a bilioso subtili & pituitoso. Hæ* κατ᾽ ἐξοχὴν, *horrificæ dicuntur, & fere sunt perniciosæ.*

3. *In morbis malignis qualiscumque sit excretio, tamen non semper damnanda est. Nam & bubo pestilens statim erumpens sæpe ad bonum apparet. Unde Gal. lib. de atra bile narrat Nigras excretiones profuisse & impedivisse, quominus carbunculi apparerent.*

4. *Hic quæstio moveri potest quæ maximam utilitatem ægris est allatura, qua una re Medicus naturæ minister impendio magis delectari debet. An non scilicet bonum sit sanguinem demere, & ante, & post eruptionem variolarum quum æger totus scaber & fœdus, Elephantico non dissimilis, & febricitat, & fœtet, & cutim offartam obseratamque ista scabie, & totum corpus* δυσδιαφόρητον *habet; & denique carnes corrumpuntur, & quasi in virus istud putre dilabuntur, ac colliquantur. Proprium autem est caloris maligni & pestilentis, ut & urat, corrumpat, & corpus liquefaciat; urat quidem, quia calor pestilens in carnibus & membranis, quasi sensum carbonis urentis infert, & calorem naturalem depascitur & exstinguit, corrumpit, inficit, & nescio quam vim humoribus imprimit, ut Ecthymata,*

Carbones

& postulæ appareant, & ex humore miti efferum & malignum reddat, liquefaciat. Id experientia didicimus his temporibus, in quibus sæviit in vulgus febris purpurata. Nam qui evaserunt, fere omnes tabuerunt, liquefacto toto corpore, & profluvio alvi spontaneo, quasi minime sentientibus ægris. Denique quemcumque humorem attigerat calor iste malignus & pestilens, is omnis excretus est, & non desiit febris, donec corpus quasi exhaustum, aridum, & squalidum redditum fuerit, sicque remansit sola corporis ἐπιγραφή, *solus* σκελετός. *Hippocr. duo observat in ea immani, & communi peste, quæ secuta est constitutionem humidam calidam, ventis carentem, & umbrosam, idest, nebulosam prius, quod ea putredo fuit alia, idest, non vulgaris & solita, sed insolens & symptomatum insolentium procreatrix. Posterius, quod multi tabidi interiere, Galenus ad destillationem a capite refert. Ego vero ad colliquationem corporis, partim ob calorem pestilentem, partim ob collectionem pravi humoris in pulmone, sicut & in ceteris partibus: Unde in febribus pestilentibus ob humorum fusionem, facultatum læsionem & humorum pravam qualitatem, item ob caloris naturalis affectionem est* νωθρότης, *&* ἀκινησία *totius corporis, lentitudo, gravitas, eo modo quo in carbunculo partis observamus: Nam quæ pars affecta est carbunculo pestilenti, ea præter sensum caloris quasi prunæ adurentis, gravis est & plumbea; id quod notandum est; sic in pestilenti febre in morbillis, & ceteris id genus morbis qui se affinitate quadam attingunt, est dolor* ὀστεοκόπος, *& sensus quasi ponderis & gravitatis, ut neutram in partem flecti possit corpus. Vulgus autem Medicorum corporis gravitatem istam ad humorum abundantiam refert, quum id potius ad malignitatem sit referendum. Hæc quum ita sint, videndum qua ratione prohiberi possit, ne iste calor pestilens increscat, & ita corrumpat, urat, tabefaciat liquando, & liquet tabefaciendo, & denique multorum & graviorum symptomatum fetura tandem ad internecionem ducat ægrum. Id fiet subtrahendo materiem tamquam pabulum, & statim febrem ipsam jugulando. Sic phlebotomia primo quoque tempore facta id operæ pretium adferre potest. Prohibendus enim est iste calor omni arte: nam brevi tempore multum propagatur & inaugescit. Sic si puellis detrahatur sanguis initio in suspectione morbillorum & variolarum, impedietur augmentum febris, cujus calor maleficus, est tabeficus. Et sic fusis liquatisque carnibus non ita intumescet corpus, nec fœda scabie maculabitur & inquinabitur: Immo, dum eruperunt, potest etiam detrahi sanguis, quod nos beato quodam successu fecimus & consecuti sumus. Sic enim una sanguinis detractione plus educimus sanguinis, quam natura foras possit propellere. Interea successu temporis & febris augetur, & corpus quasi in putre serum resolvitur. Accedit quod in morbillis & variolis, immo in peste fiunt excretiones sanguinis* αὐτομάτως. *Excretiones per os, per urinas, per acrimoniam & malignam qualitatem in sanguine ut materia fundatam, quæ a parvo incipiens in totam massam prorogata & propagata est. Sic subducendo materiam ut pabulum, minuemus morbum, & faciemus quod morbus ipse facit, & natura ipsa, sed coacta. Nam profusiones urinarum immensæ proveniunt, & alvi profluvia eo utraque progredientia, donec totum fere corpus tabescat, relinquaturque*

Lib. 3. Epid.

que, ut ante dictum est, sola corporis superficies & descriptio: Nec desinit natura eas excretiones moliri, licet sæpe symptomaticas (sed quia prosunt ab effectu commendantur) procurare ac promovere, quamdiu aliquis humor restiterit. Remanent partes solidæ, in quarum vi natura ipsa residet ad reliquias naufragii, vel tamquam ultimæ naufragii tabulæ. Ergo habita semper virium ratione in morbillis, variolis, immo & in peste possumus tuto detrahere sanguinem. Quod nos docuit longa experientia in popularibus morbis, in quibus exanthemata apparuerunt, sæpius iterata venæ sectio, & profusio alvi, immo olida proluvies, tum arte, tum natura, tum vi morbi procurata, multos orco eripuit. Hæc paucis, quæ plenum commentarium requirerent.

5. Hoc diligenter attendendum; nam in colicis doloribus seu veris, seu nothis graviter peccatur a Medicis, dum occurrere volunt symptomati, nempe vomitui. Utuntur enim stypticis foris admotis. Intereaque si est contumax, aut materia, aut obstructio, unde stimulus iste ad vomendum, ea rerum talium usu augetur: Et sic colici doloris causa fit rebellis magis. Id quod huic viro forte contigit. Et in hoc graviter peccatur.

6. Et tam celeris excretionis ab assumto medicamento causa non est ad ea referenda de quibus hoc in loco dicimus, sed quia plerique aut primam regionem biliosam habent, aut quum inordinato victu utantur cruditates habeant, perturbatur facile iis alvus. Maxime vero si πικρόχολοι τὲ ἄνω. Bilis enim commota alvum ducit.

7. Hippocr. enim lib. de octimestri partu, septimestres dimidia anni parte nasci ait, idest, centesimo octuagesimo secundo die, & sic septem menses complentur, accipiendo dies 26. pro mense.

CONSTITUTIO
AUTUMNALIS
Anni Domini 1574.

ANNO 1574. quum æstas pluvia esset, austrina, & autumnus eam excepisset eodem temperamento, infinitos prehenderunt dentium dolores, coryzæ, ophthalmiæ, tusses, pulmonum affectiones, destillationes in partes subjectas; Immo & nonnullis apoplexiæ. Cerebrum ita oppletum erat, ut vel minima occasione omnes istas calamitates excitaverit. Fugaces dolores omoplatarum, pectoris, & dolores pleuritin ementientes. Juvit non valde medicamentis corpus agitare: coquere, mitificare serum, quod & copia & qualitate molestum erat.

Quæstio non contemnenda, Quum ischias arthritidis species sit, qui fit ut quum

aliqua

aliqua specie alia arthritidis quis laborat, ut gonagra, aut chiragra, de alia parte conqueratur? Immo ex Galeno, tum arthritis dicitur, quum multos articulos dolor occupat: Quum autem ischiade tenetur, aliæ partes consimiliter non afficiuntur. Quamquam in quibusdam aliter a nobis observatum est. Sed ut plurimum ita fit.

Comm. in Apho. 17. lib. 3 Apho.

Vulgo observatur arthriticos valde esse libidinosos, & congressum appetere valde, quamquam podagra cum suis germanis sororibus libidinosorum pœna vulgo statuitur: & pueri ante usum rerum venerearum podagra non laborant. Illius rei causas duas naturales constituunt. Una est exercitatio in ludo palæstraque venerea, quo fit ut vasis dilatatis testibusque semine turgentibus vix capiat oblivio tam jucundæ rei etiam in clamosis doloribus. Secunda, quia arthritici coguntur cubare supini, & incalfacta spinali medulla turgescunt facile testes. Tertia est, quod quum videant arthritici crapulam vino rursum egregie hausto, tamquam legitimo remedio, in ebriis tolli, & ictos a scorpiis ab iisdem solitos remedium petere, quæ venus arthritim attulit, eadem videtur posse tollere. Quarto illud Hippocr. Ad frigidos & increscentes morbos μίξις, idest, veneris usus. Quinto præ dolore pedum aut coxendicis est magna humorum καταῤῥοπὴν. Sexto abundant arthritici sero multo acri.

Arthritici libidinosi, & cur? Ideo Arthritis fingitur filia Veneris & Bacchi a poetis, vocaturque μισοπτωχός. 6. Epid.

Si inflammatio articulorum in arthritide non nisi intra diem quadrigesimum sedatur, quod nervorum, chordarum, tendinum ea sit natura, ut ægre admittant humorem, & admissum dimittant, qui fit ut pleuritis morbus acutus sit, quum sit inflammatio partis nervosæ, membranosæ, frigidæ & spermaticæ? Nam Gal. Comm. ad Aphor. 40. lib. 5. dum loquitur de mammarum adenibus, ait partes spermaticas crudiorem & frigidiorem sanguinem facere. Immo & Galenus docet, cur peripneumonia a quovis humore fiat, non tam facile pleuritis, quod membrana non facile humorem admittat, ut pulmo.

Gal. com. in Aph. 49. lib. 6. Aetius c. 8. ser. 4 Tetr. 3.

Pillulæ ex rheo, massa pillulæ sine quibus & castoreo veteres, & consummatas fere gonorrhœas, & fœdos colores, & muliebrem fluorem profligaverunt.

Nobilis mulier pudicitiam suam prostituerat, uteroque conceperat. Conceptus fere trimestris aut bimestris, quum de ea re nulli suboleret: Forte quum joco multa faceret pateretur que, in vicinum lectum conjicitur. In ejus ventrem incidit juvenis, qui impetu lapsus, & sua ipse mole opprimens, tantam utero vim intulit, ut elisus fuerit fetus. Ingens copia sanguinis fluit. Qui aderant nil tale de conceptu cogitabant: advocatus Medicus, de amissa pudicitia ne cogitare ausus, totum id ad pressum istum referebat. Ideo rogatus ut omni ratione sanguinem cohiberet, & supprimentia, & sectionem venæ recens enixæ adhibuit. Sequenti die rhabarbarum præscribit. Nihil inde alienum consecutum. An urgente necessitate recens enixas ad solemnia remedia adigere audebis?

Quum curabis ægrotantes qui olim nephriticis doloribus obnoxii fuerint, aut jam etiam oppressos obsessosque renes habeant, cave decipiaris in judicandis urinis. Sæpe enim hic fallaces sunt & Medicos decipiunt.

Nephriticorum urinæ fallaces.

Dum sævit hiems dolores pectoris & lateris sæpissime grassantur. Immo & tertio aphorismorum inter hiemales morbos numerantur lateris dolores. Qui sæpe a flatu crudo & frigido in pulmonem thoracemque ducto oriuntur: & mendax est id quicquid est. Ad id festinanter Medici phlebotomiam præscribunt: & id temere. Potius valet usus lituum & thermasmaton. Hic gravissime aberratur usu & experientia parum probanda.

3. Aphor.

Doloribus pectoris a flatu nocet phleb.

Mirum illud est, hiemales febres, quoad sensum externum pertinet, mites esse & mansuetas: sed si sitis, linguæque ariditas spectetur, aliud multo nobis apparet. An non retruditur intro calor, copiaque augetur & qualitate? Internæ partes æstuant. Non tantæ jactationes, quantæ æstate, sed quibus viscera sunt præcalida, in iis multus æstus intus multus squalor. Et quod vulgo dicitur, verum non videtur, ut hieme validissima medicamenta præscribantur. Nam si multum calida sint, adaugebunt intestinum illud incendium, immo & leientericum quid efficient, non sine ægrorum damno. Sic expectanda ibi, si quando alias, concoctio est. Si habeatur humorum quidem ratio, validis utique medicamentis locus esse debet. At quia superficies intestinorum æstuat ob revocatum intro calorem, verendum ne adaugeatur incendium calore medicamenti. Et si quando valet illud, πέπονα φαρμακεύειν, illud ad hiemales morbos referendum. Dum enim rationem reddit Galenus, cur morbi hiemales sint longi, ad contumaciam humorum id refert, & quia nil in corpore foras protruditur, sed abstrusum reconditumque intus est. An igitur calidissima medicamenta hieme usurpanda? Nequaquam.

Hieme non sunt usurpanda valida medicamēt. 2. Aph.

CONSTITUTIO HIEMALIS.

Anni Domini 1574.

QUUM Hiems anni 1574. cujus pars media incurrit in annum 1575. austrina fuisset & ὕδιος, nec ὡραίως ὡραῖα fuissent, morbillorum, variolarum, puncticularum, exanthematon, rubiolarum magna ilias fuit. Vulgo observantur maculæ rubræ, puncticulæ (ut vocant) quum tamquam pulicum morsus apparent, ecthymata, quæ putamus eas esse livescentes maculas, quas purpureas vulgus vocat; variolæ, & rubiolæ. Maculas sæpe in morbis vidimus, in quibus ingens erat æstus partium interiorum, & illæ aliquando disparent cito, aliquando ad tempus aliquod, sed breve, consistunt. Fere ad rubiolas accedunt. Sed rubiolæ diutius manent, & sua habent tempora, & pathognomica. Et ex his quædam sunt superficiariæ, aliæ non ita humiles: Item aliquando præcurrunt febrem manifestam, aliquando febris sunt

ſunt comites, ideſt, quarto aut quinto, aut ſexto, aut alio die apparent: Et hæ ſunt deteriores, & peſſimæ, niſi febris conquieſcat. Conſuli Seguierio quum dolorem præſentiret, & quemdam extraneum calorem, quum e Senatu rediiſſet, ſtatim totum corpus erubuit, & rubiolis eſt contaminatum: Et hoc non ita formidandum. Uxori Bodini & Lyſſæi febris præceſſit: illa ſeptimeſtrem partum excuſſit vi morbi, eodem modo maculatum, quo & mater. Hæc nono die morbi, qui dies ſeptimus erat ab exacerbatione, nonus ab invaſione. Nam febris videbatur intermittere, quum multa ſanguinis copia falſum (ut vocant) germen excluſit, vi & morbi & naturæ, quum tamen maculæ ardorem amiſiſſent. Hæc ſunt rubiolarum argumenta, febris modo ad manum mitis, modo acerrima, jactatio & inquies corporis, membrorum confractio, ἀλυσμὸς, modo ἀνέμετος, modo ναυτιώδης, tum affecto ore ventriculi, tum ob malignam qualitatem. Oculi lacrymabundi, propenſio in ſomnum, & tamen dormiendi impotentia: Et idcirco maxime vix in ſomnum impendent, quod is facile interrumpatur ob tuſſim. Inter παθογνωμονικὰ enim tuſſis, oculorum ardor & flagrantia (ut ſic dicam) raucedo cum jactatione, numerantur. Alia aſſidentia & communia. Appetit enim maxime partes ſuperiores malum, & pulmones arteriaque aſpera facile patiuntur. Unde uvulæ inflammatio multis, & deglutiendi difficultas, angina quædam ſicca (ut vocat Hippocr.) per eryſipelatoden phlogoſin, ſuffocatio inde: multis & parotides comites ſunt, & præcedunt, & ſequuntur. Quæ non ſunt ita metuendæ, ſi non oriantur per translationem a partibus inferis, ſed tantum per exonerationem ipſius cerebri. Unde uni ex iſtis mulierculis nuper numeratis, quum æſtus eſſet maximus, oculorum erant lacrymæ perpetuæ, & dolores in oculo profundi, immo & coryza, & aurium dolor. Sed hæc a capite erant. Inter cetera ſiccitas in lingua maxima eſt, & implacabilis ſitis cum ἀνορεξίᾳ. Lyſſæi uxori quæ imprægnationem falſam habebat, præter morem rubiolarum in ventre & thorace, & inguinibus maculæ & ardentes notæ paruerunt, nullæ fere in facie: unde metus erat ne in utero inflammatio conciperetur. Quod facile potuit contingere, quia concurſus fuerat multus ſanguinis inanis in uterum. Et miror cur id non contigerit. Dejectiones albebant, & ſuppreſſam bilem indicabant. Quibuſcumque gravidis rubiolæ oboriuntur, abortionis metus eſt. Id experientia docuit.

Rubiolarum ſigna.

4. Acutor.

Illud medendi magiſtri obſervaverunt, in falſa impraegnatione quum aperto utero excluſio fit, conſequitur quintuplo major excretio ſanguinis, quam in vero partu, aut vera fetus abactione, ſed abortiva. Unde hoc?

Viſæ ſunt mulieres molam excreviſſe, & quarto poſt menſe verum excluſiſſe fetum: & quædam verum habuiſſe partum, deinde longo poſt tempore velut molam excreviſſe: ut contigit Damiſellæ de Bryaco, quæ quum fere egiſſet a partu dies 20. molam quamdam excluſit. Idem vide pæne apud Hippocr. 5. Epid. Quum falſum germen excuſſum eſt, ne quieſcas, donec pro comperto habeas num aliud reſtet, nam tria aliquando excluduntur. In hoc metu obſtetricis ne adſtringentibus utantur, ſed aquam calidam ſupponant ex decoctione feni Burgundiani, ut notum ſit num aliquid reſes ſit & ſuperſit.

In rubiolis, tametſi ſitis urgeat, cavendum ne potus ſit frigidus. Quia quum

corpus impurgatum est, & obstructum est, usu frigidæ augetur obstructio & sic motus venenatæ materiæ impeditur.

Rubiolæ accedunt ad erysipelatis naturam, morbilli seu variolæ ad herpetem miliarem.

Plerique diu superstites manent præsente partium putredine.

Qui fit ut plerique diu decumbant ægrotantes, quibus omnes partes internæ fere putrent & διαφθορὰν patiuntur, alii quibus sanæ sunt partes oborto morbo facile intereant. Declaravit Dominus de Hodeville, & uxor Domini Merlæi, cui utrique partes & earum parenchyma computruerunt. Idem uxori Putrini Notarii contigerat, & nesciebant quomodo tum valetudinaria foret, quum speciosa satis esset. Totum internum corpus putruerat: ac vere sepulcrum erat dealbatum. Quia in illis nutritio fit spiritualis, ut sic loquar, & per quamdam διαπήδησιν & halitum, ut tamdiu maneant, quamdiu spiritus recreantur. Quamquam si morbus validus esset, statim interirent. Sed non tam ægrotant quam languent. Ut eorum morbus non ægrotatio, sed languor appelletur, corruptis nimirum & resolutis partibus, & officium suum deserentibus. Et diu resistunt, pote morbo fatum non accelerante, sed sensim mole corporis, & partium compage dissoluta. Superstitibus spiritibus minime illustribus, qui euchymia alimenti supersunt & recreantur. Declarat facilis eorum ἔκλυσις. Nam si vel tantillum moventur, animo linquuntur, & ἐκλύονται. vere autem syncopen non patiuntur, alioqui statim interirent.

Abbatissæ duæ visæ sunt cancro in mammis laborantes, quibus sanguis cancrosam naturam acquisiverat, quum appetebat uterum, menstruus oriebatur fluxus, qui non facile consistebat. Et mammæ detumebant, & videbatur cancer mitescere. Suppressis mensibus, mammæ intumescebant.

Visa est mulier cancrum in mamma habens: huic, quum annosa foret, menses desierant. Tamen quadam periodo hiabat cancer mammæ, & tantus erat sanguinis effluxus, ut eo tota perfunderetur.

Corpora macra & ad tabē propensa hidrotica non ferunt.

Cuidam semen luis venereæ nondum erat exstinctum. Macruerat plane. Tabis magna suspicio. Quæsitum an ad diætam & decoctum adigeretur. Non est visum utile. Litus ex mercurio blandus & suffitus est institutus. Convaluit. Nam anima morbi non alio remedio erat tollenda. Alioqui usu hidroticorum in mortis periculum conjectus fuisset.

Duos hos versus mandare memoriæ oportet, quibus explicatur temporum varietas & dierum, quibus Natura in concepto conjectoque in uterum semine vim suam prudentiamque exercet, atque explicat.

„ *Sex in lacte dies, tres sunt in sanguine terni,*
„ *Bis seni carnem, ter seni membra figurant.*

Idest, sexto a conceptu satuque die id quod in uterum conjectum est, totum lacteum apparet: Ad decimum quintum vero diem, si forte effluxio fit, jam affuso sanguine semen persusum est, ita tamen ut carnis species non referatur. Sed satis apertum est ipsius carnis argumentum die vicesimo septimo, sanguinis ipsius affusione, mora ac coalitu. Quadragesimo autem ductis jam lineis partium omnium, membrorum coaptatio conformatioque apparet:

Ac tunc ad animam cælitus infusam idoneum relinquitur receptaculum.

Sectus quidam nobilis est a lithotomo: extracti sunt lapides tres. Mirum est quod illi contigerat. Nam ante annos triginta aut quadraginta ita pigra alvo erat, ut ea non solveretur, nisi clysmate, aut alia arte. Hujus rei causas varii machinabantur. Sed cadaveris apertio rem aliter habere demonstravit. Nam intestinum jejunum ita angustum & cartilaginosum deprehensum est, ut vix per illud chylus deflueret. Itaque diu morabatur in eo, tum propter angustiam, tum propter impeditum motum peristalticum. Quod notandum est.

Coarctatio jejuni intestini cartilaginosi causa adstrictionis alvi.

Quæritur ita: Si corpus purum est & apertum facile suscipit, & attrahit contagionem ab aere. Nam hic facilius subit corpus patens, quam obstructum occlusumque. Sed qua ratione aer corpus subit per arterias? Nam aut attrahunt aerem & qualitatem venenatam dum contrahuntur, aut dum dilatantur. Neutro modo. Non enim dum contrahuntur, expellunt enim potius. Neque dum dilatantur. Nam dum dilatantur, cor contrahi videtur, ideo non excipit ab arteriis dilatatis.

Quomodo fit paralysis? per obstructionem, inquies. At obstructio est corporum cavorum. Nervi non sunt cavi. Ergo per eorum obstructionem frigidi affectus non oriuntur. Relinquitur ut per obturationem id fiat. Obturatio vero est osculorum. At obturatis vasis non potest impediri affluxus facultatis; immo ne spirituum quidem. Quid itaque restat?

Solebat Fernelius post usum medicamentorum purgantium, præsertim rhabarbari, & eorum quæ residuam aliquam siccitatem faciunt, dare magna satis copia syrupum violatum aqua dissolutum. Et hæc agendi ratio probatur valde.

Syrupus violatus post purgantia medicamenta.

Aurelianensi mercatori perfugæ a destillatione ferina dolor vehemens oboritur ad claviculas: hic suppuratum. Quum relevatus a morbo videretur, empyicus factus est. Pus cuniculos ita egit in thoracem & ventrem, ut sex septemque emissaria fecerit. Tamen inde miraculo convaluit.

An tutus aloes usus in iis quibus hepar calidum est? Hepar ipsa aloe non transcendit ac superat nisi in majore sit quantitate, ait Gal. Itaque vix ullum incommodum sequitur in talibus ab aloe. At eodem in loco ait Galenus, nisi multæ obstructiones sint præviæ in quas aloe agat, si hepar calidius sicciusq; fuerit, magna inde clades sequitur.

In Cap. 2. lib. de compos. Medic. secundū locos.

Mirum illud quod aliquando a veteribus observatum est, rigores inanes & qui frustra fiunt, translationem ad caput afferre solere symptomaticam. Quod in Domino de Grosbois deprehensum est, cui quum periodici essent horrores, illi aut arte, aut casu cessantes comatosam in cerebro dispositionem attulerunt. Id quoque verum perspicitur in Monspessulo satellite Regio, cui dolor cum æstu summo caput occupat ineuntibus paroxysmis, quum non oboriantur rigores qui oboriri debent. Nam quum rigores isti apparebant, nihil tale contingebat. Id quod de rigoribus dicitur, idem de sudoribus audiendum. Nam quum vel arte, vel vi elicitur sudor corpore pleno, quoniam exprimitur vi quadam, si sit inanis, aut si frustra elicitur, translatio fieri potest ad caput. Id quod verum esse experientia comprobavit.

Rigores aut sudores inanes translationē ad caput afferunt symptomaticā.

Rheum nisi rite praeparatum infarctus auget.

Rheum barbarum aut similia præscribunt plerique initio morborum, etiam quum summa obstructio est: an hoc commode fit? Nequaquam. Nam malum exaugetur. Tamen quidam ex nostratibus aliam rationem utendi rheo barbaro innocue, & citra obstructionis augmentum excogitaverunt. Macerari jubent taleolas rhabarbari in lib. j. aquæ, additis cinnamomo & passulis. De ea aqua uncias sex aut octo præbent. Tale decoctum vias & meatus, anfractusque mesenterii facile penetrat, nec eo modo obstruit, quo quum ejus expressum parva quantitate exhibetur. Et tale decoctum proficit plurimum in iis quibus mesenterium obstructum est, & uligine plenum.

Ad purgationem puerorum idem fere convenit. Nam in magna aquæ copia maceratur, aut sena, aut rheum: Deinde ex ea aqua paratur aut decoctum instar ptissanæ, aut simile aliquid: Deinde mirifico profectu usui datur.

Joanni Formagæo febris quartana. Eum diuturnitatis pertæsum est. Ad eam abigendam, Empiricorum consilio, paratum destillatum aceti in alambico extracti, infusionis micæ unius panis. Hujus liquoris haustum vomitus est insecutus. Febris quievit. Sed ista quies & fucata cessatio majore malorum cumulo ægrum locupletavit. Nam totum corpus scabie infectum est: Ischias insecuta: articulorum dolores, immo & arthritis ipsa. Sic istorum malorum pullulatione novit, quanti referat contumacis obstinatique morbi cursum interrumpere velle.

3.

Cur arthritis & quartana Medicorum vulgo censetur opprobrium? Cur melancholici edaces sunt? Melancholicos passim edaces esse censuit Galenus, quod a corpore lienis refluat per vas venosum in ventrem ipsum succus melancholicus acidiusculus, proritandæ appetentiæ accommodatus. Sed & alia ratio reddi potest, cancrosa dispositio in liene: ut quibus lien putris est & corruptus. Duabus enim de causis isti sunt & voraces & edaces, tum quod lien laborans & infirmus non defæcet corpus a succo melancholico, tum quod instar cancri depascatur alimentum. Sed si hoc verum est, cur quibus in pulmone ulcus depascens conceptum est, hi melancholicorum more vitio lienis laborantium, cibi & potionis non sunt valde appetentes? Præclara quæstio: De iis quibus putris & vitiosus erat lien & edacitas summa erat, patet exemplo Caroli d' Herville Palleaquæi, & Joannis Formagæi, cui utrique putris erat lien, & edacissimi erant. Nec ab iis longe abest Doursæa præses, in qua male affecti lienis argumenta multa sunt, accedit & ista lupia regioni lienis adnata. Melancholicos istos & lienis vitio laborantes capparum usus juvat, & vini usus cum pane infriato, & oleasarum usus rerum.

Melancholici edaces tum ob acidum succum in ventrem per vas breve refluentem, tum ob cancrosam in liene dispositionē.

Isti Joanni Formagæo, de quo supra, mirum quod contigit. Nam derepente ab aneurismate interiit. De eo amplius dicetur in historiis nostris.

Ruzæo Cantori incredibile quod contigit. Pedis pollex doluit, & inflammatio erat, moxque livescere pars videbatur. Istud negligebatur initio, quum tanti esse non arbitrarentur. Mox intacta cute, nullaque manifesta mutatione in superficiem incidente, serpsit ita subtusque cuniculos egit malum, ut omnes pene tendines & nervosas partes, quæ illic plurimæ sunt, corruperit. Tunc quum septicam istam qualitatem malignumque humorem deprehenderent Medici, cutim inciderunt profunde, ut putrenti humori via pateret. Et quod

mirum,

mirum, magis idem in thorace contigit, ut coacti fuerint Medici totam carnem costis obsitam incidere. Tandem σφακελώδης interiit. Hoc veteres observaverunt, ac præsertim Hippocrates in Epid. de eo cui pes ex pollice dolere cœpit, & pustulæ nigræ apparuerunt, qui secundo die morbi delirus & insanus periit: Et de Calvo, cui dextrum femur derepente doluit, & dolore circa tertium diem desinente, insaniit; quartoq; interiit. Ubi annotat Galenus, animaduertendum esse in doloribus istis repente oborientibus ne quid procatarcticum sit, ut ne offensa fuerit pars, contusa aut læsa noctu forte fortuna. Nam in ejusmodi doloribus ait: *Nec præcipitanter timidum, nec temere securum Medicum in istis doloribus esse oportet.*

Histor. 5. sectio 3. li. 3. Epi. & Histor. 9. sectio. 3. lib. 1. Epid. Et Com. in par. 17. lib. 2. Prorrh.

Illud vulgo dicitur, alias catarrhum febri præcurrere, alias febrem catarrho occasionem esse: Atque tum aliter atque aliter sese gerere oportet. Quoties catarrho febris conjuncta est, si externæ causæ excusatio nulla afferatur, febris ipsa catarrhi auctor esse dicetur. Atque tum videre primum oportet, quod ab Hippoc. scribitur lib. περὶ νόσων, & lib. de morbo sacro, ubi docet per ἕλκυσιν, in cerebro fieri derivationem pituitæ a partibus supremis ad partes inferas, declarat multæ urinæ eiusque tenuis excretio. Si febris catarrhum provocat, in febrem incumbere oportet: At si catarrhus dum in vasis humores conturbat caloremque alienum excitat, & proinde febrem, febris negligenda. Symptomatis enim rationem habet.

6. Andreæ Baillæo Consulis Regii filio, annos 20. nato magna sanguinis per os rejectio. Valde pulmonibus metuitur. Omni arte pulmonibus studetur. Forte fortuna dum hypochondria manu blande continguntur, pulsus percipitur, ac veluti παλμός τις. Necnon ab hypochondriis decurrentis sanguinis ac partes superiores affectantis cursus percipiebatur, ac si manu sanguis duceretur. Prout partes superiores petebat, horror quidam excitabatur; at tum confertim rejiciebatur e pulmonibus. Talis rejectio erat hæmorrhagiæ loco, quæ juvenibus erat familiaris. Relictis tum præsidiis quæ pulmoni dicabant, conversum est ad hypochondria studium. Expurgata innumera colluvie præreppta est ei rejectioni sanguinis occasio. Quod notandum valde est.

Galen. Com. ad Aph. 15. lib. 6. ubi videtur omnem e pulmone excretionem valde damnare. Fernelius contra c. 10. lib. 5 Path.

In accessionibus, contra præceptum Hippocratis, dare cibum oportet biliosis quibus os ventriculi biliosis humoribus tentatur facile & exquisitioris sensus est, febribus syncopalibus laborantibus: morbo extenuatis, & famelicis melancholicis: alioqui facile eis linqueretur deficeretque animus.

7. In falsa impraegnatione alias mola excernitur tertio aut quarto mense, tardius celeriusque, alias semen, quod justam figuram coaptationemque membrorum, vi prolifica evanescente, non est nactum. Quum falsum est semen seu germen, ut ajunt, falsaque & ementita impraegnatio est, secundinas exspectare oportet: Sed quum mola adest secundinæ nullæ sunt. Itaque hoc valde diligenter distinguere oportet, ne aut tardius fluentem sanguinem reprimas, aut citius quam opus sit. Si de secundinis retentis suspicio est, cave sanguinem sistas. Quum falsum germen est, id quod excernitur lacteum, & veluti innatans esse videtur: quum mola est, corpus informe & indigestum apparet: ut Advocati Guerardi uxori contigit, quæ cum larga sanguinis effluxione quadrimestrem molam exegit. Sed miror cur non passa sit purgationes pelliculosas & cassibus aranea-

Mola & ementitæ impragnationis signa.

nearum similes: quum Hippoc. dicat iis mulieribus quum pepererint, tales fieri excretiones, si dum gestarent tumidiusculæ fuissent, alias atque alias febriissent, caput doluissent, &c. Quod huic mulieri maxime contigit. Hippocr. 1. de morb. Mulierum.

In iis defluxionibus quæ repente & affatim in faciem incidunt, præsertim si fauces appetant, vide ut quamprimum emissarium in os ipsum moliaris: Alioqui repente suffocationis metus ingruit: Griffonis uxor satis aperte id declaravit.

Quum obstinato animo dolores oculorum & ophthalmias divexare conspicis, ne obstinate contra malum pugnes: sed remissionem aliquam & inducias aliquas naturæ concede. Verum enim conspicimus quod a Celso dictum est, Oculorum morbi frustra multis remediis vexantur, per se ipsi sanescunt. In Navarrhea domo qui puer decumbebat, satis aperte id declaravit. Ac de eo comperimus illud verum, quod Hippocrates scripsit: Oculi lippientes optime permutantur, si & lacryma, & sordes, & tumor simul fieri inceperint. Si vero lacryma sordi fue-" rit admixta & non valde calida, sordes autem alba fuerit & mollis, & tumor" levis solutus: si hæc ita habuerint, oculus conglutinabitur ad noctes ut doloris" expers sit, atque hoc modo res minime periculosa fuerit ac diuturna. Si vero" lacryma procedit multa & calida, cum paucissima sorde ac parvo tumore, atque" hoc tantum ex altero oculo, tunc diuturnum valde malum fuerit, verum non" periculosum. Et doloris expers est hic modus & indicationem exspectare oportebit ad vicesimam aut 40 diem. Ratio horum dictorum in promtu est.

Oculorum morbi frustra multis vexantur remediis. Lib. 2 Pror.

Servo cuidam Nobilis Suessionensis per dies aliquot e naribus sanguis noctu diuque fluebat. Ad ætatem hæmorrhagia ista referebatur, ac nulli movebat ullius mali eventus suspicionem. Expers febris non erat. Tandem victus malo, quum reliquos dies egisset ὀρθοστάδην, decubuit, febris ad manum mordax & validissima. Nox implacida. Mane quum desideret & desurgeret ad desidendum, laxatis veluti fibris, sursum deorsumque excreta sunt multa fœtentia: Et vomitio erat humorum viridium. Pulsus concidit. Hora duodecima repente interiit. De eo verum est, quod Galenus scripsit quodam in loco: Excretiones omnes" fætentes sunt perniciosæ. Et mirum non est, si denuo non fuerit accensus calor, quod per febrim naturalis calor consumtus pene fuerat, licet uno die tantum vehementia ista febris apparuerit. Nam Galenus dum reddit rationem, cur Pythion secundo die morbi factus fuerit βραχύπνους, quum magnus & frequens spiritus esse deberet, scribit: Quum hic non sit magnus & frequens spi-"ritus, qui ratione febris adesse deberet: Respondemus, ait; primo quidem die calorem febrilem per putrescentes humores accensum, & febrilem ipsum digestum esse, relictum vero nativum adeo infirmum, ut jam prius ante exstinguatur, quam denuo febrilis accendatur, veluti fervefactis qui computresce-"rent succis. Atque de eo verus Aphorismus: Quibus ex morbo acuto, aut" vulnere, sive quovis modo alio extenuatis nigra bilis, sive velut sanguis niger" desubter exierit, postridie moriuntur. Extenuatus erat porro sanguinis profluvio: Et quod de excretione atræ bilis aut veluti sanguinis nigri dicitur, idem, meo judicio, de alia excretione, quæ corruptionem partium indicat, potest confirmari.

Historia 3. sect. 3. lib. 3. Epid.

Aphor. 23. lib. 4.

Quum lichenes, aut lepræ, aut leucæ apparent in corporibus nostris, an sunt

in

in numero morborum hi affectus nominandi, an sunt partium mandantium mittentiumque abscessus tantum? Placet quibusdam vitia hæc morbos esse per se cutis, nec recurrendum esse ad partes internas, nec has validis medicamentis fatigandas esse, tamquam fomites horum morborum, quum cutacei affectus sint, utpote corruptione alimenti in ultima assimilatione. Immo volunt in Elephanticis spectandum esse illud vitium externum, nec penitius agendum esse, quasi totum corpus internum prius elephanticum factum sit, quam externa facies corporis contaminetur. Quæ opinio fuit Archigenis apud Aetium, hujus hæc verba: Elephantiasis non solum ob id gravis est, quod indissolubilem habeat structuram & apparatum, sed quod principia generationis fere ignota sint. Quum " enim circa superficiem ejus signa apparent, tunc non gignitur, sed perficitur, " intus a visceribus facto initio, & progressu usque ad cutim dilatato. Quare " non est absimile tumentes eminentias etiam in internis oboriri. At huic opinioni refragantur, quasi fieri possit ut tam fœda cutis infectio contingat interiore corpore non infecto. Ut etiam ictericus quis fieri potest, puro exsistente corpore interno: Ac si vernaculo proprioque partis vitio alimentum suum corrumpentis hoc contingat. Unde Hippoc. Ubi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore nascuntur, dejectiones inspice. Si similes sanis, tutum est corpus alere. Sic " interno corpore puro exsistente progerminant tubercula in cute. Forte & huc " pertinet locus de latis pustulis & pruriginosis cujusdam Simonis, cujus vitium erat tantum cutaceum: Sed omnium apertissime Hippocrates de his scripsit: Impetigines & lepræ, & vitiligines quibus quidem pueris aut juvenibus quippiam " horum fuerit, aut paullatim conspectum in multo tempore augescit, his non " putare oportet tale ἐξάνθημα, idest, ejusmodi eruptionem esse abscessum, Græ- " cis ἀπόστασιν, sed morbum. Quibus vero horum quid factum fuerit multum & derepente, hoc sane fuerit abscessus. Fiunt autem vitiligines ex letalibus morbis, ut est tabes: lepræ vero & impetigines ex morbis ab atra bile. Hic locus valde præclarus est, & hunc sensum habet meo judicio.

Cap. 120. sermo. 1. Tetrab.

In morbis cutaneis habenda ratio partium internarum, a quibus prima mali labes oritur.

Apho 15. lib. 2.

Part. 30. sect. 2. lib. 6. Epid.

Li. 2. Prore. 9.

Lepra, vitiligo, impetigo tribus modis in corpore apparent. Vel enim tamquam morbi sunt, vel tamquam abscessus, vel ut tertium quid apparent, idest, quod ambigat inter morbum & ἀπόστασιν, ut paullo post dicemus. Exempli gratia; Socrates quum olim cutim nitidam puramque habuisset, sensim illa mutari cœpit, deflorescere, conspurcari, aut exalbescere, aut scabritie exarari, sic ut contra vim remediorum serpat viresque acquirat malum ipsum: tunc non dicetur abscessus, ac si morbi cujusdam consequens exsistat, sed vere morbi nomen merebitur, utpote contractum malum ex prava alteratione alimenti in superficie, & totius substantiæ vitio. Ac tunc in externum illud vitium incumbere oportet, non lacessitis per medicamenta purgantia partibus intestinis. Nam ipsius mali ὕπαρξις, ἡ οὐσία, καὶ ἡ ψυχή, idest anima ipsius morbi in corpore externo consistit. Sed si ista efflorescentia eruptioque (nam nomen ἐξάνθημα ἀπὸ τοῦ ἐξανθεῖν, ductum generaliter amplectitur quicquid aliquo modo in cute exsistit, emergit ac efflorescit:) Derepente contingat ἢ ἀλες, idest, ἀθρόως, confertim ac simul fere totum (ut sic dicam) non morbi, sed ἀποστάσεως appellatione donabitur. Ut quum vel die critico, vel non critico, præeunte febre, auriginoso colore cutis maculatur, abscessus esse dicitur, non morbus

10.

bus: Item quum aut vitio hepatis aliquo, aut immoderato hauſtu aquæ in cauſo abdomen derepente ac confertim intumeſcit, non morbus, ſed ἀπόστασις vocatur. Sin ſenſim intumeſcat, tametſi forte in partibus imis vitium latens ſit, a quo principium malum duxerit, abdominis morbus, non abſceſſus dicetur. Eodemque modo videmus multa in cutim efferri, quæ dubitamus an ſint ut morbi exiſtimanda, an ut ſymptomata, an ut abſceſſus, ut tempore auſtrino aut peſtilenti quum morbilli erumpunt vaganturque & variolæ, & id genus reliqua, alias ut morbi, alias ut abſceſſus ſunt. Quum aut incipiente febre, aut aliquando febre nondum apparente, aut paullum progreſſa febre cutis puſtulis iſtis inducitur ac inficitur, quibuſdam veluti initiis ac rudimentis modo in ventre, modo in thorace, modo in facie apparentibus, talis eruptio morbus dicetur: ac revera febris quæ tum adeſt ſymptomatica, non eſſentialis eſſe dicetur. Sin die critico provectaque febre eruperit aliquod tale ἐξάνθημα, ut Hippocratis more loquar, non morbus, ſed abſceſſus nuncupetur. Atque ideo Hippocr. in hiſtoria de Pythione aut de Sileno narrat octavo die ecthymata paruiſſe, quæ non profecerint, tantum mortem diſtulerunt, quæ paullo ante advenire debuiſſet: ſed tali excretione, licet & toto excretionis modo, & natura ipſa ſymptomatica fuerit, natura aliquatenus recreata eſt. Atque iſta ecthymata in abſceſſuum numero erant reponenda. Galen. in Comm. ideo ait non profuiſſe iſtam eruptionem, quod ea non fuerit analoga, nec digna morbo. Oportet enim ἀξιολόγους eſſe abſceſſus, ſi modo ſint profecturi. Hippocrates illo loco τῶν προῤῥητικῶν ſuis definitionibus ac diſtinctionibus rem totam determinavit. Tria proponit ut explicet, quomodo vitiligo, aut impetigo (quod idem de ceteris affectibus audietur) dicatur morbus; Primum eſt, *Si pueris aut juvenibus vitii rudimentum apparuerit*; Secundum, *Si paullatim conſpiciatur*; Tertium, *Si multo tempore augeſcat*: Ac ſi dicat, ut cutaceum vitium dicatur; jamque & fomite & ſemine mali in cute ipſa exſiſtente cutis morbus credatur, tria maxime quæruntur, ut jam olim quædam primitiæ morbi ac incunabula apparuerint, ut ejus creſcentis augmentumque capientis notæ conſpiciantur; denique ut progreſſu temporis ſuam perfectionem abſolutionemque accipiat. Quod in vera Elephantiaſi maxime conſpicitur. Contra ut abſceſſus & nomine nota charactereque inſigniatur, quæruntur alia tria tribus ſuperioribus contraria, ut nil olim aut puero aut adoleſcenti apparuerit, ut repente oboriatur, ut multum, ideſt, ἀθρόως id fiat. Tunc enim ἀπόστασιν vocabis ac ſymptoma: utpote cujuſdam mali latentis ac inteſtini ſobolem ac argumentum. Sed in funeſtis morbis, ut in phthoe, & cachexia conſummata ſi forte aut vitiligo, aut aliquid vitiligini impetiginique ſimile apparuerit, (ut nos in phthiſicis, modo pedes & faciem valde intumuiſſe vidimus, modo totum corpus, ac ſi ὑποσαρκίδιος fuiſſet) illud tamquam promiſcuum erit, utpote & ad abſceſſus, & ad morbi naturam ſimul accedens: ſed proprie ſymptoma vocatur.

In libris de morbis.

In febribus continuis quum ſanguis διερρεῖ, ut loquitur Hippocrates, ideſt, ſeroſam naturam acquirit, ut humiditas naturalis ſanguinis quæ blanda eſt in ichorem & ὄῤῥον vertatur, unde orgaſmus & incitatio, & dolorum ſubita origo, ſi detrahitur ſanguis bis terve e brachio, illaudabilis vitioſuſque apparet,

paret in vasculo: sin eodem die fluat αἱμοῤῥαγικῶς, ut sic loquar, laudabilis est, & tamen eodem modo solvit tepefacitque febrem quo sanguis e gibbero demtus, unde hoc fit, quum idem sanguis videatur esse? Immo narrant raro admodum e vena cephalica corruptum detractum fuisse. An quia sanguis, qui e basilica trahitur magis materialis, & ideo corruptionis notae facilius in eo apparent, contra qui e capite fluit floridulus & spirituosus? Tamen qui e Capite manat corpus & molem habet. At nos dicimus, si sanguis moram in cerebro traheret, æque corruptus efflueret atque is qui e brachio quia mora vitium contraheret. Qui e brachio ducitur, quoniam a magnis vasis fluit ac virtute naturæ, facultas excretrix in eo suam vim docet, quod retento sinceriore sanguine, impurum coeffundit. In uxore Martini Chirurgi quum dolor ingens præcessisset capitis, hæmorrhagia fluxit ἀθρόως multus sanguis corruptus. At moram traxerat. Et in abscessibus pone aures quum feritur cephalica vena putris educitur. *Hippocratem secutus Aristoteles ait capitis sanguinem tenuissimum, reliqui corporis crassissimum.*

E vena cephalica & naribus sinceras sanguis sæpe fluit at qui: basilica detrahitur magis corruptus est.

12.

Sunt qui caphuram macerant in aqua plantag. ad ignes sacros hoc multis non placet: Immo rodere ac calfacere caphuram volunt. Narrant quidam usu rerum caphuratarum coeundi impotentiam accidisse. Immo omnes partes quæ generationi devotæ sunt, effetæ languerunt.

Caphura coeundi impotentiam affert.

Jam annotavimus ante maxime laborare Medicos quum mulieri gravidæ fluor sanguinis contingit. Fere enim adest aborsus. Itaque consulendum mulieribus ut sese domi contineant. Et omni ratione impediendus est cursus iste: Et quum adventarit pariendi tempus, tum Medici erit prudentis videre an iste sanguinis cursus intercipiendus sit, an non.

Nos sæpe forte incidimus in ægros, qui in febrium alias continuarum, alias ad intermittentes accedentium paroxysmis de laterum dolore adeo questi sunt, ut Medicos ad sectionem venæ adegerint, & est secta vena feliciter. Numquid initio paroxysmorum sectio venæ conveniet? Item datum sæpe pharmacum initio paroxysmorum satis feliciter. Et paroxysmi remissiores facti sunt. An non sequendum Arabum consilium, qui initio morbi paroxysmorum medicamenta præscribunt, ut facilius deturbent morbi causam dum in motu est?

Humorum motus sequendus est in morbis.

Mulier quadraginta dies fetum gerens dum rure Lutetiam profecta est cælo parum sereno & tranquillo & equo insidens, quum ab equo desiliit hospitium petitura forte sororem suam nacta est, eamque amicissime amplectitur. Paullo post tenebricosum quid ob oculos obversatur, nec amplius potest consistere. Hinc aphonos jacet, ac primum stertit ac si suffocante catarrho premeretur. Convellitur. Nulla ratione restitui potuit. Omnia tentata sunt. Convulsiones perseverant. Sex horis post moritur. Aperto cadavere pulmones inveniuntur corrupti ac sanie fœtenti ac olida repleti. Sed hoc non fuit causa tanti morbi, quamquam juvare potuit. In cerebro nil fere alienum compertum est. In ventriculis aliqua erant corpuscula, sed adeo tenuia & exilia ut parvi essent momenti. Accepimus eam huic morbo alias obnoxiam fuisse: Erant hæc epileptica. Et non interiisset nisi convulsiones assiduæ fuissent. Nil enim est quod tam vires frangat. Vitium illud pulmonum, de quo

13.

Mors subitanea a catarrho suffocante.

14.

dictum

dictum eſt, ad ſubitam iſtam moriendi occaſionem aliquid forte attulit.

In ſectionibus venæ multa vulgo obſervari debent, quorum cognitio ad medendum apprime confert. Atque in primis notandum illud, quod Galenum obſervaſſe dicunt, ut ſumatur a viribus detrahendi ſanguinis indicatio. Nam ſępe incidunt leipothymiæ terrificæ: quas quamquam veteres non reformidabant, immo ad eas uſque ſæpe ſanguinem ducebant, noſtris tamen temporibus terrorem ſæpe inferunt, nec tutæ ſunt in nobis, quorum corpora ſunt molliora & languidiora. Olim non tam periculoſæ, ut pote corporibus robuſtioribus. Atque quæ ſequebantur leipothymiæ, & a priſcis laudatæ, tantum ratione evacuationis magnæ & confertæ aderant: Et tunc minus intendunt periculi: Sed nulla fere præunte evacuatione ἐκλύσεις ϗ λειποθυμίαι inſequuntur, quod declarat magnam virium imbecillitatem, & facilem valde ſpirituum diſſipationem. Atque labantium virium, adventantiſque λειποψυχίας argumenta ducuntur ex pulſu. Nam frequentior quum eſſe incipit, & intercalarem intermiſſionem, aut inæqualitatem habet, tunc jam certum ſit de futuro deliquio animi. Sed hic falli non oportet. Nam ſi ſemel hoc fiat, quavis mutatione in pulſu terreri, & ab inſtituto revocari puerile eſt ac meticuloſum nimis. Sed ſi ſubinde hoc eveniat, tunc avocari oportet ab inſtituto curſu.

Corpora noſtra non ferunt venæ ſectionem ad animi deliquium.

In multis præſertim jam grandioribus ætate, intercalarem pulſus intermiſſionem ϗ ἀνωμαλίας obſervavimus quum de ſecanda vena dubitaretur, nec tamen ſumus retardati: Nec enim hoc debet a vena ſecanda divertere, præſertim ſi alias pulſus magnus & validus, compenſans iſtam inæqualitatem. Inæqualitas enim ſæpe eſt a plenitudine, immo eadem plenitudo pulſum intercalarem facit. Eadem inæqualitas in pueris dormientibus, & iis quibus pulmonum læves arteriolæ obſtructæ ſunt, ſæpe obſervata eſt, & tamen periculum abfuit.

Intercalaris pulſus venæ ſectionem non dehortatur.

Quæritur ſæpe an ſomnus concedendus a phlebotomia? Obſervatum aliquando indulto ſomno poſt phlebotomiam cuidam illuſtri Domino non multo poſt mortem obrepſiſſe: In ſomnum repentinæ tantæ calamitatis cauſa relata eſt. An non ea experientia eodem exemplo terrere nos debet? Quoniam videmus paſſim Medicos gratificandi ægris gratia theorematon artis ſuæ deſertores, nil perinde eſſe putare an quis a ſecta vena dormiat, an non. At ſi vires ſint imbecillæ, verendum eſt ne ſi ſomnus interdicatur, vigiliis frangantur magis. Verendum quoque eſt, ne eodem ſomno intro revocati ſpiritus & ſanguis refrigeratis partibus extimis grave aliquod periculum creent. Sic in iis rebus morte infauſtoque aliorum eventu moniti, ne quid tale eveniat videamus.

Somnus non concedendus a vena ſectione.

In colico dolore preſertim circum ventriculum vexante conferre dicunt juſculum ex ſucco amygdalarum dulcium cum granis aliquot piperis longi ex vino Hippocratis pauco.

Vidimus cuidam acerbitate doloris colici detento placatos eſſe dolores adhibito umbilico modico emplaſtro cauſtico & veluti eſcharam faciente; & intus foras evocante. Quomodo etiam in doloribus dentium deforis extremo maxillæ inferioris eſcharoticon miro profectu applicant quidam. Vidi mulierem gravidam in dentium gravi dolore cineres calidos donec ſtigma notaque inureretur

Colici doloris & dentium remedia non vulgaria.

reretur

reretur temporibus adspersisse. Hinc dolores cessaverunt. Pericula ista debent nos cautiores & scientiores reddere ad excogitanda affinia remedia sed illis aliquanto tutiora.

Multas mulieres observavimus, quibus immodicus sanguinis fluor per nares contigit aut per uterum. Incredibile dictu qualia eis contingant: Quorum tamen tenenda ratio ut eis accomodate medicina fiat. Nam in earum morbis depellendis alia sequenda via est, quam quæ vulgo teritur. Alioqui gravissimus error committitur. Istæ mulieres quibus, ut prædixi, large fluxit sanguis, catarrhis & refrigerationibus cerebri sunt obnoxiæ. Si quos patiuntur morbos, ii longissimi sunt: Et si calidiusculo erant hepate, fere hemitritæis morbis tenentur. Nam a prima conformatione calor iste immodicus est progenitor & procreator bilis acris: frigiditate cerebri, & aliarum partium quarumdam, præsertim ventriculi, qui est pars exsanguis, pituitosus humor gignitur. Et a confusione utriusque hemitritæi nascuntur. Et quæ eas molestant febres calorem habent acerrimum: quia non retunditur calor nec regitur ab illa humiditate nativa, quæ jacturam damnumque passa est, ob immodicum fluorem sanguinis, in quo caloris sedes est. Unde enim contingeret laxitas alvi ob immodicum fluorem sanguinis, auctoritate Hippocratis, nisi vis calori naturali inferretur? Denique hoc verum est, ubi semel calor alienus inductus est, is vere imprimitur hepati, quia nativo humido maxime destituitur. Denique in ista corpora inducitur quoddam frigus positivum, ut vocant veteres medendi magistri. Et notandum est illud in talibus corporibus: Si rigores aut horrores contingant periodici aut similes, durant diu valde; Immo etiam dum febriunt ignorant an plus caleant, an frigeant. Gravillæa domina & Maria Tarteron id declarant: Nam perpetuo queruntur de capite narrantque se sensum glaciei similem in sutura coronaria percipere, de ventriculi infirmitate & refrigeratione sunt sollicitæ. Quod cur eveniat mirum non est. Denique horrores perpetuos fere in rhachitide percipiunt. His secare venam sæpe tutum non est. Ut nec mulieribus siccis & squalidis, quas in leipothymias videmus incidere exigua etiam sanguinis detractione. Et Hippoc. 2. de morb. Mulier. docet quam malignus reddatur sanguis, quum evacuatione præcedente biliosus redditur.

15. Sanguinis fluor immodicus catarrhi causa.

ANNOTATIONES.

1. *IN febribus & continuis & intermittentibus præsertim si differatur sectio venæ, & febris vires eundo acquirat pustulæ apparent, quæ non sunt malignitatis ullius, sed ingentis æstus argumenta. Ut in Damisella du Four, tertiana febre laboranti similis efflorescentia apparuit in febris paroxysmis.*

2. *Et Hippocr. lib. de alimento ita scribit: Ad figurationem soles triginta quinque, ad motum 70. ad perfectionem ducenti & decem. Et sub finem sectio 7. lib. 6. Epid. Quicquid in 70. movetur, in triplici perficitur: & in 90. movetur.*

3. *Quum ob flatus melancholicos & sanguinis calorem sæpe dolores sentiret maximos in ventre, statim se adjutum phlebotomia asseveravit, secundum illud Hippocr.* ὀδύνας ὀμμάτων φλεβοτομία λύει, *sectio. 5. lib. 2. Epid.*

4. *Ad hunc locum pertinet Hippocratis Aphorismus lib. 2. Prorrh. in quem*

„ li-

„ librum Gal. commentatus non est: In principiis febrium sive delirium ac-
„ cesserit, sive alicujus membri sideratio, periturum hominem sciendum est,
„ si non omnino aut ex signis optimis aliquod accedat, aut corporis vires adsint. Huc pertinent historiæ hoc loco citatæ & historia de phrenitico. Hunc quoque affectum adumbrat Hippocr. 5. Epid. initio de quodam qui interiit a tumore oborto in genis, & erat ξηρὰ σηπεδὼν, ut vocat apto & notando verbo.

5. Cantor iste Ruzæus sexagenarius erat: Et mirum quo modo igne sacro prehensus sit, quum hic morbus ætati valde sit degener. Sed locus est praclarus apud Gal. Com. in part. 22. sectio. 3. lib. 3. Epid. Ubi notat quomodo in quadam aeris constitutione sexagenariis ignes sacri contigerint ratione superfluorum excrementorum. Aliis aliarum partium putredines eveniebant. Et Gal. cap. 5. lib. 3. de usu part. docet in quadam pestilentia summos fere pedes affectos.

6. Holl. Com. in Coac. docet quomodo rejectio sanguinis alias periculum, alias nullum intentet. Atque huc fere pertinet Apho. in Coacis: Dolores circa um-
„ bilicum palpitatorii, habent aliquid quod mentem moveat. Verum circa judi-
„ cationem pituita his acervatim copiosa cum dolore penetrat. Ac si dicat, congeriem humorum facile & congerere & cogere sanguinem, & ejus cursum impedire, unde facile οἱ παλμοὶ generantur.

7. Hippocrates lib. 1. de morb. Mulierum, maximum signum molæ quum mulier prægnans esse videtur, putat esse si mammæ turgeant, & lac tamen in mammis non sit. Et mirum quod scribit, si caro una fiat, perit a mola mulier: si plures, non perit, Et tunc, ait, αἷμα σαρκῶδες ῥήγνυται, sanguis abit carnosus.

8. Hippocr. lib. 2. Prorrh. ait eos, quibus e naribus frequens fluit, videri alioqui sanos: tamen iis tumidum splenem esse, aut quid aliud. Quasi dicat viscus aliquod in vitio esse. Is vero de quo sermo est, quum decolor esset & veluti plumbiformis, non potuit non mala fuisse hæmorrhagia: si verum quod Hippocr. ait sectio. 6. lib. 6. Epid. Quibus multus ex naribus fluit si decoloratio mera sit, id non prodest, rubicundis prodest.

9. Galen. Comm. in partic. 17. lib. 2. Prorrh. Vitiliginem morbum totius substantiæ facit, & in ea vult alienationem esse substantiæ partium solidarum. Quod notandum.

10. Dum quis cum scabioso concumbit, & cutis inficitur, malum hoc vere cutaceum est, & superficiaria curatio esse debet. Sed quum ab imo corpore erumpunt tubercula aut aliquid consimile, mali contagionem subesse in partibus internis fit verisimile.

Cuidam vetulæ homini peste occupato assidenti quum æger forte revomeret assumtum jusculum, pestilentis veneni maculæ in facie contigerunt. Et quot fere guttulæ jusculi revomiti faciem attigerant, tot pestilentes nævi & maculæ fuerunt. Numquid hoc malum plane cutaceum erat? Et annotavimus in libro meo de arthritide, ex opinione Avicennæ, quosdam affectus esse vere habitus corporis qui male ad corpus internum referuntur. Immo illam auram venenatam, quæ ab imo pede delata ad caput Epilepsiam committebat ad affectum corporis externi retulit. Quid enim impedit quominus aut peculiaris generatio fiat in habitu corporis, aut vi partium solidarum depulsa sit particula humoris vene-

venenati, quæ in habitu corporis tumores & phlegmonas faciat? Et illud est Hippoc. quod inspici velit dejectiones faucibus ægrotantibus. Sunt enim aliquando sanorum similes.

11. *Locus est præclarus* 5. *Epid. de quodam Atheniensi cui erat prurigo, crassa cutis & velut lepra. Usu aquarum* αὐτοφυέων *his affectibus liberatur: sed fit hydropicus & moritur. Sic magni refert scire an curare oporteat hos cutaneos morbos. Porro si dartha, vulgo dictæ, si impetigines non tam sequuntur malam diathesin partium internarum, quam peculiare vitium externarum, an tanti refert, quanti interesse putant si exstinguatur prorsus impetigo aut dartha, quæ partem aliquam obsedit? Nam si alimentum quod ad partem impetiginosam accedit bonum est, etiamsi in parte vicina subsistat, non perinde consimilem affectum generabit, aut in locum veteris mali exstincti novum excitabit. Dicere autem diathesin ipsam a parte in partem manare & serpere absurdum est.*

12. *Tamen in eodem morbo si demitur sanguis ex dextra basilica, corruptus apparet: si ex dextra cephalica aut sinistra basilica, bonus egredietur. Si sunt qui hæmorrhagias sistendas primo etiam in febribus continuis putant, licet die critico appareant: tamen contra Gal. Comm. in particul.* 9. *sectio* 1. *lib.* 1. *Epid. in sinceris continuis & febribus ardentibus per hæmorrhagiam crisin fieri contendit. Vide particul.* 6. *lib.* 2. *Prorrh. Et notanter contendit c.* 3. *lib.* 3. *de Crisibus, febres ardentes continuas, & inflammationes viscerum hæmorrhagiis criticis solvi. Et* 2. *Epid. sect.* 1. *in Heragoræ filio taxat Medicos, qui diebus criticis hæmorrhagias sistunt. Immo proprium ardentium febrium ait per hæmorrhagias solvi, ad part.* 63. *sect.* 2. *lib.* 1. *Epid.*

13. *Hunc morbum forte Medici ignorarunt, & is fuit quem Hippocr. lib.* 1. *de morbis Mulierum descripsit: Ut si simile quid obtigerit, factum semel periculum nos prudentiores faciat.*

14. *Ac mihi potius persuadeo fuisse Catarrhum suffocantem per quamdam* μόχθησιν. *Quod iis qui multum sese exercuerunt evenit. Et in iis malis multum ægros agitare malum est.*

15. *Et quod hic dicitur de Mulieribus, idem de viris dici potest, quibus aut data opera multus detractus sanguis, aut fluxit per se, aut alio modo. Nam in paria mala incidere solent, & morbis a cruditate occupantur.*

16. *Distinguunt frigus positivum a privativo. Privativum est initio paroxysmorum, in leipyriis, & ardentibus, in quibus extima frigent. Positivum est, ut quum pituitosa est multaque materia, quæ sensum frigoris inducit. Atque hic maxime videndum, ne dum videmus partes extimas frigidas esse, aut pauco perfusas calore, male de ægris ominemur, quum hoc potius sit aliquando a copia crudorum succorum, quam alia ratione. Et hi dicuntur sæpe* ἀναθερμαίνεσθαι *apud Hippocr. in Epidemiis. Et frigoris privativi signa potius elucent in manibus & pedibus: Positivi vero in toto corpore, unde sunt in utrumque mutationes. Quum Hippocr. in historia de Philisco scribit ita refrixisse, ut denuo incalescere non posset, vere loquitur de privativo frigore.*

CONSTITUTIO VERNA

Anni Domini 1575.

MORBI admodum longi fuerunt, qui & præcedente Hieme, & Autumno sunt grassati, & in Vernum tempus inciderunt. Nec mirum: nam πολὺς πλάδος, & ob austrinam constitutionem inæqualemque multa excrementitia collecta sunt, quæ morbum adauxerunt. Ineunte Vere & sub finem Hiemis quum serum multum redundaret in capite, & in ventre corrupta multa forent, morbi capitis, oculorum, thoracis, & ventris inferioris, lentitudines, lassitudines, anhelationes, dolores stomachi & juncturarum grassati sunt. Horum fuit mos & ingenium. In quibusdam implacabiles fuerunt dolores: pleuritides multos aliquando jugularunt. Repente admodum inciderunt. Celebrata semel atque iterum phlebotomia concesserunt. A destillationibus a capite fluxerunt pæne omnes: Et subest suspicio seri mali. Maxime vero dolores lateris patiebantur ii, quibus aut natura imbecilli pulmones, aut vitio laborantes. Ventris tormina multis fuerunt, quæ non nisi magna evacuatione sursum ac deorsum cessarunt. Multi dolores nephritin referebant. At non erant tamen.

Vidimus Nicolaum Le Grand Sangermanum, difficultate spirandi laborantem cum pandiculationibus & extentionibus & oscitationibus crebris. Dubitabamus aliquid esse ὑποχονδριακόν. Hic melius habuit post frequentissimas purgationes, ac præsertim per catapotia. Ita distinctionibus opus est: Quibus facies nitida est & viridi colore (χλώρασμα λαμπρὸν vocat Hippocr.) in iis vereri non oportet de prava aliqua partium interiorum dispositione. Sed si facies contaminata est nævis, lentigine & baronibus (ut vocant veteres medendi magistri) aliquod latet in præcordiis vitium. In quibusdam eo modo affectis repertus est abscessus inter pulmonem, ventriculum & diaphragma.

6. Epid. Nævi, lentigines sunt signa viscerum. βλαστήματα ἐχόντων.

Qui fit ut viri hæmorrhagias per nares confertas ac copiosas ferant sine leipothymia, quum tamen qui e naribus fluit sanguis fere sit spirituosus, ac propterea natus potius inducere eam defectionem animi, quam si crassior magisque terrenus foret: Item mulieres ad stuporem usque patiuntur profluvia ex utero sine damno & eclysi, & neutri detractionem sanguinis e brachio multo minore sanguinis copia effluente, quam vel per nares, vel per uterum fluat, quin graves aut syncopæ, aut ἐκλύσεις consequantur? Si enim recurritur ad eam solutionem, ut dicamus detractionem sanguinis e brachio esse proximiorem fonti caloris, propterea vires magis infirmare: contra objicietur, quod detractio sanguinis e malleolo majoris causa infirmitatis sit, & tamen e longinquiore loco est.

Venæ sectio purgationi

Vulgo dicitur: Quoties duorum solemnium remediorum usus incidit necessarius, a venæ sectione potius, quam purgatione est auspicandum. An hoc verum?

verum? Mihi valde difficile videtur statuere, quibus in morbis, quando, & quomodo hoc sit usurpandum. Forte hujus rei cognitio petenda erit ex Com. part. 21. & 22. lib. 4. Acutorum, ubi ex professo de præmittenda phlebotomia purgationi docet. Item ex Com. ad part 6. sect. 1. lib. 6. Epid. Sed nullibi apertius, quam cap. 4. lib. de Renum affect. Si (ait) phlebotomia corpus evacuaveris, Catharticum venas, arterias & inanes regiones inveniet, non oppletas. Ita facile in totum corpus pervadet ad attrahendos succos, & facile educentur ob eorum fusionem & tenuitatem. Si contra vasa repleantur, ob plenitudinem in corpus medicamentum non deferetur. Unde aut subsistet, aut nil bene faciet.

præmittenda dum duorum remediorum usus incidit necessarius.

Quum conjecturis assequere aut fluxum alvi adventaturum, aut vomitionem, aut utrumque potius in morem choleræ morbi, cave ne purgans agitansve des medicamentum. Nam periculum inde sæpe evenit. Nam agitati humores valide multos & graves excitant tumultus, immo & syncopas, & alia ejusmodi, quæ solent innocenti per se medicamento attribui, idque immerito. Declarat virgo fidelitate plena. Atque eo modo videtur interpretanda opinio Hippocr. quum ait, eos qui pravo utuntur cibo, ægre ferre purgationes. Virgines intemperantes facile a medicamento perturbantur. Ideoque illic circumspectos esse oportet.

Cuidam viro continua laboranti, præ calore febrili decocto fere & hactenus sine remediis derelicto intempestive Medicus vocatus venam secuit & ut dierum supputatio erat, nonus dies fere aderat: A secta vena recreatus plurimum, duabus horis post oborto sudore copioso interiit. Si materia parata fuisset, & remedia tempore usurpata; & vires suffecissent ad tolerandum illum sudorem criticum, aut si natura non tam cito crisin post phlebotomiam aggressa fuisset, nil inde periculi fuisset insecutum. Hinc discere oportet, periculosam omnem evacuationem, aut die critico præsente, aut instante, præsertim si morbi historia sit bene ordinata. Immo & sæpe vidimus, experientiaque didicimus, dato medicamento non valido sexto die, jam septimo appetente graves & periculosas ὑπερκαθάρσεις attulisse. Nam tanta commotio affertur, ut symptomatica inde consequatur evacuatio. Nam mixtim, confuse, & promiscue omnia evacuat natura.

Præsente, aut instante crisi evacuatio omnis periculosa.

Socrates tres jam dies febre continua laboravit, quarto die pleuritis oritur: an septimo die totius morbi tuto secari vena potest, qui dies pleuritidis tantum tertius est? Numquid crisis septimo isto die oriri potest: & interea si vena secetur, verendum ne aliquid eveniat sinistri? Hoc vidimus sæpe, quum tertio aut quarto die oritur pleuritis augetur febris, quæ essentialis dicitur, & partim essentialis fit, partim symptomatica. Nam per sectionem venæ pleuritide remissiore facta, remissior quoque fit febris.

Aphor. 9. lib. 6.

Quæritur an desipientiæ locus esse potest in inanitione, quia desipientes omnes valide agitant Medici, & frustra. Hippocr. in Aphoris. docet ob fluorem alvi magnam desipientiam contingere; an tunc venam secabis? Nequaquam. Alioqui in grave periculum ægros adduces. Et in prorrhetico phrenitidem maniacam ait contingere, & ob malignam qualitatem, pote humore bilioso exassato; & propter immodicam siccitatem. Quod diligenter

Non omnes desipientes medicamentis

 animad-

ugitandi. Comm. in par. 17. lib. 1.

animadvertendum est, ne quid hic peccetur. 1. Unde phreniticam mulierem vidimus sine insigni febre, quæ nono die interiit κωματώδης, quum molesta assidentibus multum fuisset. Illa autem consuendo noctes insomnes degebat; perpetuis querelis virgunculas sibi ad erudiendum concreditas incessendo, & ut audivimus, parce ac duriter victitando; nec non vinum sæpe pitissando. Bilioso erat valde temperamento. Atque omnia symptomata erant cerebri primario affecti ac exsiccati, nec non adustam quamdam bilem continentis. Nimiis quoque jejuniis consimiles affectiones consurgunt. Et maxime in biliosis, si bilis blanda, alimentorum anathymiasi destituta, efferocit magis. Videtur quod ei non multum conferebat phlebotomia. Nam ex fine comm. in histor. 1. lib. 3. Epid. de Pythione scies delirium non tam sequi ex humorum quantitate, quam qualitate; immo quantitas ex se non delirium, sed coma inferet. Cuidam obortus dolor ad hypochondrium dextrum. Metuebamus ne ibi abscessus fieret. Omnia tentata sunt. Non interiit, sed humoris nescio cujus ad crus & tibiam e regione positam translatione hypochondrii dolore levata est.

Vulgus dicit, il est recru, *idest præ vigiliis & inedia veluti exhaustus. Fernelius præclare de differentiis dolorum lateris cap. 11. lib. 5.*

Ex doloribus lateris maxima pars a defluxione a capite oritur. Sed dicat quis, si fluxionum major pars frigida est, quomodo & tam subito oritur inflammatio, & phlegmone? nam phlegmones natura est calida & humida. Et si hoc verum est, an venæ sectio confert? Potius in purgatione & anacatharsi & anodynis consistendum videretur. Sed in suis libris passim Hippocrates maximos dolores oriri ait a confuso phlegmate & bile cum sanguine. Quod si in nervos solos humor frigidus incideret, non tam cito ad phlebotomiam recurrendum esset: sed quum per venas fluxio fit, facile datur occasio phlegmone. Sed pleuritidon & dolorum lateris tres fere ideas in operibus artis observavimus: Alii enim dolores sunt ob phlegmonem, alii ob erysipelatoden affectionem, ut nos in Consiliis nostris scripsimus, alii ob purum & sincerum humorem a capite labentem. Et tunc non tam est pleuritis, quam lateris dolor. Ac fere talis dolor inflammationis non est comes, sed tantum congestionis cujusdam humoris, & adhæsionis. Immo infinitos vidimus laborantes dolore lateris, ob copiam excrementi in pulmone, cujus pars tenujor & serosior dum ad membranas funditur, dolores excitat. Sed quod diligenter est observandum, major est pars & pleuritidon & dolorum capitis tum a congestione cujusdam excrementi in pulmonem & thoracem, tum ob recursum tenujoris humoris per orgasmum a ventre inferiore, quam a capite, & partibus superioribus. Quod diligenter videndum, quoniam plerique non audent purgare, & solvere ventrem. At sæpe hoc plus confert, quam phlebotomia. Immo tunc sectioni venæ locus non est. Nisi forte semel id fiat. Unde in Consulis uxore dolorem lateris patiente quinquies secta vena, idque frustra. Hiems erat: a capite malum erat. Quod notandum valde. Nam quum Hippocr. ait 3. Aphorismor. Hieme vagari pleuritides, vult explicare illud quod scribitur lib. de locis in homin. ubi disputat de pleuritide sine sputo. Est autem dolor lateris a congelatione, ut idem Hippocr. illo loco explicat, & Galenus Com. in tertium Aphorismorum. An in talibus laterum doloribus tuta sectio venæ? Nequaquam. Sic non oportet cum tam multis turpiter errare. Incredibile enim dictu; *Quam*

Non semper tuto præsente lateris dolore vena secanda.

multos,

multos trita vulgataque medendi via, ac præsertim in pleuritide perdidit? Nam audito lateris doloris nomine, si quis aliud præter venæ sectionem remedium tentet, αἰάθημα ἢ ἀπειεία ἔσω. Immo, quod pertinet ad dolores lateris, nullus hodie non Medicus est. Quamquam hic multorum carnificina, & frustranea sanguinis (in quo vita sedet) eductio, spirituumque evacuatio committitur, magno artis vituperio, ut etiam hac una medendi pleuriticis via bajuli, carnifices, sutores ac universa mulierum garrulitas Medicorum celebrium industriæ obstrepat ac sese opponat. Immo, si quis de latere queritur, quocumque id modo fiat, ne articulo horulæ differre fas sit. At non novit imprudens mulier, & impudens barbi-tonsor, nugigerulaque mediastina mulier multis ex causis dolores laterum oriri, in quibus ut aliquando venam non secare nefastum est, ita eamdem aperire crudele, impium, ac ignorantiæ „ plenum sit? Nam, Nulla est causa tam exilis, tamque parum efficax, „ quæ non dolorem in latere excitet. Ac æquumne est tamquam causa eadem sit, ac idem malum, remedium idem usurpare, & omnibus eumdem cothurnum attribuere?

Consequens est, ut quæramus num quum secandi venam occasio est, & phlegmone dolorque urget, tuto in die quater vena secari debeat, & potius id fiat, quam expectetur quid sequens dies vehat. Nam quum phlegmone in pleuriticis nascitur, dolorque adest magnus, omni ratione impedienda est phlegmone incremento. An vero præsentius remedium sit, quam identidem facta phlebotomia?

Verisimilene est illud quod scribit Galenus, sectionem arteriarum in manu dolorem lateris, & qui circum jecur erat solvisse, quod per magnam revulsionem id factum fuerit? An venarum infra gibberum sectio in pleuritide conferre potest? Forte attractio ista longa, & sensim facta exonerat facilius partem, quam quum e propinquiore parte affatim attrahitur. Nam dum e propinqua parte ducitur sanguis & confertim, quia ex aliis locis attractio fit violenta, verendum est, ne concursus iste sanguinis & spirituum noceat. Sed quum veluti materiam conjunctam dolorem aut abscessui aliquid simile foventem educimus, sensim revellendo, tutior & verisimilior videtur esse eductio. Unde videmus suctas mammas mulierum a majoribus natu facile arescere ac inaniri, quod attractio violentior sit: Sed puelli etiam recens nati dum minimo conatu atque lambendo tantum eliciunt suguntque aliquid consecutione quadam ex profundis venarum elicere videntur. Sed quum suctus attractioque est potentior, interciditur consecutio ipsa & tamquam in chorea complexio ac contingentia. In filio D. Noel, quod commode in gibbero feriri vena nequiret, ad pleuritin secta est vena inter carpum & gibberum. Et id valde profecisse putamus, quum ab eo tempore dolor quieverit. An idem factitare poterimus?

Sectio arteriarum in manu dolorem lateris salutis.

Chirurgi uxori tussis valida & diuturna expectorabat ex facili. Tum tussis sicca fuit, verebantur ne suppressione materiæ aliquid alienius contingeret. Tandem, ac si ab albis molestaretur, sinus pudoris aqua madet, & transmittitur ea materia a pulmonibus ad pudenda. An hoc verisimile? Ita sane: nam & hoc Hippocr. observavit in Epidemiis. Multi infestabantur arida tussi, nil

Lib. 1. part. 12.

si, nil excreabant, nec multo post raucescebant, nonnulli post quibusdam testiculus alter, aliis uterque cum dolore inflammabatur. Galenus in comm. ita „ ait. Pars illius humoris qui in pulmone erat, pro eo quod consentiunt „ pulmo & testes ad eos venit: & quod ad testes venit, deterius erat eo, „ quod primum ad thoracem, quoniam diuturnitate computruerat. Miror quomodo is sit consensus pulmonis & ventris superioris cum inferiore. Galenus enim, dum rationem reddit cur gibberum in spondylis thoracis non facile solvatur per dysenteriam, aut abscessum in tibiis, ut gibberum in lumbis, recurrit ad difficultatem viarum: quod non sit promta & aperta via a thorace ad partes inferiores: Immo videtur negare plane ullas vias esse, quibus materia a partibus superioribus transmittatur ad inferiores. Quod si verum, quomodo dicimus pulmonicos sæpe per ventrem, & urinas repurgari?

Lib. 1. sect. 1.

4.

Com. in particul. 3. & 4. lib. 3. de artic.

Audio Ambrosium Paræum in suis hypomnemoneumatis annotasse cuidam mulieri obortum fuisse in crure tuberculum, pisum magnitudine adæquans, quo tantopere cruciaretur, ut convelleretur plane; deinde diaphoreticis obortis sudoribus semimortua jaceret. Quid illud erat? Malignus humor, cujus pars minimo tumore se prodebat, reliquum ut latens venenum serperet, manaretque longius, ac tandem in consensum cerebrum trahebatur, aut communicato vapore, aut nullo communicato. Atque hic de morbis per consensum tria animadvertere convenit, observatione dignissima: Primum est, an in omni morbo per consensum, aut flatum, aut ichorem, aut humorem aliquem ad partem quæ compatitur ac consentit, transmitti oporteat. Galenus tribus modis docet per consensum fieri, aut quia facultas non suppeditatur, aut quia materia desit, ut in respiratione, aut per vapores: Quum per vapores oritur morbus, fere fit, ut si malum perseveret, tandem impresso in parte vestigio morbus per protopathiam oriatur. Sed Arculanus melius statuit duplicem esse συμπάθειαν (communitatem vocat) unam absolutam, alteram non absolutam. Absoluta dicitur, quum ex membro communicante nil traditur ei parti quæ consentit præter passionem. Nil vero traditur corporeum, ut humor, vapor, spiritus, flatus. Non absoluta vero elicitur, quum a parte, affectionem in suo sinu alente, aliquid ad consentiens membrum demandatur; quod consimilem fere affectionem pariat. Absolutæ exemplum est, dolor capitis ortus post spasmum alicujus partis, aut totius corporis: dolor a punctura, dolor capitis per consensum juncturarum. Item in furore uteri: nam Aetius furorem uteri ab uterina suffocatione distinguit; quod in furore uteri passio ipsa sine corpore ullo, sed sola fere qualitate cerebro communicetur. Item quum dicitur,

Cap. 6. lib. 1. de loc. aff.

5.

Cap. 74. serm. 4. tetra. 4.

Quumque caput dolitat, cetera membra dolent.

An communicatur aliud præter quamdam affectionem, materiei omnis expertem? In quo oportet partem reapse laborare, quia definitio hæc est doloris, ut res materialiter imprimat: non quod requiratur materia in omni dolore, eo præsertim qui fit per consensum; sed ut excludatur opinio eorum, qui putant absolutam communicationem doloris esse, quum species intentionales offeruntur. At hoc falsum. Nam communi sensui necessario species doloris objicitur, sed non propterea laborat.

Morbi per consensum quot modis fiant.

Secundum ex iis quæ explicanda proposuimus, est quod Galenus scribit, qui-

Comm. in part. 10. lib.

quicumque per consensum communicationemque morbi fiunt, eorum nullus eos morbos solvit qui præcesserunt. Nisi forte reapse materia transferatur alio, & tandem absentia materiæ diatheseos occasio, & proinde morbi tollatur. Ut quum translata a capite ad pedes materia, capillorum defluvium cessat, & varices superveniunt.

3. de articulis.

Tertium est illud quod Galenus scribit, Pauci morbi chronici fiunt per consensum & absque loco affecto. Attamen multis Hemicraniæ sunt longæ per consensum. Sed aliud est χρόνιον νόσημα, aliud χρονία διάθεσις. Nam diathesis est sine materia. Sed morbus materialis & longus propriam habet sedem, & humorem crassum qui fovet.

Comm. in Aphor. 19. lib. 1.

Nobilis vir quia luis venereæ contagione infectus fuerat; & quum instar venenatorum humorum lues ista sæpe de instituto adoriatur hanc aut illam partem; dolores sentit implacabiles: in tertio & quarto metaphreni spondylis. Nullis superantur remediis. Præ dolore interit. Reperti sunt duo isti spondyli carie ac tabo confecti. Hinc dolores, hinc mors. Avicennas fen. 22. tractatu primo, capite 12. eam corruptionem spinæ vocat ventositatem spinæ, quod talis corruptio sit ab ichore: ichor vero & flatus malignus consimiles fere affectus afferunt. Diximus enim ichorem & flatum dolorum maxime causas esse.

Caries spondylorum metaphreni ob luem veneream mortis causa

Nobili cuidam, sed moribus ignobili ac obscuro, de quo idem dici potest, quod de Mezentio Poeta,

Virg.

Contemtorque Deum Mezentius,

Æn. 7.

Dolor in periostio menti (locus autem dolens magnitudine sextantem non superabat) isque erat implacabilis. Quum insolens hoc malum foret, inauditum, invisum ac implacabile, id ad Divinam Dei ultionem referebant. Tandem quum ægresceret medendo malum, effero & temerario motu, lato per omnes faciei partes humore ejusdem fere moris, non ita longe post interiit. Quid hoc rei fuit?

Peripneumoniæ siccæ & pleuritides, idest, quæ non tam in humore & tumore phlegmonode consistunt, quam in phlogosi & vagabunda assatione aut adustione, jugulant homines incautos & minime cogitantibus Medicis. Harum auctor est serum, acre, subtile, malignum, efferum, eludens exclusionis ansam, & pepasmi occasionem, a quo siderantur pulmones derepente. Signa sunt rubores genarum fugaces, tussis inanis, indolentia fere, jactationes, ariditas linguæ, & extenuatio præter rationem, dolores pungentes & fugaces; an in his secanda vena? Hippocrates ita scribit: Fit peripneumonia & pleu-
„ ritis sine sputo ambæ ex eadem causa, & siccitate; siccant autem & cali-
„ da cum nimium calefecerint, & frigida ubi nimium frigefaciunt. Con-
„ gelatur autem latus & quæ in ipso sunt venæ, & convellitur. Quantum
„ in ipso est bilis & pituitæ, id a caliditate resiccatur; & dolorem inducit,
„ & febrem. Hinc venam secare convenit in manu splenitidem aut hepatitidem,
„ juxta utram fuerit morbus. Tamen alio loco dum de pleuritide sicca & sine sputo loquitur, humectationis quidem multæ commeminit, at numquam phlebotomiæ. Sic hic accuratos & sagaces esse Medicos oportet. Quum autem meminit pleuritidis siccæ a frigore, a quo congelatur in pleuritide latus, videtur explicare ideam earum pleuritidon, quas in Aphor. per hiemem grassari scribit Hippocrates: Nam in his frustra tentatam sectionem venæ sæpe vidimus

Causa, signa, remedia & prognostica pleuritidis & peripneumoniæ siccæ.

Lib. 1. de morbis.

Lib. 3. de morbis.

3. Aphor.

dimus: quum potius sit consilio Hippocratis veniundum ad tepefacientia & paregorica medicamenta. Quod prudentiores Medici, & qui non tam solent id remedii accelerare, nec ex vulgi opinione pendere, factitant.

Supra de scammoniatis observavimus: nunc hoc dicendum, verum illud esse Hippocr. dejectiones numero non esse æstimandas, medicamentaque agere debere καλῶς, καὶ κεισίμως, alioqui frustra ea dantur, & medicamentis accommodantur corpora, non corporibus medicamenta. Hoc unum dicam, Electarium diacarth. de succo, magni scutiferi, quod ad insigne mortarii aurei venale est, aut nil agere, aut perturbate agere. Nam dum aquosas quasdam superfluitates educunt, perturbant solum, non evacuant ea quæ evacuari oportet. Unde alios vidimus in profluvia illaudabilia alvi incidisse, alios nil aut parum purgatos. Unde ægri sæpe fassi sunt valde se pœnitere quod ea sumserint, quum nullus inde profectus secutus fuerit, sed aut inanis aquarum eductio, aut siccitas quædam corporis contigerit. Immo medicamentulum blandum & leniens vidimus plus leniendo profecisse, quam ista valida inaniter agitando.

2. Acutorum Benignum, blandum, & leniens medicamentum plus proficit sæpe, quam scammoniatum.

Quoniam plerosque pueros febribus continuis & vehementibus videmus interire, quibus forte omissio phlebotomiæ obfuit, ut Medicis probro & ignorantiæ vertatur, quod temere solenne illud remedium tam præsens in continuis auxilium prætermiserint, an non tuto secari puellis eo in casu vena potest? Ita revera, tum quod casus requirat, tum ut parentibus satisfiat qui in phlebotomia prima salutem, immo & a mortuis excitationem positam putant. Parisiis enim malunt suos ad phlebotomiam adduci, & si phlebotomati interierint, minus illis molestum est. Itaque miror Gal. tam studiose in pueris venam non secare, & si vel pleuritis, vel peripneumonia orta fuerit in pueris etiam prætermittit sectionem: Ait enim: si vero post decimum quartum „ annum pleuritis aut peripneumonia, aut aliud acutum νόσημα, aut angina „ adsit presertim si sanguis adsit multus, si tempus vernum, si regio tempe- „ rata, si pueri natura sanguinea, audacter venam secabis. Quasi vero si tales morbi puellos adoriantur, non sit bonum venam aperire: Quum tot etiam in juvenibus phlebotomiam experturis circumstantias requirat. At nostrates afferunt suas experientias de sectione in bimis & junioribus, forte sine sectione venæ erant convalituri. Exemplum est filius Vandolii, cui necessario secandam venam dicebant, & purgationibus liberatus est lateris dolore. Idipsum & filiola Dom. Royssæi indicavit: quum enim de secanda vena conclusum esset, tamen dilata est; & ea omnino prætermissa convaluit.

Lib. de sang. miss. 9. Methodi.

Pueris urgente necessitate audacter vena secanda.

Sunt qui ut ignorantiæ suæ velum prætendant, quum nil agere circa ægrotantes volunt, afferunt justam dilationis causam, quod hic vel ille dies „ sit criticus. At Galenus contra factitandum putat; itaque scribit: Quoniam „ sæpe quum quis dies sex aut quinque ægrotavit ad curationem accersimur, „ expediet utique sanguinem mittere, etiam si prima occasio sit prætermissa. " Quocumque enim die mittendi sanguinis scopos in ægrotante inveneris, in " hoc præsidium hoc adhibeto, etiam si vicesimus ab initio morbi dies " fuerit. Scopi vero sunt, magnus morbus, virium robur, excepta ætate " puerili, & ambiente nos aere vehementer calido. At dices: numero dierum

Etiam die critico mittendus sanguis. 8. Cap. 20. lib. de sang. miss.

" vires

" vires exſolvuntur, ideo ſi jam progreſſus ſit morbus, demendi ſanguinis occaſio tollitur. Galenus autem rejicit iſtum numerum dierum, quod hic primario & per ſe efficiat ut vires minuantur, ſed quod ex eventu propter longitudinem ipſam vires labent. Immo etiam ſecundo die morbi vires imminutas admodum videre licet. Tamen ſi auctore Hippocr. diebus imparibus & criticis medicamentum purgans dare nefas eſt ob ὑπερκάθαρσιν quæ inde inſequitur, cur tuto vena ſecabitur? Galenus autem iſta maxime ſcripſit contra eos, qui de ſectione venæ ſtatuentes, in duobus graviter peccaverunt. Nam ultra quartam diem venam non ſecabant; unde in Epid. tacite eis ſuam ignorantiam obtruſit, quum ait: *Anaxioni octavo die venam ſecui*. Alter autem erat error quod ſecarent venam quum humores adhuc inconſtantes eſſent & errantes; non autem quum fixi & inerrantes, ut Tulliano verbo utar: Quod attinet ad phlebotomiam, multa hinc illinc probabilia afferri poſſunt tum ad ſuadendum, tum ad diſſuadendum: Sed multa ſæpe ad majorem religionem & cautionem, non ad omiſſionem afferuntur. Non alienum forte ad diſſuadendam phlebotomiam, frequentem præſertim, id quod a quibuſdam ex Theophraſto objici ſolet. Is enim dum reddit rationem, cur arbores non inſitæ & ſilveſtres plures producant fructus, quam inſitæ, hoc affert: minus feraces eſſe arbores inſitionem paſſas, διὰ τὴν ἕλκωσιν, vulnus enim illud in inſitione factum vires minuit. Quod & de phlebotomiis poteſt audiri. Maxime vero nocent delicatis, & λεπτοῖς hominibus.

4. de morbis.

In libris de Natura Deorum.

Sunt qui objiciunt conſuetudinem ut Medicos adducant ad præſcribenda ſæpe ſibi medicamenta, aut phlebotomiam. Sed valde notanda ſunt, quæ a Galeno ſcribuntur, ut aliam vacuationis rationem pro ſectione venæ ſubſtituamus. Scarificare autem convenit præſertim partes ignobiliores, ut longius revocentur humores. Quot ſunt enim qui diuturnis doloribus aut oculorum, aut capitis detenti ſexies aut octies in anno ſibi venam aperiri volunt? Galeni verba hæc ſunt ad unguem tenenda, & ſæpe Medicis obtrudenda opponendaque, qui ſanguine humano fundendo liberaliores eſſe ſolent: Sæpius anno " venam ſecare non expedit, quippe cum ſanguine copioſo e vena vitalis ex- " cernitur ſpiritus. Eo autem copioſius abſumto, univerſa corporis moles re- " frigeratur, omniaque naturalia opera deteriora fiunt: Ideo ab ignobilibus, " utpote cruribus, detractionem fieri convenit. At quoniam plerique libera- " lius ſanguinem fundunt, ideo hic notandum fuit. Nec omittendum id quod " obſervavimus contigiſſe Damiſellæ de Lonquerque poſt evacuationem ma- " gnam ab utero repertum eſt jecur plane albicans. Item Dom. de Montgy- " ron in campo vulgo *les Tournelles* dicto, interemto ob vulneratas inſignes " venas crurales inventum eſt hepar pallidiuſculum, idque ob evacuatum in- " ſigniter ſanguinem. Quid non aliquid non abſimile continget ob frequentem phlebotomiam? Ex Hippocrate enim poſt inſignem ſanguinis evacuationem alvus ὑγραίνεται, in Coacis πονηρεύεται. Galenus vero de frequenti uſu medicamentorum loquens ita ait: Frequenter medicamentis uti non convenit, tum quia corpus in pravam conſuetudinem adducitur, tum quia nocet plurimum. At conſuetudinem objiciunt, dicuntque ſe prævertiſſe magnos morbos ea ratione. Sed eludit iſtam frigidiuſculam opinionem Galenus. Si victus rationem mutaverint illi qui tam ſæpe vacuandum velint, proderit plurimum. Et quod dicant

Lib. de ſcarificat.

Frequentior uſus medicamentorum & venæ ſectionis propter conſuetudinem damnandus.

Comm. Aphor. 15. lib. 2.

Lib. de consuet. cap. ultimo.

cant se illis vacuationibus allevari, non ratione istius consuetudinis, ait, evenit, ut istæ purgationes conferant, sed quia ex victu depravato pravos humores congerunt. Item ait: Evacuatio eorum quæ quotidie generantur, minor est quam ut requirat medicamentum purgans. Sed valde indigentibus & ex intervallis utile est medicamentum. Nam ut aquæ stagnantis motu contingit ut efferantur vapores, & aer contaminetur; ita dum subinde nulla vere urgente occasione medicamenti usu moventur humores, spiritus inficiuntur, & dum per venas rapitur dividiturque alimentum commotæ materiæ in intestino corpore restagnantis contagione vitiatur. Quæ diligenter sunt notanda.

Pyroticum ad acerbos dolores dentium & colicos valet.

In acerbis dentium doloribus, immo & in colicis, ut ante docuimus, pyrotica ex usu sunt. Quoniam educitur quædam sanies tenuis. Et mirum tam exigua materia & pauca excreta tam acerbos dolores dentium sedari: An non simili exemplo, ut intercipiatur cursus & impetus materiei in partes ruentis & dolores excitantis pyrotica applicabimus in his aut illis partibus? Immo observatum in multis corporis partibus, post ingentes dolores, tuberculum aliquod exstitisse & apparuisse; quod in se videtur conclusisse, & secum rapuisse id totum, quod molestiam afferebat. Dolores enim postea conquiescunt.

Balnea quibus conveniant in capitis dolore.

Siccæ meninges atque velut sideratæ apparuerunt post diuturnos capitis dolores, præsertim quum & humores pravi sunt, retinentque aliquid de natura humoris atrabilarii adusti. In talibus balnea potius ex usu sunt, quam agitatio ulla sudorificis aut calidioribus medicamentis tentata.

Bile saturatæ urinæ aut tincturæ expertes sola venæ sectionem non suadent.

In inspiciendis urinis cavendum est ne decipiare, & ne temere tibi aliquid sine ratione persuadeas. Nam quum expertes tincturæ biliosæ apparent, vulgus Medicorum statuit de sectione venæ, quod putet supprimi per quemdam inflammationis modum illum humorem, qui urinam tingere deberet. Si vero bile saturatæ sint, itidem de secanda vena, & detrahendo largius sanguine cogitant plerique, quod credant inflammationem esse, & generationem multi humoris biliosi. Sic vide quomodo temere ex contrariis urinis argumenta secandæ venæ petant. Malum porro est aliquid in arte Medica comminisci, ut inducaris ad hoc vel illud agendum.

Fernelius cap. 11. lib. 5.

Quum dolores vagabunde tenent nothas costas, & continuatione membranarum attingunt aliquando mammas, & partes sterni anteriores, caute videre oportet an propter ventris inferioris cacochymiam, a qua propter vapores elatos dolores surgunt, sensio adsit doloris, an causa ipsa a partibus superioribus pendeat, an vero in thorace ipso sit. Vulgo enim secatur vena, undelibet dolor sit: atque id quidem male. Quis enim nescit, si dolor iste agnoscat causam in ventre inferiore, non modo non prodesse phlebotomiam, sed etiam nocere sæpe, quod attractio fiat a partibus inferis, & si nondum adsit pleuritis, ea per sectionem venæ acceleretur?

Vana est ea indicatio detrahendi sanguinis, quæ ex sanguinis

Quum hodie demitur sanguis, & ultimum vas corruptissimo sanguine plenum est, tum incitantur Medici ad iteratam, immo tertiam & quartam sectionem venæ. Et quo majoris corruptionis particeps sanguis est, eo de secanda vena audacius cogitant. Et sic misere in humani generis sanguinem contenditur ac statuitur. Quid respondebunt Auctori suo Galeno, quem du-

cem

cem sequuntur? Hic enim eo magis a sectione venæ avocatur quo corruptionis majoris sanguinis argumenta majora apparebunt. Ita scribit, ubi vel citra sanguinem restitum est, vel supra processum, nullo modo sanguis mittendus est. Quum biliosus humor redundat, & tota sanguinis massa biliosior est, supra sanguinem processum est, an non conveniet venam secare? Quid " ergo vult Galenus? Idem Auctor ita alio loco scribit: Si copiosus sanguis, " & nondum insigniter mutatus in alterius naturam fuerit, audacter detrahe. " contra agendum si jam mutatus est. Vide ergo in quo conveniat posteritas cum antiquitate. Et tamen idem Galenus mulieri extenuatæ cui pici similis sanguis erat plurimus, large sanguinem detraxit. Ego vero, ut conciliem Galenum secum, & cum posteritate, puto Galenum tam religiose interdicere venæ sectione, ubi vel supra sanguinem proceditur, vel infra restitum est, idest, vel quum plane crudus est, & pituitosus sanguis, & ὠμὸν αἷμα dicitur, vel quum ita processum est, ut jam adustus sit; vel hoc intelligi debet, ut non solum qui sanguis ruber esse debet, colorem mutaverit (nam omnium facillime sanguis floridus colorem mutat) sed & alii sanguinis massam humores constituentes parem quoque mutationem acceperint. Alioqui decipi facile est. Et plerique turpiter alucinantur. Nam in nostris sectionibus venæ putamus sanguinem valde malum esse, quia superficies mala, & alieni coloris apparet. Error est. Nam si vel in vase stanneo, ut in scutella conjiciatur, vel si vas totum plenum non est, vel si dimoveas sanguinem ipsum, tunc superficies florida apparebit. Sed, quod magis urgebit, duæ sunt rationes, quibus forte revocari possis a frequenti sanguinis detractione. Prius est hoc, pauca quantitas croci multum aquæ tingit: ita pauca bilis sanguini confusa, alterat sanguinem & mutat. Si ergo per confusionem, aut admistionem bilis in sanguine mutatio appareat, non propterea statim ad unam atque alteram phlebotomiam deveniendum. Quod forte multis fraudi fuit. Posterius argumentum hoc est, quum Socrates febricitat sanguinis massa confunditur & turbatur, resident vero humores febre cessante: si sanguinem detrahis, dum æstus est in venis confusum semper elicies, & sic ægrum, ejusque vires diminues. Itaque non oportet adduci ad audacter sanguinem detrahendum, ex eo quod sanguis confusus & alteratus aliquando apparet.

impuritate sumitur.

9.

4. cap. lib. 4. sanitat. tuend. par. 43. sect. 3. lib. 6. Epid.

An causarum προκαταρτικῶν prætermittenda ratio in morbis? Nequaquam. Hippocrates enim in Epid. de febribus continuis acturus meminit crapulæ, apricationis in sole, potus vini meracioris, laborum, lassitudinis. Et in diæta τῶν ὀξέων, quum de febribus continuis agit quas ab attractis ichoribus nasci putat, lassitudinum, & laborum, & vigiliarum meminit, tamquam causarum προκαταρτικῶν, sed tamen ad morborum ἡ γνῶσιν, ἡ διάγνωσιν conferentium. Quamquam inter eas quædam sunt contemplabiles, aliæ non. Ut comedisse racemum, deinde incidisse in febrem, aut sub dio fuisse, aut egelidam bibisse, aut acetarium edisse, illud vulgo causa febris putatur. Sed aliæ sunt causæ procatarcticæ, quæ in re ipsa quodammodo inhærent.

Causarum procatarcticarum habenda ratio in morbis.

Qui fit, ut magna pars eorum, qui in pleuritim incidunt, horreat; quum tamen illud non videatur esse de natura istius mali? Hippocrates explicat cur laboraturum pleuritide horror occupet, sive sit ebrius, sive sit sobrius, atque

10. Lib. I. de morbis. Horror

prodromus pleuritid. que ait: Quum latus natura carne nudum sit præ omnibus corporis partibus, „ & non sit quicquam in ipso quod renitatur, præter ventriculi cavitatem, " maxime rigorem percipit. Et quum riguerit, ac perfrigeratum fuerit, tum " caro quæ est in latere, tum venæ contrahuntur, ac convelluntur.

Toto mense Aprili & Majo iidem pene morbi, qui & ineunte vere. Veteres morbi repullularunt. Numquam, quod meminissent, tam diuturnos & inexpugnabiles morbos Medici observarant. Ad multam humiditatem retuleramus prius. Idem de istis morbis dici potuit, quod & Hippocr. quum multum temporis status austrinus fuisset, addidit, squalidus, idest, pluviis carens; noster status pluviosus fuit, & nebulosus. Non mirum si nil e corpore effluxerit, sed quod erat, cumulatum fuerit. Spiritus & humores caliginosi & nebulosi facti sunt. Nam verum illud, Austri auditum hebetant, caliginosi, capiti graves, &c. Et in ista spirituum & humorum caligine non mirum si & domari non potuerint humores, & si natura sopita fuerit, utpote non illustrata.

Par. 8. sect. 1. li. 1. Epid.

Pleuritides siccæ & humidæ vagatæ sunt, dolores lateris, tusses, ophthalmiæ, gravitates capitis, & inter cetera parotidon magna copia fuit, sed illæ sine febre erant. Et maxime juniores & calidiores prehenderunt, non absque febre, sed ea moderata.

Si quando alias, illud contigit videre, quod ab Hippocrate scriptum est: " Tubercula multis secundum aures, febre carebant. Nonnullis parum ac- " cendebantur, sed omnibus sunt extincta citra incommodum. Nemini sup- " purarunt. Erant laxa, magna, diffusa, citra phlegmonem. Accidebant hæc adolescentibus, juvenibus, adultis, præter ceteros luctatoribus & athletis, mulieribus vero parum.

Part. 10. lib. 1. Epid. sect. 1.

Multos videmus aut ischiade laborare, aut alio articulo, quum ne tantillum aut cervices doluerint, aut collum, aut guttur, aut claviculas, aut occiput. An vero credibile a capite tam efferum humorem, tam serosum, tam indomitum, ut nullos dolores in mediis viis excitet, sed solum quum ad articulos devenerit? Ut idem faciat quod lepus marinus, qui quum perreptet innumeras corporis partes, solos pulmones ulceret? Hoc non credibile. Sic valere jubeamus Fernelium. Et non temere innocens caput medicamentis agitemus. Nam sunt qui dolent articulos, & nullus præcessit omnino dolor capitis, nec gravitas, nec aliud simile.

Ischias non semper a cerebro.

Si febres hemitriteæ & horrificæ humorum ἑτερογενῶν sunt soboles, quare non semper tales febres excitantur, quum in corpore nostro tanta sit varietas humorum, & maxime bilis, & pituita redundet, quos duos humores passim Hippocrates morborum omnium auctores statuit? Si dicas in quaque febre unum humorem maxime in vitio esse, ac turgere: quare quotidie tam ex diversis medicamentis purgationes morbificorum humorum instituimus?

Bilis & pituita omnium morborũ auctores Hippocr.

Juveni annos undeviginti nato præter modum pinguescenti, quod in cute curanda plus æquo operetur, & soleat

... In medios dormire dies, &
Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Consultum est illud, quod scribit Hippocrates, ut maza & lucta uteretur: idest, labo-

6. Epid.

Victus ratio ut corpus minime pinguescat.

laboraret plurimum; & non cibis satiaretur. Volebat omnino abstinere a jentaculo, alias a cœna. Hoc non probatum est, immo consultum ut levi jentaculo sublevaret illam famen insatiabilem quam in pastibus habet. Accedit quod iis qui breviore collo sunt, & aqualiculo obesiore ad os ventriculi solet quædam coarctatio contingere, ob abdominis pressum pinguioris, ac fere idem contingit quod & mulieribus præter naturam crassis, quæ non concipiunt quoniam omenti pinguedo os uteri coarctat ac comprimit. Numquid idem ad regionem oris ventriculi potest contingere? Hoc notandum. Consultum præterea est, ut aliquando uteretur decocto absinthii pontici. Item ut manderet sæpe coriandrum. Etsi enim calidum, non transmittit gibbas hepatis. Potius vesceretur assis. Hieme pane, ut vocant, biscocto, non solenni de pane qui de capitulo vocatur, aut consimili.

Apho. 46. lib. 5.

Cur mulieres difficilibus morbis implicentur. Lib. I. de morbis.

Notandum est valde quod scribit Hippocrates lib. 1. de morbis mulierum, dum rationem reddit, cur mulieres tam difficilibus morbis implicentur, qui & ægras lateant, & Medicos. Ἐπικίνδυνα τὰ νοσήματά εἰσι ταῖς γυναιξὶ, καὶ ὀξέα, καὶ μεγάλα, καὶ χαλεπὰ ξυνιέναι. διὰ τοῦτο ὅτι αἱ γυναῖκες μετέχουσιν τῶν νούσων. καὶ ἐσθ' ὅτε οὐδ' αὐταὶ ἴσασιν ὅτι νοσέουσιν, πρὶν ἢ ἔμπειροι νούσων γένωνται ἀπὸ κατα-
“ μηνίων, καὶ ἔωσι γεραίτεραι. τότε δὲ σφέας ἥτε ἀνάγκη, καὶ ὁ χρόνος διδάσκει τὸ αἴτιον
“ τῶν νούσων. καὶ ἔστι, ὅτε τῇσι μὴ γινωσκούσῃσιν ὑφ' ὅτευ νοσέουσι φθάνει τὰ νοσήματα
“ ἀνίητα γινόμενα, πρὶν ἂν διδαχθῆναι τὸν ἰητρὸν ὀρθῶς ὑπὸ τῆς νοσεούσης, ὑφ' ὅτου νοσέει.
“ καὶ γὰρ αἰδέονται φράζειν, κἢν εἰδῶσι. καὶ σφὶν δοκοῦσι αἰσχρὸν εἶναι ὑπὸ τῆς ἀπει-
“ ρίης, καὶ ἀνεπιστημοσύνης: ἅμα δὲ καὶ οἱ ἰητροὶ ἁμαρτάνουσι οὐκ ἀτρεκέως παν-
“ θανόμενοι τὴν πρόφασιν τῆς νόσου. ἀλλ' ὡς ἀνδρεϊκὰ νοσήματα ἰώμενοι. καὶ πολλὰς
“ εἶδον διαφθαρμένας ὑπὸ τῶν τοιούτων παθημάτων. ἀλλὰ χρὴ ἀνερωτᾷν αὐτίκα ἀτρεκέως
“ τὸ αἴτιον. διαφέρει γὰρ ἡ ἴησις πολλὸν τῶν γυναικείων νοσημάτων, καὶ ἀνδρῶν.

Remedia ad gradiendi impotentiā.

In gradiendi impotentia post morbum valde diuturnum; quum nescio quis extraneus calor partes eas occuparet, nec sanguinis spiritusque esset affluxus, ut partes iis perfusæ vegetarent ac alerentur. In iis quædam erat ἀτροφίας, καὶ μαρασμοῦ species. Primum embroche ex oleo violato adhibita est, litus ex oleo amygdal. dulcium sine igne extracto, affusio aquæ omazorum, in qua infusæ fuerint vini optimi lib. 11. Litus ex medulla cervina, alias in vino albo lota, alias in aqua rosacea, si caloris molestias ullas senserit.

In rudimentis Paralyseos vena non secanda.

Mulier jam paralyseos rudimenta quædam in parte sinistra habebat. Et quum de capitis dolore quereretur, ut tanto impetu in partem affectam humor non influeret, at revelleretur, consulta est phlebotomia in brachio sano. Quo die secta vena est, tanto impetu in partem sanam humor irruit, ut magna impotentia ei parti sit conciliata. Immo majora in ea sana parte paralyseos argumenta fuerunt, quam in sinistra jam vetere morbo afflicta paruissent. Et hic eventus docere nos debet, ne temere, quum humor frigidus est in motu, venam secemus. (Verumtamen uxori detractus sanguis ex dextro brachio, quum tamen manus torpida esset, nil inde tamen secutum incommodi.) Idem fere evenit nobili mulieri. Hinc dolor capitis crudelissimus. Impetu humor descendit in collum, scapulas, & adjacentes partes. Clamores, ejulatus, agitationes, lancinationes, & punctionis sensus. Secta vena ad tantum dolorem compescendum. Non ita longe post torpidum pene erat brachium, & contrectandi im-

potentia

potentia erat: Sic in catarrhosis, & præsertim dum humor tenuis & serosus vult confundi cum sanguine, a phlebotomia abstinendum. Nam provocatur catarrhus, refrigeratur pars. Nisi forte in contrario brachio fiat sectio. Tamen mihi magis placet aliud remedium, nisi calidissimus sit humor fluens, & magna sint argumenta confusi humoris defluentis cum ipso sanguine. Ita enim ob perturbationem sanguinis facile corruptio contingit. Quamquam dubitari potest an ἀτρεκέως debeat mitti sanguis?

Quum Nutrices fiunt pleuriticæ, graviter ægrotant, & magna dispnœa tenentur. Idque fieri puto quoniam & mammæ attrahunt, & ad eas impetu humor fertur, ut in libris de simplicium medicamentorum facultatibus Galenus adstruit; si demitur sanguis, an non propter transumtionem a venis, in venas facile albicans apparet: ut facile imponat Medicis credentibus, talem humorem & colorem a corruptione esse?

In febribus quibusdam continuis hydroticis locus esse potest.

In febribus tertianis juvat plurimum sub finem accessionum, præsertim si morbus progressus jam est, & coctionis signa aliquot paruerint, dare aquam vino albo perfusam, sive dilutum valde aqua vinum album ὀλιγοφόρον. Nam sudores provocat. Tum autem maxime sudores prosunt, quum obstructionibus sublatis, corpus internum apertum est, & restat forte quædam cutis constipatio, quam aquæ egelidæ lautio potest tollere. Immo etiam in quibusdam febribus continuis, quum vel oblita sui officii natura videbitur, vel cutis spiracula erunt obserata, hydroticis locus esse potest, ut venenatus morborum halitus, & spiritus una cum sudore erumpat.

Aquæ laudabiles multa coctione deteriores fiunt, malæ contra. Arteriotomia in capitis dolore an tuta? Aphor. 7. lib. 6.

Hoc ex Vitruvio Auctore probato, in arte Medica sancitum esse debet de aquis: Quum laudabiles erunt, & iis dotibus præditæ, quibus esse debent, brevem coctionem quærunt: Contra, quum illaudabiles erunt, multa coctione opus habent. Nam bonæ coctione amarescunt, deterioresque fiunt; malæ vero coctione, dum malitiam exuunt, adscititiam naturæ indolem induunt.

Yvoni Chirurgo ἀπυρέτῳ ἐόντι fere dolores aderant capitis profundi, vehementes, lancinantes, divellentes, διαΐσοντες ut inde vires pene consternarentur. Atque Hippocrates scribit, dolores sublimes non sublimibus minus esse malos, ob difficultatem curandi, & symptomatum vehementiam. Adde quod quo profundiores sunt, eo partes magis momentaneæ læduntur. Omni modo laboratum est, ut dolores sedarentur cataplasmatis, pipionibus, farinis, oxyrhodinis, cucurbitulis; terna aut quaterna venæ sectione: Nil profectum est, immo ne pilularum quidem usus profuit. Vena frontis secta, sed præsentissimum attulit remedium arteriotomia. Dicto enim citius dolores conquievere. An non idem tuto fieri potest? Qui sanguis detractus est, ei erat assimilis, qui ex brachio detractus fuerat. Verumtamen sunt qui ut audacter arteriotomiam in capite sanguinem ducant: dicunt multum sanguinis in capite esse, & sæpe etiam mortuis turgere venas. At primum nosse debent cerebrum esse natura frigidum, & facile refrigescere secta vena: Secundo abundare cerebrum sanguine per modum raptus tantum, non propter generationem: Tertio, quum in cerebro venæ turgent, hoc fuit morbosum, non naturale. Et Arist. lib. de somno ait, sanguinem capitis esse tenuissimum, contra partium inferiorum crassissimum esse. Ideo non fieri potest, quin tenuissimum sanguinem multi comitentur

tum

tum fixi, tum fluentes ſpiritus. Niſi forte dicat quis, iſtam tenuitatem non poſſe eſſe, niſi cum caliditate. Et ideo metu inflammationis, & majoris mali non eſſe alienum e capite ipſo demere ſanguinem. Contra faciunt ſuperiores rationes. Item, quod cerebrum ab Hippocrate dicatur eſſe glutinoſum, frigidique metropolis. Vide Hippocr. lib. 7. Epid. in hiſtor. Halicarnaſſenſis, ad diſſuadendam phlebotomiam, præſertim frequentem, in dolore capitis.

Vulgo obſervatur proclives admodum eſſe catarrhos in dentium acetabula, ſi dens unus vitium attigit: ſublato dente, aut confeſtim ceſſat affluxio humoris, aut ſaltem nullo gravi ſymptomate ſe profert. Sin dens remanet vitiatus, nullus pene dies eſt, quo non, præſertim veſperi, aut externa aliqua occaſione incidente, & dolores recrudeſcant, & non affluxus humoris alias frigidi, alias alius generis percipiatur. Unde hoc? quoniam imbecillitas partis & vitium juvat iſtam proclivitatem catarrhi, immo veluti irritat, prolicit atque provocat. Quod mediusfidius mirandum eſt, maxime vero, exemto dente fluxionum provocatore tam repente fluxum conſiſtere. Hoc exemplum ſatis nos poteſt inducere ad cognitionem receptionis febrium. Nam neceſſario in ventre ſtatuenda eſt diatheſis mala, eodem modo viſcus aliquod occupans, ac vitium dentem ipſum: illaque diatheſis, & infirmitas partis, & vitium corruptionem alimenti in parte facit, & motus humoris ejus qui facile movetur, cauſa eſſe poteſt. Et ſublata diatheſi, vitio partis correcto, necnon ἀπιόντος ἐμπυρεύματος, ceſſat motus, irritatio, provocatioque humorum febris, aut ſimilis affectionis auctorum. Eodemque modo febris aliqua particularis eſſe poteſt. Unde quidam narrant os, aut caput, aut manum æſtuare videri, ac ſi febri particulari prehenderetur.

Dentium doloris cauſa.

Qui fit, ut eæ mulieres quibus menſis ſupprimitur, de dolore (quem vocant) ſtomachi querantur, dicantque habere ſe manifeſtum cujusdam ponderis ibi incumbentis ſenſum? An circum os ventriculi ſanguis colligitur? Nequaquam. Sed id fit propter hepatis ſimas quæ ſanguine oppletæ ſunt, & ita hepar quodammodo gravius redditur, & propter ſanguinis conculcationem, & ſpeciem quamdam ἐμφράξεως non habent ſuum motum, & impetus naturales τὰ ἐνορμῶντα. Quæ cauſa eſt, meo judicio, cur ponderis gravitatiſque ſenſus tantus in ea parte ſit. Sed cur non in partibus reliquis idem contingit? quoniam poſitis paribus cauſis doloris in ea maxime aut dolor, aut ſenſus gravitatis adeſt, quæ exquiſitioris ſenſus eſt. Accedit quod quum per uterum, pote aut vitiatum, aut obſtructum non liber ſit exitus, ſurſum fit refluxus, ut teſtantur vomitiones cruentæ, mulieribus non menſtruis conſuetæ. Mirum itaque non ſit, ſi hujus maximæ ſuppreſſionis primas notas & damna os ventriculi habeat ac ferat. Immo initio febrium quum maxima eſt cacochymia, circa ventriculum dolores ſunt maximi, quod circum eam partem primum tumultus fiant. Hippocrates refert ad ipſius hepatis, & vicinarum partium quamdam intumeſcentiam & elevationem.

Galenus in comm. adpartic. 37. lib. 3. Prorrh. ubi pleniſſime hanc diſſolvit quæſtionem.

Mulieres quibus mēſtrua ſupprimuntur, de dolore circum os ventriculi queruntur.

Qui fit ut corpora ſervorum, & ſervarum dura, compacta, ſolida, non lubricæ ſanitatis, ut corpora liberorum, ſæpe in morbis, purgationibus, & venæ ſectionibus facilius obruantur, premantur, deficiantque; quam corpora quæ ſunt apertiora, molliora, ſubtiliora? Immo teſtamur obſervaſſe nos ſæpe ejuſmodi corpora facilius λειποθυμεῖν, & ἐκλύεσθαι in purgando, & venam ſecando

Com. in par. 1. ſect. 1.

lib. 6. Epid. Corpora servorum minus ferunt morbos, & remedia quam liberorum; eorumdemq; comparatio.

secando, quam alia. Tres causæ esse videntur. Primum, quum hæc corpora aratro apta, dura, & compacta sana degant, nec facile morbis implicentur, & non nisi magnis, & gravibus a causis perculsa in morbum cadant, sic magnitudine causæ territa imbecilliora redduntur. Secundo, quum in his humores crudi sint, nec tam putres sint humores, & ad putredinem apti, quam sunt corporum delicatiorum, & delicatioribus diætis utentium, non facile ferunt pharmaciam: Immo in censu corporum sanorum fere habentur, etiam quum ægra sunt, unde eorum morbi longi sunt, & ante corpora imbecilliora morbo prædita, aut sanitati restituta sunt, aut morbi vi perculsa & abrepta, quam duriorum corporum morbus ad incrementum processerit. Sic quum Medici in vilibus istis mancipiis audacius vacuationes instituant ac periclitentur; non mirum si valde perturbant. Nam & sana corpora, & crudissimis humoribus scatentia medicamentis agitata exsolvuntur. Tertia ratio. In corporibus densis, obstructis, magnis & densis visceribus præditis, ob compactionem non facilis est, & excitus cursus, ac impetus, inclinatioque spirituum, quæ sursum ac deorsum ferri debent ad corporis illustrationem, ut mirum non sit, si ejusmodi corpora facile obruuntur, & morbo implicita ignava redduntur. Quæ enim ratio est corporum densorum ab Hippocrate assignata, ea potest esse corporum servilium: fere enim densiora, & compactiora sunt. At Hippocrates lib. de morb. mulierum, docet corpora mulierum densa non abundare lacte, quia a ventre ad mammas lac facile non penetret, quum via sit densa. Item, Hippocrates sect. 7. lib. 6. Epid. notat de quadam constitutione, in qua a sero malo multa mala vagarentur, præsertim anginæ: Mulieres non afficiebantur, sed viri; immo ii peribant: Deinde dum loquitur de liberis virginibus, hæ non graviter laborabant, sed famulæ si quæ corriperentur, interibant. Sic notandum, quod summus vir Hippocrates non modo in conditione corporis, sed in conditione vitæ aliquid ponit admirandum. Plinius cap. 50. lib. 7. & cap. 1. lib. 26. observavit aliquando proceres potius tentari morbis, aliquando servos. Explicationem hujus quæstionis ex sequentibus erues. Multas alias rationes in eam rem confingere, comminisci, & architectari possemus. Sed hæc abunde erunt.

Unum annotare optimum, & utilissimum fuerit, quoniam hic plerosque falli comperimus. Plerique queruntur de dolore pectoris unaque ventriculi, & sese animam ducere non posse dicunt. Statim Medicorum quorumdam vulgarium opinione ad phlebotomiam concurritur. At nil, aut parum proficit. Declarat rerum exitus. Etenim si vel cholera morbus succedat, vel alvi fluor, vel medicamento laxante alvus sollicitetur, manifesta est dolorum istorum levatio. Sic cacochymia, obstructio hypochondriorum dolores facit, qui maxime apparent, & proferuntur in pectore ob consensum diaphragmatis, & quia in thorace communis est membrana, & lateribus, & diaphragmati parte convexa. Sic in iis qui melancholia flatuosa tenentur, circum mammas, & sternon, & latera dolores surgunt; an propterea venam secabis? Non; præsertim ad evacuandum; sed si velis, & urget dolor, ad aperiundum, & libertatem obstructionis, potest parva sanguinis detractione occurri. Sic initio paroxysmorum, & in specie incubi, & contumaci obstructione viscerum, excitantur

Fernel. cap. 11. lib. 5. & Aetius de dolore lateris ex cruditate.

II

tantur

tantur dolores in thoracicis partibus, & frustra secaretur vena. Sic in talibus tentandam prius purgationem existimo, non phlebotomiam, contra opinionem vulgi. In doloribus excitandis maxime valet illud quod dicitur, totum corpus conspirare, ac confluere; ut sæpe dolor alia in parte excitetur, quam ubi causa primaria sit.

2. Aphor.

In doloribus colicis, iisque biliosis lactis usum valde contulisse vidimus, ut in genero Beasaldæ. Et tametsi Hippocrates interdicat lactis usu, dum eunt dejectiones biliosæ: tamen nisi insignis sit febris quæ corrumpat lac, ab eo abstinendum non videtur. Si in ventrem clysmate injicitur, & nulla inde insequitur noxa, cur non in ventriculum injici poterit, in quo quum diu non cunctetur, corruptionem non acquiret?

Lac in colico dolore, atq; bilioso bonum.

Terminthi, idest, pustulæ nigræ ex assato sanguine, quæque in tibiis maxime apparent, cuidam apparuerunt in febre continua apud Hippocratem. Et innocuæ fuerunt. Medicis ignaris hoc terrori esse potuerit. Sed divino quodam modo originem hujus rei explicavit, ait enim, ὑπόσπληνος ἦν, sublienosus erat, ac si lienem hujus mali auctorem statuat. Si tales pustulæ apparuissent vi febris aut malignitate humoris, malum id quidem foret: sed talis eruptio peculiarem diathesin partis alicujus sequitur. Sic splenicos in febribus nigrum mejere videmus, & tamen nihil sinistri denuntiatur.

Sect. 2. lib. 2. Epid. Terminthorum origo qua.

Damisellæ de Vieil moulin nigræ pustulæ efflorescunt aliquando in toto corpore, & nil inde incommodi sequitur, ferventiore est jecore. Tunc primum cœpit ista eruptio, quum annos undeviginti nata decussa ab equo, humique velut semimortua prostrata, & attonita sanguinem ore rejectavit. Credibile internam fuisse sugillationem, & ecchymosin, cujus adhuc est soboles ista efflorescentia pustularum, & ecthymaton. Idem plane contingit Damisellæ de Goupigny, cui tibia læsa fuit. Has pustulas Hippocrates sectio. 3. lib. 2. Epid. vocat τρηχίσματα κεγχρώδεα τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις ἴκελα ἀναδήγμασιν. Asperitates milio similes, & haud dissimiles morsibus pulicum. Si talia in febre continua efflorescerent, an de maligno verendum esset? Nequaquam. Hoc enim est veluti ex numero τῶν συγγεγονότων.

In febribus laboriosis, & jactatione plenis, præsertim, dum iis mulieres conflictantur mensium eruptionem vidimus; & tunc valde anxii sunt Medici, an ratione tam sævæ febris secanda sit vena; & an tuto secari possit; quoniam ex ista mensium eruptione non tam promtum sequitur remedium, ac ex ipsa evacuatione sanguinis per phlebotomiam. Observamus enim quotidie parum adjumenti afferri mulieribus febricitantibus insigniter. Contra si demitur sanguis e brachio, manifestus apparet profectus. Quod autem erumpant menses in ista symptomaton in febribus agitatione, Hippocrates docuit in Coacis. Horrores, labores, dolores capitis, & colli molestiæ, menses proritant, ut Domini Guerardi uxori evenit. Anteverterunt menses. Hippocrates 7. Epidem. notat de Cleomenis uxore pleuritica. Quarto die copiosi menses fluxerunt, dolor lateris, sputa, omnia denique cessaverunt. Vide quanti facienda est ea eruptio.

In Coacis.

Dominæ ab Insula Nutrici putabatur esse abscessus sub lingua, nomine batrachium. Non erat tamen humor, qui abscessum & tumorem committebat, adeo induruerat, ut lapidesceret. Ac in pelvim injectus in ægræ faciem resiliit.

Lib. 2. Epid. sect. 3.

Sectio. 3. lib. 2. Epid. lib. de superfetatione, & Epid. 2. Epid.

Idem Hippocrates observavit, ne hoc insolens esse videatur.

Hippocrates passim narrat, quibusdam mulieribus nonnulla accidere, dum utero concipiunt, alia adesse antequam conciperent; postquam conceperunt, abesse. Atque inter ceteras, narrat cuidam quum prægnans fieret exanthemata solita esse erumpere, quæ postea evanescerent. Atque nostra memoria vidimus uxorem Domini Amorrhæi, quæ conceptus certissimum hoc habet argumentum, quod in tibiis varices intumeant, & dolores arthriticis non absimiles patiatur.

σκελοτύρβη Paralyseos species novus morbus non est. Gal. in libro definitio. medic. Epist. 14. lib. 2. Epist. Lib. 2. Prorrhet. in quem Gal. non est commentatus. 12.

In Divi Victoris cœnobio Monachus est annos 35. natus qui decumbit ob resolutionem artuum inferiorum, crurum, & tibiarum. Cetera sanus est, alacer, & expeditus, functiones omnes probe exercet. Nil est venereum. Medici nil umquam tale accidisse credebant. At nos legimus morbum istum ante Cæsaris Germanici expeditionem contigisse ex usu corrupti frumenti, & rerum vitiatarum, ut Strabo scripsit, & a dissolvendis genuum, & crurum compagibus nomen meruit σκελοτύρβη. Est autem species παραλύσεως, qua qui correpti sunt, recto calle progredi nequeunt; sed modo a dextris in sinistrum vacillant, in progrediendoque crus attollere ipsi coguntur. Langius acutissimus scriptor hujus mali originem repetit ex spinalis medullæ vitio, ob destillationem, quemadmodum ex ipso Hippocrate sumit, ut mejendi, & egerendi actio aliqua ex parte lædatur. Hoc notatum volui, quoniam plerique sunt, qui ut speciosam aliquam suæ ignorantiæ excusationem, & velum prætexant, & obtendant, morbos sæpe grassari insolentes, & antiquis minime cognitos palam profitentur.

Laudabilis sæpe sanguis detrahitur iis quibus viscera sunt putrefacta, & cur?

Scitu valde dignum est, qui fiat ut multis quibus putrefacta pæne viscera reperta sunt, laudabilis sanguis detractus fuerit, item & viris, & mulieribus multis ὑποχλώροις, pallidis, ac fere virentibus, quum alioqui judicasses sanguinem non absimilem colori (quum quale alimentum, idest, succus in venis, talis color efflorescat) tamen florentissimus sanguis detractus fuerit, non serosus nimium, non subviridis, aut virore pallidus. Quare, si tale alimentum, idest, succus in venis consistens, qualis est color, sanguis iste omni culpa vacat? Tribus rationibus id fieri putamus. Prima est, quod hepar bene ac probe suum facit officium, quoad fieri potest, & sæpe in habitu corporis, & in capillaribus venis per facultatis assimilatricis vitium, & peculiare vitium in cute, quod a diathesi interna contractum magna ex parte est, non ob vitium ullum in massa sanguinis, sed in parenchymate alicujus partis, alimentum ultimum corrumpatur. Sic tametsi laudabilis suppeditetur succus ab hepate, & vasis majoribus, tamen vitium in habitu accersit. Et sic cutis defœdatur. Ut multos videmus scabie infectos, aut simili vitio, quibus certo affirmamus nos impurum sectione venæ sanguinem detracturos, & tamen in ista defœdatione cutis illibatus, & incorruptus sanguis est, & opinionem, spemque fallit eventus. Nos Elephanticis sæpe laudabilem sanguinem detraximus. Quamquam fieri potest, ut specie laudabilis sanguis appareat, quum intestinum aliquod vitium in eo delitescat, quod quidem in habitu corporis, & præsertim in partibus delicatioribus, ut in facie, quum ultimo elaboratur, & in rorem convertitur, tum demum sese profert ac exhibet. Præterea si quis splenicus est, aut empyicus manente in venis sanguine puro, non desinit esse pallidus, emaciatus, subviridis, aut ni-

gri-

gricans, quia non in massa sanguinis vitium, & labis causa est, sed in alia parte. Unde spiritus inficiuntur, non sanguis ipse (quod pertinet ad manifestum vitium) & ob spirituum infectionem, aut aliam atque aliam affectionem, ita quoque talis aut talis in corpore color apparet. Declarant ii, qui animo deficiunt, aut facile expallescunt, aut erubescunt. Magna enim vis est spirituum. Et quod dicimus in viridibus, & pallidis, squallentibusque corporibus laudabilem detrahi sanguinem, illud debet intelligi κατά τι, secundum aliquid, non absolute. Nam empyicis si cephalica aperiatur, aut basilica, sæpe floridus & ἀνθηρὸς sanguis fluit, si mediana autem secatur, quia de parte, in qua vitium latet, quod compatiens corpori soli defœdationem aliquam affert, sanguis demitur, putris & illaudabilis est. Lienoso si sinistri brachii vena feriatur cephalica aut mediana, vitio carebit sanguis, sin basilica ejusdem brachii, quia a parte affecta fluit, rapiturque sanguis, inquinatus erit. Si eidem feriatur dextrum brachium, nulla vitii nota sanguini inerit. Si parotidas patienti, aut caput laboranti demseris sanguinem, is vitium contraxerit, si ex basilica, immunis erit a culpa.

Quoties nos docuit experientia, multis mulieribus, dum animi etiam gratia, mense Majo sex septemque sanguinis vasa detrahuntur, ea putri sanguine referta esse: si autem e naribus fluat, aut ab utero, vitio cariturus est? In hoc vis naturæ pellentis elucet. Vidimus enim sæpe impuris corporibus & languentibus, quum corruptæ majori ex parte sanguinis massæ maxima forent undique argumenta, fluxisse sanguinem laudabilem, quod fatiscerent, ac vacillarent vires, quibus paullo post resurgentibus, detractio impuri sanguinis facta fuit. Sic fieri potest, ut in decoloribus, pallentibus & defœdatis, quum in imo corpore impuritas sanguinis multa restagnet, ac reses maneat, affluat patente vena laudabilis sanguis, impurus autem non expellitur, quia vires non constant. Certum autem est in impuritate sanguinis, & viscerum robur virium, & nervorum non posse stare. Ne mirum itaque sit, si impuritatem natura infirma non expellat. Præterea in multis expallescentibus sæpe sanguis crudus est, & pituitosus, & infra coctionem positus: mutatio autem sanguinis pituitosi est, ut ab uno puncto ad aliud moveatur per coctionem, ex pituitescente, & quasi albescente sanguine fit floridiusculus, ait Galenus; contra quum jam rubet, & mutatio contingit, ad nigredinem tendit. Et sic in aliis. Itaque mirum ne sit, si in iis qui quadam specie hyposarcidii laborant, dum aperitur vena, floridulus & rubens visitur.

13.

Præcipua vero causa hujus rei, quam quærimus hoc loco, cur in cachecticis, & ὑποχλώροις, & cacochymis pertusa vena sanguinem inculpatum eructat, ea esse statuenda, est, quod color non efflorescit talis aut talis (ut quidam male credunt) pro ratione, & natura humorum in venis contentorum, & qui suo complexu quatuor humores comprehendunt. Tametsi enim τὰ συγγεγονότα κατ' ἐξοχὴν, in illis dicantur esse, quum bilis, quæ in sua vesicula est, aut alibi, pituita, quæ circum ventriculum succus fæculentus, in liene, aut alicubi latet, dicuntur humores quatuor excrementitios statuere, qui τὰ συγγεγονότα dicuntur κατά τι. Et quum moderati sunt humores, tum qui in venis sunt, & vere faciunt plethoram ad vasa, & ad vires quum exu-

berant, tum qui extra vasa sunt, & cacochymiam facere, constituereque dicuntur, quum naturæ gremio non continentur, tum viriditas, & nitor apparet in toto corpore; immo sæpe, quod de Alexandro dixerunt Historici,

14. fragrantissimus odor e corpore exhalat. Quum contra utrique vitium contraxere, decutitur, ac deperit flos, & nitor faciei totiusque corporis. Et licet massa sanguinis aliquando laudabilis sit, defœdatio cutis contingit ob diffusionem quamdam ichoris manantis a colluvie humorum: qui ichor, dum spiritus illustres inficit, pallorem quoque inducit. Et in recursu sanguinis, & spiritus ad interiora, videmus decolorationem, aut plumbiformem faciem contingere: Et quibus internum aliquod vitium est, in iis decoloratio est aliqua: Et tamen in vasis sanguis non peccat. Quia revera si omnino, & plane sanguinis massa talis esset in substantia, & colore, qualis habitus apparet, vix, ac ne vix subsisteret animans. Unde illa extenuata mulier, cui in vasis sanguis pici similis esset, ideo non proficiebat, quia sanguis erat μελαγχολικώτερος. Præterea hoc addam: Tametsi sæpe, ut ante dictum est, specie ipsa,

15. & obtutu apparet in superficie floridulus sanguis, non propterea tamen idem de reliquis, qui subsunt humoribus, judicium esto. Non desinit enim esse aut biliosior, aut serosior, aut nigrior. Unde in melancholicis jubebat Galenus, spectandam esse sanguinis colorationem, ut mittendi sanguinis consilium capiatur. Quum est niger, idest, vitium quoddam totius corporis sequitur, audacius mittatur, quum floridus, idest, tametsi fundum, & ipsius sanguinis fæx, quæ subest toti massæ, ut depressa suo pondere, a natura desciverit: tamen quia in superficie flos quidam, & rubor sanguinis apparet, hoc indicium est, Socratem, aut Calliam particularem tantum habere melancholicam affectionem, ut forte in parte, in qua malum sedet, sanguis vitio non careat: sed non idem est de toto corpore. Itaque quum etiamnum apparente superficie sanguinis florida, aut manifestum, aut occultum est in reliqua massæ sanguinis parte vitium, non mirum si cutis per diffusionem illius partis vitiosæ inficiatur. Erat enim in suo vase ruber sanguis, sed quum egressus est, & in morem roris effunditur, ut tertio fiat alimentum, tum partes vere sentiunt, qualis natura erat sanguis ille. Nam omnes partes, pro sua quæque ratione & natura, nutriuntur, aliæ biliosiore sanguine, aliæ pituitosiore, &c. Quid si sanguinis massa sit biliosior, aut μελαγχολικωτέρη. In tertia

16. assimilatione, & ultima elaboratione qualitas ipsius sanguinis tum demum apparet: maxime vero si habitus corporis, & tertia regio a natura aliena fuerit, quum ante docuerimus aliquando vitium esse in habitu corporis, cujus fere nullum est in partibus internis seminarium. Sic decipi non oportet, ista coloris, & ruboris in sanguine apparentia, & prætextu.

Sectione 4. lib. 2. Epid.

Sed duo valde notanda sunt hoc loco ex Hippocrate, prius est quum ait in Epidemiis, diligentia adhibenda est, ut excandescentia inducatur coloris re- « parandi gratia; Græce, καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα, καὶ ἐγχυμώσιος, idest, « ut color restituatur: & sanguis suffundatur, idest, quidam sunt plumbei, « defœdati, pallidi, pituitosi; in quibus velut restagnat in venis sanguis, qui quia non excitatur, nec effluit vi e venis, & suffunditur in superficiem per quamdam ἐπίλαμψιν, decoloratio, & ἄχροια manet; si autem ira inducitur,

citur, aut aliquid simile, quod spiritus, & sanguinem ignavos exsuscitet, attenuet, & suffundat, tum demum coloratio corporis apparet. Hoc autem fit per quamdam ἐγχύμωσιν. Quæ vox notanda est. Aliud enim est ἐγκεχυμωμένον, & ἐκκεχομωμένον. ἐκχύμωσις enim egressum e propriis conceptaculis significat, ut fit in sugillationibus, & contusionibus, ἐγχύμωσις non istam egressionem significat, sed diffusionem humorum significat. Ut quum in ictero suffunditur bilis, ἐγχύμωσις est: hoc autem loco Hippocrates dum corpori nitorem conciliare vult, nomen ἐγχύμωσις usurpat, non pro bilis, aut alius humoris diffusione contra naturam, sed pro naturali caloris, spirituum, & sanguinis perfusione, quæ primum corpori nitorem restituit. Ut quum a somnio desurgimus, eoque longiore usi sumus, decolores, pallidique, & velut decocti apparemus, quum vero aut corpus movimus, excussimus, & exercuimus, tum veluti abacta caligine, & corporis nube primo nitori, & viriditati restituimur. Et in hoc vis τῆς ἐγχυμώσεως elucescit, & enitet. Sic si diffusio fit illustris spiritus, sanguinis, & caloris affluentis temperati, halituosi, & ἀτμώδεως tum nitet facies: sin calor diffundatur acer, mordax, siccus, squalidus, nebulosus, ac caliginosus spiritus, & sanguis, deperit flosculus, & nitor vultus, totiusque corporis decutitur viriditas. Et tunc non oportet tantum intelligere de humorum in vasis contentorum dispersione, sed de calore contento in corde, & spiritibus qui ab infinitis humoribus excrementitiis, qui in corpore continentur, inficiuntur. Nam quis dubitat, quin si in mesenterio, in simis, & gibbis hepatis, in lienis penu colluvies scatet pravorum humorum, & jam a natura egressorum, a spiritu, & vapore illinc elato, non afficiatur massa sanguinis, deinde coloris corporis amissio fiat, ut pote habitu ipsius fœditatem istius vaporis persentiscente? Sin moderati sint humores excrementitii, aut qui extra vasa in usum naturæ asservantur, ut τὸ φλέγμα, quis dubitat, quin benignitas illius vaporis, juncta benignitati vaporum ejus succi, qui in venis est, & qui proxime alit, corpori nitorem sit conciliatura? Videmus mulieres ῥῷ laborantes, dum fluor perseverat, etiam boni coloris esse: si supprimitur, faciei splendor obscuratur. Quamquam reperio duplicem εὔχροιαν, (coloris suavitatem verto ex Cicerone) unam naturalem, de qua dictum est; alteram contra naturam, & ea aut est præsentis morbi signum, aut futuri præsagitio. Præsentis, ut ἔμπυοι rubentes, & floridulas habent genas, qui color vulgo placet, Medicis ingratus est. Futuri autem, ut quum quis multis humoribus abundant, qui tamen adhuc retinentur a natura, & aliqua ex parte reguntur, ut ἐν τῇ ἕξει ἀθλητικῇ, ob habitus bonitatem summam, & plethoram maximam facilis in morbum est casus. Unde Hippocrates (quod est maxime notandum, & valde huc pertinet) scribit, circa faciem εὔχροια, & sudores sine febre, stercora vetusta, aut subesse significat, aut inordinatam vitæ rationem. Et hoc futuri morbi præsagium est: Ista enim bona sunt suspecta, ut sic loquar. Et ita affectos intra paucos dies derepente videmus interire. Sangermani historia hujus rei fidem facit. Et tametsi εὔχροια illa mala sit, quia tamen de natura sanguinis retinet, non tam mala est, ac si aut plumbea, aut viridis cum pallore esset facies; & si solveris habitum corporis, facile est a periculo corpus vindicare. Facit enim suppressio humorum (quorum nimietas nocet) ad

17.

In 3. oratorio

18.

In coacis

19.

ad nonnullam coloris suavitatem, sed suspectam, si ad summum res devenerit, ut alvi fluor, & lubricitas ad pallorem, & deformitatem facit. An vero ichor, & fœtens colluvies ad bonitatem coloris faciebat? Ita sane ex eventu. Et hoc exemplo scies, quomodo non a solis in vasis contentis humoribus manat nitentis faciei occasio. Accedit quod cavendum est, ne hic decipiamur. Nam sunt plerique, quibus os ventriculi delicatius est, aut pars aliqua perenniter laborat, qui decolores apparent, quum tamen bonitatis in humoribus, & τῆς ἐντελεχείας summa sint omnia.

Lib. de ossium natura. 20.

Posterius illud quod Hippocratis esse dixeramus, est, Colorum mutationes corde adstringente venas, & laxante fiunt. Laxante quidem rubicundi colores fiunt, & bene colorati: constringente vero virides cum pallore, & lividi. Quæ omnia ob recursum sanguinis, caloris, & spiritus fiunt, ut in animi pathematis. Et hoc loco non repetit suavitatem coloris, aut ejusdem depravationem ex succis, alendo corpori idoneis, qui sunt tantum ut materia, sed a calore, qui tamquam est causa efficiens, cui proxime adhæret spiritus. Magna enim vis est rerum affluentium, ad colorum mutationem. Unde Hippocr. in judicio de coloribus, & humorum dominatu faciundo, celebrat suam ἄμπωτιν, quoniam difficile est judicare de iis, nisi omnia sint sedata, & tranquilla, & nisi diligenter animi aciem intenderis.

Miror, cur in herpetibus, inflammationibus, in quibus humectandi, & refrigerandi consilium est, non potius ad aquam solam recurrimus, quam ad aquam & succum plantaginis, & similia.

Ut oratio mentis est character, ita vultus animi index. 21.

Galenus, ni fallor, in 2. de temperamentis judicandis, illam de moribus insitis, reconditiorique natura, quæ fere soli Deo, & naturæ patet, temeritatem quæ a physiognomis petitur, videtur convellisse. Frons multis simulationum involucris obtegitur, ut sæpe mentiatur, callidissimosque decipiat. Tamen quidam Græce, Latineque doctus, ita de isto judicio sentit ad Physiognomiæ commendationem. Quemadmodum oratio mentis est character, ita & vultus animi certus, & constans index exsistit. Cælo enim ipsius capitis proximus animus, sensuum aciem, mentis rectionem, & altissimum culmen attingit: ex quo tamquam ex alta specula recondita animi sensa comprehendimus. Sic in vultu divinus ille, & augustus Architectus naturæ cujusque inflexiones, motus, inclinationes ac proclivitates, ad certa morum, actionum, studiorum, & affectuum genera appendisse videtur, & appressisse, ut recessus animorum, & latebræ in conspectu obtutuque forent. Quo proxime ad deorum numen, vim ac potestatem accederemus, ut qui ex manifestis lineolis, & monticulis internas rerum variarum intelligentias, & imagines profundiore conscientia pressas, arctas ac constrictas eliceremus ac erueremus. At quoniam in his labi, & decipi facile est, & quod sacra pagina vetuit, si quis ita faxit, dum intestina hominum sensa scrutatur, & inquirit, pravo de aliquo opinionis errore seducitur, ac fluctuat; satius multo est nosse seipsum (quod ipsum difficilius de aliis scire) quam in mores aliorum ita levibus ex argumentis, & instrumentis inquirere, & potius ex affectis manifestisque indiciis suspensum tuum judicium, ac opinionem valde ancipitem, nutantemque sublevare ac roborare. Alioqui, dum te languida, supina, & erronea opinio, ac de cujusdam mori-

Physiognomia fallax.

moribus haud dubie occultis, & non nisi magno rerum usu evolvendis, inquisitio transversum agit: forte enim malæ indolis esse putas, qui egregie ad virtutem natus sit, contra tuæ istæ egregiæ lineolæ opinionem tibi faciunt de cujuspiam probitate, aut felici ingenio, qui quum in summa rerum ignoratione versetur, sit tamquam quiddam cassum, & inani vocis sono decoratum, aut in quo omnium vitiorum ac scelerum sit cumulata complexio.

Hysteri-cis con-vulsiones familia-res.

Com. in particul. 27. sect. 3. lib. 1. prorrhet.

Hystericas mulieres videmus aliquando quibusdam contractiunculis capi, quæ non sunt malæ, & de genere verarum convulsionum, affecto nervorum principio. Ideo Hippocrates in Coacis ait σπασμὸς, in hystericis, si sine febre sint, esse εὐχερεῖς, idest, faciles, non periculosos, Quamquam Galenus in comm. de voce εὐχερὸς dubitat valde: Sed, quod valde notandum est, in commento Galenus non usurpat eam vocem, σπασμὸς, qua in contextu Hippocrates usus est: sed ait in hystericis fieri contractiones convulsivas continuas, quæ ceteris convulsionibus simile periculum non habent. Sua lingua vocat συνολκὰς σπασμώδεις ἢ συνεχεῖς. Quod abs re dictum non est. Nam si esset vere σπασμὸς & συνεχὴς, quis dubitat, quin adesset præsens periculum? Ergo συνολκὴ est tantum σπασμώδης, contractio quædam instar convulsionis a flatu, videlicet sparso: qui si veram convulsionem faceret, non abesset periculum. Et non tam principium nervorum pungitur ac feritur, quam per quasdam inanitates vapor fertur. De talibus forte συνολκαῖς audiendus est locus Hippocr. sectio. 5. lib. 2. Epid. Si puerperæ convulsio accidat, febrem excitato. Et lib. 5. Epid. „ in Cholera morbo oborti sunt σπασμοὶ ab alvo & intestino, sed erant potius συνολκαί.

Utero affecto sinciput dolet.

Com. in part. 1. sectio. 1. lib. 6. Epid.

Lib. 1. de morb. mul.

Epistola 49. lib. 1. Epist.

Sincipitis dolores adsunt, potiusque in sincipite ipso symptomata elucent, siqua ex affecto utero manent, quam in occipite. Galenus in hoc valde laborat; tandem probabilem valde rei hujus rationem affert in Epid. Ac hoc quod verum sit, Hippocrates in libro 6. Epid. insinuat, sed multo apertius in libris de Morbis mulierum docet. Ita scribit: Partes sunt multæ, quum quibus uterus societatem habet, sinciput, & stomachus mens quoque percellitur, improbaque fit. Langius vero, si ei fides abroganda non est, fatetur sæpius observasse se in hystericis, & quavis uteri affectione, verticem capitis prope suturam coronalem, qua glaciei pondus mulieres se sentire fatentur, utero affecto lege consortii condolere. Quod valet ut intelligas, an caput per uteri consensum laboret. Sed demonstratio hujus rei, nimirum cur facilius omnino laboret cerebri pars anterior, est ex Hippocrate, lib. de vulner. cap. quum docet, in sincipite plus inesse substantiæ cerebri, & mollius est ea parte.

cap. 51. lib. 7.

Admirabilis est motus humorum febres committentium, cum diathesi ἀῤῥήτῳ. D. De Masseparrault libellorum supplicum Magister affirmavit, se semel annis singulis febricitare: cui objeci illud Plinianum, toties celebratum de Cajo Mæcenate, qui tota sua vita febricitavit. Et de Antipatro Sidonio, qui singulis, & omnibus annis semel die natali febre corripiebatur.

ANNOTATIONES

1. *Morbus illius mulieris erat finitimus Siriasi puerorum, de qua Aetius. Verum inter cetera signa cerebri, phlogosin patientis, & velut exhausti, est unum, quod nimirum oculos habent αὐχμοὺς, idest, pulverulentos, part. 17. sectio. 1. prorrh.*

2. *Galenus in diuturno lateris dolore, dum secuit arterias in manu, id tamquam miraculum memorat. At Hippocrates (quod mirum est) lib. 1. de morbis in pleuritide sine sputo, a calore, aut siccitate secat in manibus venas. Credo illum dolorem lateris, cujus sedandi ergo Galenus arteriam secuit, a vapore fuisse, & obstructione melancholica, cui certe prodest sectio in manibus.*

3. *Quid si testes in tussientibus non tument ob humorem translatum, sed ob tussiendi conatum?*

4. *Initio lib. 2. Epidemior. hanc communitatem pulmonum cum testibus explicat Hippocr. Et com. in ultimam part. de Pythione lib. 3. Epid. docet operis societate communionem esse inter thoracem, & testes. Et quod valde notandum, vocis gracilitatem omnino solvit obortus varix ad dextrum aut sinistrum testem, ob magnam communitatem inter partes thoracicas, voci, & respirationi servientes, & testes ipsos. Vide initium sect. 5. lib. 2. Epid. Et sect. 5. lib. 2. Epid. ait: Quibus tussis sicca, iis non solvitur, nisi ad testes, aut crura irrumpat. Et inter ceteros locos valde notandus lib. 4. Epid. sub finem. Sed nullo loco plenius meminit istius consensus thoracis, & partium vocalium cum testibus, quam quum ad Aphor. 41. sect. 3. lib. 6. Epid. ubi & vocem, & genituram declarare ait istum consensum partium superiorum cum inferioribus.*

5. *Quum quis malo inaudito tenetur, & dolor aliquis mox hanc partem, ut crus; modo illam occupat, omnes fere recurrunt ad corpus internum, & ad viscera. Contra sæpe malum est cutaceum, aut potius superficiarium ut non tam sit consulendum corpori interno, quam externo. Id declarat aura a pollice, & pede Epilepsiam inducens. Et tunc malum in habitu corporis est. Habitudo corporis autem est in iis partibus, quæ prima oculis subjiciuntur.*

6. *Exemplum absolutæ communitatis est dolor punctorius: nam in una tantum parte sensus punctus est, sed expanditur dolor sine materia longius. Galen. lib. de sanguinis missione.*

7. *Tametsi qui sæpe caput dolent, & hemicrania sunt implicati juventur, alvo soluta, aut vomitione: non est tamen quod inferas per consensum a partibus imis esse morbum; non desinit enim esse per protopathiam cerebri.*

8. *Hippocrates de pleuritide sicca sine sputo mentionem fecit lib. 3. de morbis. Item particul. 21. lib. 4. acuto. meminit orthopnϾ siccæ, quæ non est a suppurato, sed a spirituum interceptione. Hippocr. lib. 1. Epid. sect. 1. par. 28. loquitur de ferma destillatione a qua pharynx vitiatur, & brevi extabescit. Quod ad hunc locum pertinet.*

9. *Si enim ratione particularis inflammationis, etiam audacter & commode detrahatur pueris sanguis, cur ratione febris continuæ, quæ inflammatio*

tio est universalis, vena non aperietur? Fortassis enim solis chalasticis inflammatio particularis sedabitur.

10. *In precedentibus docuimus, non nisi magna cum religione agitandos esse agros circa dies criticos: nam hinc hypercatharseis consequuntur. Sape enim emovemus materiam residem, & qua non furit. Et si eam agitamus, & tunc forte tum irritatione materiei, tum medicamento natura ad crisin incitetur, eveniet mors, aut grave aliquid. Sed dices, eo levius habebit natura, immo gravius. Nam sape in crisi natura contenta est quodam sudore. Et tametsi omnino non cesset morbus, pote ejus causa omnino non sublata, saltem diminuta est causa, & morbus. Et satius est naturam crisin aliquam non omnino perfectam, cum relapsus aliqua opinione, moliri, quam conando cum natura coeffundere, ejus institutum impedire, & mortem intentare.*

11. *Quid? dum in venis coctio facta est, & nondum excretio, urinis apparentibus satis laudabilibus, sanguis impurus detrahetur. An id faciendum?*

12. *Locus de his praclarus est com. in part. 115. lib. 4. Acutorum, qui diligenter legendus est, & ad hunc locum maxime pertinebit. Numquid primo prognost. dum vultum istum terrificum describit, causarum externarum maxime rationem habet?*

13. *Galenus cap. 9. lib. 3. de crisibus, docet multis de causis contingere ut in principiis accessionum suffocentur agri, strangulentur, agre spirent, immo & moriantur aliquando. Hujus rei ratio est, quia hepar* ἀναπτύσεται, *& ideo mala symptomata surgunt. Vide Histor. 1. lib. 2. consil. meorum, circa principium.*

14. *Mirum esse potest, & quastione dignum; quomodo mulieres decolores (quibus etiam bonus sanguis trahitur e vena) & cacochyma tam male habeant a detractione sanguinis. Ut Damisella Du bez. Ratio est, quia capillares vena sunt plena virulento, & seroso sanguine. Et est morbus in habitu corporis, eo modo, quo in Elephanticis. Et incumbendum videtur in habitum ipsum. Nam quum pestifera morbi vis in habitum ipsum sit rejecta, toties demere sanguinem e majoribus vasis, calorem ipsum nativum est imminuere. Quod diligenter observandum, ne graviter peccetur.*

15. *Galenus ad particul. 10. lib. 2. de diat. acutorum. Docet pituitosum, & crudum sanguinem, si ex loco inflammato fluit, florentem apparere; an propterea putandum est e loco affecto non fluere, quia est floridus? an aut timidiores, aut audaciores in secanda vena esse oportet?*

16. *Numquid in mulieribus concepto semine statim decoloratio contingit?*

17. *Horum omnium demonstratio manifesta, & ampla peti potest ex hoc loco, ubi ait Hippocr. Qui ventre calido sunt, &c. part. 25. sectio. 4. lib. 6. Epid. ubi in comm. Gal. docet a calore acri coctionem corrumpi, & vix esse possibile, ut laudabilis sanguis in jecore generetur: Tamen potest esse floridus color, & in se esse acrior & biliosior. Unde quadam mulier* ὑπόχλωρος, *& ejusmodi pradita temperamento mihi affirmavit, si quando vel ex dentibus sanguis effluit, vel e capite, eum sibi gustu sentiri salsum, & molestum. Ut mirum non sit, si id alimentum salsum partes respuunt, & malus color apparet.*

An non revera male consulunt agris Medici, qui inspectis quibusdam rebus,

bus, & affectionibus contra naturam in habitu corporis, ad internorum curam se convertunt? Sunt enim vitia propria partium internarum, sunt & ipsius habitus corporis. Et male ex affectione corporis externi de corpore interno judicas. Quamquam color effloreſcit similis alimento. Sed illud alimentum tam de proximo, quam de remoto intelligi debet.

Unde obſervatum de quibuſdam, quibus facies primum nitorem exuerat; immo aut virore, aut flavitie, aut pallore erat deturpata: in quorum prima regione viridantium, omniſque generis humorum erat cumulus, ac copioſa ſurſum deorſumque facta excretione, primo nitori ſplendorique faciei ſunt reſtituti.

18. *Hippocrates libro de alimento ait, Habitus athleticus non eſt a natura, habitus ſanus melior in omnibus.*

19. *Hippocr. lib. 1. de morbis, requirit ad generationem phrenitidis bilis motionem, & ut ſanguinem ſubeat. Nam quum ſani ſumus, non transſumitur ichor a vaſis in meſenterio contentis; ſed dum ægrotamus, facile ea fit transſumtio, & proinde deturpatio cutis.*

20. *Talia in multis mulieribus, & viris effeminatis viſuntur, qui ſe facile a perturbationibus vinci ſuperarique patiuntur, nec eam conſtantiam ſervant, æquabilitatemque, quæ in homine vere viro cernitur, ut omnium perturbationum radices facile elidat, & inconcuſſus maneat. Qui ita molli, muliebrique ſunt animo, ſtatim pellucent, ac florent, ac minimo moleſtiarum vento facile quatiuntur. Vulgo vocantur* journaliers.

21. *Quod de Phyſiognomicis hic dicitur, idem de aſtrorum vi in animos, & corpora noſtra. Aſtrorum decreta non ſunt prætoria, nec aſtrorum ſignificationes vim afferunt, licet omnino non ſunt otioſæ.*

FINIS.

GU-


GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI.

Ἐπιδήμια		*Morbi populares:*
Ἐφημερίδες		*Diaria.*
Πάρεργα	(idest)	*Appendices.*
Τετηρημένα		*Observata.*
Ἐρωτήματα ἀξιόλογα		*Quæstiones memorabiles.*
Σύμμικτα		*Miscellanea.*

ÆSTIVA CONSTITUTIO

Anni Domini 1575.



DEPREHENDIMUS seri biliosi, efferi si quando alias, magnitudinem, & malignitatem: Atque hujus maxime vis & copia in cerebro apparebat: quod quum plethoricis auctum esset symptomatis, non mirum si ophthalmiarum, præsertim siccarum, parotidon non funestarum, & sine febre, tuberculorum circum maxillas, dentium dolorum, colli, & occipitis dolorum maxima fuerit annona. Atque inter cetera capitis dolores viguere tanti tamque longi, ut Medicorum opera eluderetur. Seri malignitas remediorum vim superabat. Nec non conclusum ibi in capite, & exitum non habens, non poterat non affectionem nutrire. Et quod nobis videbatur, illud serum peculiarem in cerebro generationem habens, & quod indomitos capitis dolores inferebat, diathesim quamdam in cerebrum induxerat, quæ tantæ diuturnitatis causa exsistere potuit. Unde quum sine febre ægri viderentur, tamen erat nescio quæ oris siccitas, oculorum rubedo, pulsus in temporibus manifestus, sensus punctionis & lancinationis.

Morbi ob seri dominatū.

2.

Diathesis in cerebro. Fernel. Cap. 1.

nis. Ac valde notandum, quod Galenus ſcribit, Rubor oculorum quum ſequi poſſit ob ventriculi inflammationem, maxime vero exſiſtit propter diſpoſitionem in cerebro inflammationi ſimilem. Atque tunc dolor eſt quidam perſeverans; & habet aliquid puerorum τὴν σειρίασιν, aut, σιρίασιν referens. Eſt porro quædam inflammatio partium cerebri, & membranarum, adeo ut oculorum, & ſincipitis conſequatur cavitas quædam, quum ſiros ſignificet quamdam foſſam, & cavitatem, in qua ſemina aſſervantur. Et ob iſtam ſimilitudinem ſincipitis cavi cum foſſa illa ſiriaſis appellatur per τὸ ι. Sed Langius σειρίασιν per τὸ, ει, vult ſcribi, ut illa dicatur ἀπὸ τοῦ σειριᾶσθαι, ideſt, inflammari & exſiccari, quod pallor, cavitas, & ariditas corporis conſequatur cum inſomniis & vigilia, & vocatur alio modo febrilis capitis infantium dolor (proprie enim ad pueros refertur, quamquam cur non idem in viris? Ac proprie, πυρετὸς κεφαλικὸς dici poterit. Quod valde notandum eſt. Nam ſi exquiſita eſſet inflammatio, phrenitis foret. Sed varietas humorum, ſiquidem humor eſt quidam pituitoſus cum bilioſo, efficit ut non ſit phrenitis, ſed quippiam analogon, nec magna febris inſequatur. Nam, ut inquit Alexander Aphrodiſienſis, fervor per arterias deſcendens ad ſedem cordis, & ſpiritum vitalem fervefaciens, febrem ſine putredine accendit. Bilis vero ipſa inflammata alvum irritans, facit fluorem alvi. Sed quæſtio præclara. An non in doloribus iſtis capitis cum calore & humore ἑτερογενεῖ junctis, præſertim quum ſerum bilioſum adeſt, conferent embroche ex oxyrohodino & repercutientibus? Si enim minima ſeri per ſudorem excretio capitis dolores acerbiſſimos ſedat, numquid uſu adſtringentium in capite, tamquam carcere, concluditur humor, qui difflari prohibitus, ſeipſo per moram deterior & fit, & exſiſtit?

lib. de morbis. Com. in Aphor. 3. lib. 7. Aphor. Rubor oculorum phologoſeos in cerebro argumentum. 3. Unde dicatur ſiriaſis. Aetius Cap. 13. ſermo 4 Tetrab. 1 σειριᾶσθαι quid. Langius lib. 1. Epiſt. 14. Febris capitalis. Phrenitidis & ſiriaſeos differentia. L. 1. prob. 96. problemate. Splenes quid ſignificent. Lib. de locis in homine. Splenem florere quid ſit. Autumnus ſplenicorum morborum auctor.

In ea maxime conſtitutione, ſi qua proventus bilioſorum & aduſtorum humorum erat, & autumnale tempus æſtiva iſta intemperies referebat quodammodo ob ſummam temporis inæqualitatem & inconſtantiam, plurimis hypochondrium ſiniſtrum doluit. Ut omnino admirer eximium illum Hippocr. qui autumno lienes vigere ait. Nomine τοῦ σπληνὸς intelligens duo, & tumorem efflorеſcentiamque ejus: ſic enim Hippocr. vocat σπλῆνα θάλλειν, ideſt, efflorеſcere, increſcere, extuberare. Qui modus loquendi eſt politicus, vel dolorem, vel, ut melius dicam, morbos ſplenicos, per ſynecdochen, aut metonymiam nomine partis indicante affectiones ei proprias. Galenus in comm. non ſimpliciter dixit ſplenes, ſed magnos lienes, ob ubertatem atræ bilis. Quod verum quidem exſiſtit, quum adeſt autumnus ipſe, per congeſtionem humoris. Sed hoc tempore, non tam eſt congeſtio, quam diſpoſitio quædam ad morbos ſplenicos: ideo ægri ſine manifeſto tumore de hypochondrio ſiniſtro querebantur. Ac præſertim erant ii quos ſplenicos & melancholicos noveramus. Multis ſacri quidam ignes fuerunt, & in faciem herpetes. In tibias, in inguina derepente humores tenues, non tam quantitate, quam qualitate moleſti multis eruperunt. Non erat manifeſtus tumor, & dolori analogus. Sic potius peccabat qualitate humor.

Febres continuæ, præſertim quæ exacerbationes nocturnas habent, aut levem aliquando perfrigerationem, aut rigorem habent, acerbationis præambulonem. Et quum id non ſit periodicum, nec ſequatur motum materiæ a parti-

a partibus internis ad exteriores per ſenſibilia corpora, quemadmodum aut frigus, aut rigor periodicus, non confert in ejuſmodi febribus vomitum ciere. At in periodicis initio paroxyſmorum, præſertim ſi facile vomitu rejici poſſe conjectura aſſequare, utile eſt valde vomitorio excretionem tentare per os. Et ita veterum decreta ſancivere.

De linguis ampla eſt materies, præſertim quod pertinet ad judicium de febribus faciundum. Fere quum lingua alienum quid in ſeſe habet, tum aut febrem ſuſpicamur, aut affectum aliquem partium internarum. Galenus enim ait maxime linguæ, & totius corporis colorem alterari, quum hepar laborat. Sed an neceſſario febrem adeſſe ſignificat, ut aliquid præter naturam in lingua contingat, quaſi vero caloris contra naturam proprium ſit, aut vaporem, aut exhalationem excitare a ſegni latenteque in corpore humore? Numquid eorum qui pomeridiano ſomno indulgent, & os, & lingua aliquid aut inſulſum, aut δυσῶδες habet, quum tamen nulla adſit febris? Numquid & Hippocrates ait, Salſæ guſtatui carnes, ſuperfluæ materiæ ſignum, ideſt, ſi ſalſedinis guſtus ſit in ore, materiei ſuperfluæ & excretionem ſui indicantis eſt argumentum? Non meminit febris. Sic quum humor redundat in corpore, poteſt ſui ſpeciem repræſentare in lingua abſente febre: Et tamen quia talem humoris exceſſum proxime aliquando ſequitur febris, tribuitur alteratio linguæ, non tam humori quam febri, & id quidem male. Sic lingua tingitur, aut quia febris adeſt, aut hujus illiuſve humoris abundantia, ut in hypochondriacis; & nigricat lingua, & aciditatis ſenſus in ore adeſt, aut quia in ventriculo proxime continetur humor. Et Hippocrates ait, Lingua lotium indicat, ideſt, quis humor in corpore redundet. Id quod lotium, ideſt, ſerum cujuſque humoris refert, tamquam facilior paranymphus. Et eo loco varias ſpecies colorum in lingua deſcribit. Sed omnino duo ſumma genera colligemus. Aut lingua affecta eſt per modum vaporis, aut per modum fuliginis & exhalationis. Una ſpecies eſt humoralis, altera non tam eſt materialis quam immaterialis per æſtum tantum, & efferveſcentiam, ita ut vel nulla ſit materia, vel ſi ſit, ea pauca eſt, aut jam exuſta, ut vapor nullus excitetur. Et revera aliud eſt, alterari linguam materialiter per modum vaporis, aliud eſt, immaterialiter per modum fuliginis, & exhalationis. Prius purgationem vacuationemque poſtulat, poſterius omnimodam alterationem. Qui ſecus faxit rebus minime intellectis, in ſumma ignoratione verſabitur. Quæ omnia Hippocrates quodammodo explicavit, ſed obſcure. Dum enim ait, Linguæ virides bilioſæ, materiam ſignificat; quum ait: Aridæ a fuliginoſa exuſtione, poſterius linguarum alteratarum genus graphice deſcribit. Maxime vero materies aliqua in lingua & dentibus apparet, quum a calore extraneo excitatur vapor. Quod & Hippocrates ſcribit, dum ait: Quibus in febribus circa dentes lentores quidam ſunt, iis fortes febres fiunt: Declaratur enim & caloris multitudo, & pituitoſioris humoris copia, a qua craſſus vapor excitatur, qui reſiccatus febrili calore circa dentes τὰ περίγλισχρα facit. Tametſi enim humor in præcordiis redundet, vix magna copia excitatur vapor, qui ἀξιολόγως linguam inficiat, niſi calor contra naturam adſit, qui materiam agitet. Unde pleriſque ſanis mane ſepe a ſomno excitatis, aliquid περίγλισχρον apparet.

Febres continuæ cur rigorem aliquando habent.

Vomitio confert initio paroxyſmorum.

Linguæ obſervatio in febribus.

Cap. 9. lib. 2. de loc. aff.

Lingua vitium hepatis declarat.

Linguæ mutatio materialis, & nõ materialis.

Part. 17. lib. 6. Ep. ſect. 5.

Febrem adeſſe non oportet ut lingua mutetur.

Par. 14. ſect. 5. li. 6. Epid.

Linguæ alteratio quid agẽdum inſinuet.

Lentor circum dentes quid ſignificat.

apparet. Sed id facile aquæ lotione eluitur, quia causa efficiens non manet.

Aphor. 53. lib. 4.

Calor febrilis vapores excitat.

Venarum capitis apertio parum tuta.

Arteriotomia parum tuta.

Cerebrũ non fert phlebotomiam, & cur.

In capitis doloribus (nisi forte periculum grave minentur) nec nimis secure venas frontis aut occipitis aperies, nec audacter arterias temporum reserabis. At, ajunt, multus in capitis venis sæpe sanguis deprehensus est. Credo. In male affectis quum factus est morbus, quem Hippocrates vocat τ̃ ὑ ἐρέμετον τ̃ φλεβῶν τῆς κεφαλῆς. At cerebrum pars est natura frigida, spiritu limpido, & illustri, valdeque elaborato plenum est, cujus facilis est dissipatio: & proinde aut imminutæ memoriæ, aut morborum frigidorum, aut cæcitatis occasio. Præterea, quod dolet caput sæpe, id potius per quamdam effumationem fit, quam sanguinis copiam. At ista effumatio potius postulat revellens remedium, ut purgationem, quam phlebotomiam. Accedit quod cerebrum potius nutritur per modum raptus, quam legitimæ attractionis: glandula enim est, & situm in corpore superum habet. At carnes, quia sunt calidæ humidæ natura, non ex eventu, ut cerebrum, vere ab Hippocrate ἑλκοὶ dicuntur, idest, attrahendi facultate pollent, ideo & facile in iis sanguis congeritur, & attrahitur ad eas: Propterea minus formidare oportet phlebotomiam in morbis carnis.

6. Epid

Febres venosæ.

Fernel. cap 6. li. 2. meth med.

Venæ sectio, quibus febribus conveniat.

Febres aliæ sunt venosæ, aliæ sunt γαςρικαὶ, idest, quædam phlogosin sequuntur potius venosi generis, quam vitium humorum in præcordiis contentorum. Quæ venosi sunt generis, hæ primo quoque tempore per phlebotomiam cessant, quæ alius sunt generis, non facile phlebotomia solvuntur, contra potius cathartico egent. Ut non mirum sit, si quasdam febres, veluti miraculo, tollat phlebotomia, aliæ potius exacerbentur.

Peripneumonia ad lethargum accedens.

5.

Lib. 3. de morbis fere initio.

6.

Domina le Boindre morbo Medicis incognito, sed tandem inter legendum, ab Hippocrate descripto periit: cujus ratio tenenda est ad unguem, quoniam valde Medici decipiuntur. Et Domina Garnier non dissimili morbo consumta fuit. Utraque comatosa, ac veluti lethargica interiit. Affecti valde pulmones erant. An lethargus a pulmone esse potest? Ita sane, eo modo quem Hippocrates descripsit. Ita ait, Morbi lethargi appellati idem status ac peripneumoniæ. Et non omnino remotus ab humida peripneumonia. Tussis & sopor ipsum tenet, quum moriturus est multum & liquidum egerit, &c. Idem repetit lib. 2. de morbis. Ac lethargus proprie affectio est cerebri. Sed hic affectus, qui proprie affectionem pulmonis sequitur, & facile cerebro communicatur, ob pulmonis, & capitis συντιμωθείαν, bifariam aut trifariam, a similitudine quadam λήθαργον, dicitur. Primum, quia hominem λήθαργον, idest, ignavum, & comatosum cum febre reddit: λήθαργος enim impotentem, ignavum, & abjecti animi hominem notat. Tum quia lethargicam dispositionem in cerebro facit, ob crassorum vaporum elevationem a pulmonibus concalefactis excitatorum. Talis enim species peripneumoniæ a pituita putri est, cujus crassior vapor feriens cerebrum, veluti hominem lethargicum facit. Sic enim observavimus ex Galeno, in febribus, & præsertim earum accessionibus sæpe soporosos affectus per sympathiam contingere. Tertio, lethargus dicetur, quoniam quum obstructi sint a pulmonibus, pituita infarctis meandri, & viæ liber aditus, & exitus spiritibus non sit. Et sic ληθαργικὸν quid inducitur, quia soporantur instar eorum qui lethargo tenentur. Hæc notanda sunt,

ne

ne male consulas capiti, quum omnino ad pulmones studium referre oporteat.

Qui fit, ut in febribus continuis perpetua horrescendi quædam sit vicissitudo? An omnino metus suppurati in parte aliqua, quod magna Medicorum pars suspicatur? Nequaquam. Nam quum in febribus putridis, præsertim si cacochymia magna sit, quæ incendium conceperit, dum calor ex intervallis invalescit, & putridis vapor effertur a foco ad partes, reliquas feriens partes, tunc horroris occasio adest. Omnes enim cacochymi, dum vehementer repente incalescunt, horrent, quod in externis videre licet. Nam si quis cacochymus insoletur, paullo post horrescet, & febriet. Numquid quod calor externus facit ad horrorem inducendum, idem & internus facere potest, dum e foco & sede suscitatur, refunditurque in alias partes? Sed hæc in valde cacochymis, & τοῖς ὑποχλώροις.

Horrescendi vicissitudo unde. Horror an semper puris index. Comm. ad Aph. 26. sectio 3. lib. 6. Epid. Cacochymi calefacti horrent.

Quum pestilentium morborum originem a cælo & aere repetamus, quum quis infectus peste est, & fere solum spiritus attinguntur (unde peste affectorum febris synochus fere est : nisi forte de ea peste loqueris, quæ potius vernaculus est morbus, locique unius, aut diætæ vitium sequitur, quam communis nos ambientis aeris) cur in pestilenti morbo tam fœdi sunt vomitus, tam graveolentes dejectiones, quales in Aphorismis explicavit Galenus? An hoc proprium omnis pestilentis febris? An hoc vitio corporis? Et si vitium corporis, cur multi peste affecti tam prava excernunt? Et an quum primum quempiam aer infecit pestilens, tametsi tanta in humoribus pravitas non esset, an proprio pestilentis aeris vitio tanta labes inducta est : ut quod venenum venereum in tempore efficit (nec enim tam præsens est ad necandum, quam aer pestilens) idem pæne in articulo efficiat aura pestilens? At tabum venereum omnem humorum compagem infirmat, & tempore corrumpit.

In febre pestilente cur tam fœda excretiones Febris pestilentis occasio. 21. lib. 4.

Ex venenis alia sunt, quæ potius humores afficiunt, & humoralia venena dicentur doctrinæ gratia, ut luis venereæ venenum ; alia spiritus, ut aura pestilens communis, unde leipothymiæ aut syncopæ cardiacæ insequuntur, & tale venenum πνευματικὸν dici potest. Aliud venenum aliquando solidas partes primo respicit, ut ea febris pestilens hectica, in qua ægri primo quoque tempore a se omnino mutantur, & summa extenuatione, & carnis collapsione sceleton exprimunt. Quod Galenus quodam in loco annotavit. Sic aliud est venenum, cor statim feriens, & pathognomonica sua habet; aliud alias partes respicit, & sua quoque propria nanciscitur signa.

Valet plurimum hæc distinctio, numquam fere audita ad ideas febrium cognoscendas. Quædam febres sunt a genere venoso in humores a massa sanguinis alienos, ut qui in præcordiis continentur, qui putridas febres sæpe faciunt: & tales febres sunt synochi imputres. Quædam sunt a contentis in mesaræo humoribus, & in massa sanguinis, dum suum serum refundunt, putres faciunt, ut sunt synecheis, idest, continuæ, quæ aut quotidianæ, aut tertianæ, aut diurnæ, aut nocturnæ sunt : Aliæ in ipsa substantia sunt, ut hecticæ, pulmonariæ, capitales, lienosæ, hepaticæ febres, ut quæ contumacem obstructionem, & vitium latens substantiæ sequuntur. Fernelius vocat continuas symptomaticas. Unde videas in quibusdam diuturnas, & satis vehementes

Luis veneræ & pestis collatio. Venena cur alia cor, alia partes alias attingunt. Venenorum distinctio. Cap. 3. lib. de præsag. ex pulsibus. Febrium differentia incognita.

hementes

Febres capitales pulmonaria &c. Cap. 6. lib. 2. Therap. Febres symptomaticæ continuæ.

hementes esse febres. Atque in iis si demas sanguinem, nullo fere profectu id fit, & laudabilis est. In aliis statim corrumpitur. Unde hoc est?

Quinam sicci, & excarnes phlebotomia juventur. Aphor. 25. sect. 4. lib. 6. Epid. 7. Venosus bifariam sumitur. Iracundi qui sint. Caloris acris effectus. Iracundi bifariam. 9.

In alio Ephemeridon libro obiter docuimus, quibusdam siccis, biliosis, squalidis, quibus tamen corpus perpetuo calidum calore acri, & molesto, manumque mordente percipitur, & est ὑπόχλωροι, phlebotomiam haud conferre; immo aut facile animo linquuntur, aut post phlebotomiam longe post dicunt se vix a sectione venæ refici, & relevari potuisse. Sed in artis operibus observavi alias sectionem venæ siccis, biliosis, calore acri & mordaci abundantibus conferre, alias obesse. Utrique male coquunt, quoniam qui ventre calido sunt, carnes habent frigidas. Qui πλατύφλεβοι, ἢ μεγαλόφλεβοι, ut sic loquar, & ἐπίφλεβοι dicuntur verbo Hippocratico, ii venæ sectionem ferunt satis facile, nisi quid impediverit, ut oris ventriculi sensus exquisitus, vel virium imbecillitas, alia ratione invecta: De iis ait Hippocrates. Qui ventre calido (Græce θερμοκοίλιοι) carnes habent frigidas, isti sunt venosiores, & iracundiores: Venosi, Græce ἐπίφλεβοι duabus de causis, ait interpres, tum quia carne sunt denudati, tum quia plenas sanguine venas habent, & proinde conspicuas. Iracundi autem sunt, quia abundant calore acri qui molestias exhibet ori ventriculi, quum in ventre continetur: os autem ventriculi facile in sui affectus contagionem animam trahit. Et sic reperio iracundos bifariam esse, aut ob abundantiam caloris in corde, aut propter excessum caloris acris in ventre, qui os ventriculi contristat, & proinde animam. Ergo qui eo modo sunt macri, excarnes, & ἐπίφλεβοι, ii sanguinem sibi adimi patiuntur. At qui macri sunt, excarnes, subflavo colore præditi, & graciles habent venas, venæ sectione plurimum offenduntur. Ceterum quum loquitur de iracundis, notandum, quod utitur voce ὀξυθυμότεροι, non autem θυμοειδεῖς.

Rondeletii error. Febribus tertianis an phlebotomia ante paroxysmum tertium competit. Cap. 15. lib. 11. method. Linacri lapsus. 10.

Rondeletius Galenum exagitat, quod voluerit in febribus tertianis exquisitis locum non esse venæ sectioni, nisi post tertium paroxysmum. Quondam hoc visum fuit Avicennæ. At Galenus non adeo absurdus fuit, ut exspectandum tertium paroxysmum putarit. Sed credibile, Rondeletium, & sequaces qui in ejus verba juraverunt, legisse hunc contextum Galeni in methodo, ex quo collegerint phlebotomiam tertio paroxysmo exacto tertianæ convenire: Qui febricitant, si valentes viribus sint, omnibus sanguinem ab initio mittes, perfusosque oleo post tertiam accessionem, vel mulsa, vel sorbitione nutries. Si hoc loco nituntur, ut in tertianis mittendum sanguinem post tertiam accessionem doceant, falluntur. Nam primum hæc verba non sunt Galeni, sed methodicorum, ut contextus docet. Deinde, non ait phlebotomandos post tertiam accessionem, sed nutriendos: Tertio, illud, post tertiam accessionem, nec idem sonat, quod post tertium paroxysmum. Et male versum est a Linacro: In Græco legitur, μετὰ τὴν διάτριτον, quod verti debet, post tres dies exactos.

Quoniam videmus plerosque quibus de nocte corpus exsudat, si forte detectum sublatis indumentis substratis aeri exponitur, quia foras non prodit sudor, tunc aut corpus totum dolent, aut partem aliquam, si qua forte sudatura erat, & videntur pene fracti: magna vis est seri suppressi, immo incredibile quot & quales ab eo excitentur dolores. Declaravit Joannes Petitæus tonsor, cui sudor derepente omnem dolorem sustulit.

Notandum

Notandum est cur sæpe initio febrium urinæ limpidæ, perspicuæ, & tenues aut mediocres in substantia appareant; deinde turbantur, & crassiores fiunt. Et quum sanitas adest, in propinquo rursum limpiditatem & tenuitatem propriam, & pristinam recipiunt. Quo fit, ut quum tenues & limpidæ apparent, tunc fere qui sanguis educitur est floridus: quum turbatæ sunt, serosus & putris est sanguis; & ut verbo Hippocratis utar, τὸ αἷμα διεφθαρ, de cujus verbi significato dictum est lib. 1. Ephemeridon. Quod fit, quoniam a putrente jam materia excitatur vapor, & ichor, qui statim contaminat sanguinem, aut quoniam serum humor facile corrumpitur, maxime ubi calor alienus adest, aut corpus siccum, & constrictum manet. Quod initio morborum evenit, præsertim quum febris a constipatione cutis nascitur. Inflammatio autem & phlogosis, præsertim humoralis, quam facile alteret sanguinem, declarant pleuritides.

Quomodo sanguis in febribus vitiatur. Inflammatio sanguinem corrumpit.

Quæstio, quum febris fit, an auctus est sanguinis gradus an ratione tantum vaporis? Quod credibile, quia quum primum a foco vapor putris excitatur, statim febricitat homo. An vero per communicationem caloris ad calorem: ut in puerorum Siriasi, quia in anteriore capitis parte calor conceptus est, continuitate febris excitatur, ajunt auctores. Si simplex caloris gradus febrem facit, cur quum æstate auctus sit calor, non febrimus? aut cur ebrii aucto ob potum vini calore non febriunt?

De febris essentia disputatio.

Quum partes principes laborant διαφθορᾷ, & febre, maxima ex parte veluti lenta, & symptomatica intereunt, & incautis Medicis & imprudentibus nobis eripiuntur. Quo modo Condæi Principis a partu uxor interiit a corruptione uterorum. Quod non animadverterunt Medici. Hippocrates hoc animadvertit, qui non requirit febrem ardentissimam in morbo uteri per corruptionem; immo ait, πῦρ βληχρόν, idest, blandus, mitis, & debilis calor est. Vox autem βληχρός notanda est. Undè Hippocrates lib. 6. Epid. quamdam speciem febris constituit, quam vocat ξηρὸν βληχρόν. Gorræus per hyphen conjungit, ut dicatur πυρετὸς ξηρος-βληχρός. Gorræus in dictione βληχρός.

Febres ob partium corruptionem sunt mediocres. Historia. Lib. 1. de morbis mulier. 11.

Dentium caninorum extractio periculosa. Si dum nascuntur, tanta pueris eveniunt symptomata, tanti eorum extractio esse debet, ut non nisi magna cautione fiat. Inseruntur in suis acetabulis ex adverso oculorum, radix implantatur longius. Hæmorrhagiæ quæ sisti facile non possunt, insequuntur, & abscessus vix sanabilis metus esse solet.

Dentes canini cur avulsi inducāt gravia accidentia.

Joanni Colot Lithotomo febris erat continua, & causus secundæ speciei, quem Hippocrates describit. Materies erat phlegma salsum & putre; nam tali humore abundabat. Et calor acerrimus erat, quod bili quidam falso attribuunt. Galenus enim igneam caliditatem, & urentem ait excitari ob fumosam substantiam, a pituita salsa excitatam. Atque inter cætera notanda sunt, quæ Hippocrates ait evenire in causo non legitimo; pudendi livor supervenit. Testiculus quoque intensus judicatorius est. Nam incredibile quantum testes abscesserint. Consentaneum autem, ait Galenus, ut hæc fiant, quoniam & pituitosæ febres per abscessum potius judicantur, quam per excretionem: Et si in parte inferiore, ut jejuno & ventre, focus febris sit, inferiores potius partes crisin percipiunt.

Causi species.

Mirabar, cur in peripneumoniis, & ardentibus febribus, quarum in pul-

Hæmor-

rhagia pulmonicis familiares.
12.

mone sedes est potius, tam frequens hæmorrhagia foret. Galenus hujus rei rationem reddit in Acutis; caput incalescens sanguine repletur, effunditque quod ex eo redundat, tum ruptis, tum apertis venis. An non tales conveniunt hæmorrhagiæ? Galenus ait peripneumoniam & lethargum hæmorrhagiam non amare, pleuritin vero quadantenus.

Causus an febris essentialis.
13.
Com. ad particulam 17. lib. 4. Acutorum.

Τῶν καύσων focus aliquando in capite est, aliquando in pulmone, aliquando in ventre; an non tales καῦσοι essentiales febres dicentur; licet in pulmone focus aut in capite exsistat? Alioqui de iis peculiariter Galenus non egisset, nisi e genere febrium essentialium essent. Galenus ad part. 75. sect. 2. lib. 1. Epid. stillicidium in causo malum esse ait, quum in eo familiarissimum sit e naribus sanguinis profluvium.

Historia. Pustularum eruptio unde.

Damisellæ de vieil moulin subrubicundæ pustulæ aliquando in cute efflorescunt, cum aliquo caliditatis sensu. Fervido & sicco est hepate. Et quum vidua relicta sit, cum alioqui esset & juvenis, & florens, & restibilis adhuc fecunditatis, non mirum si defectu consumtionis sanguinis in aliam rem, ita efferetur, & hæc incommoda afferat. Sed aliæ duæ conjecturæ illius efflorescentiæ afferri possunt. Prior est. Annos undeviginti nata, magna vi ab equo decussa, humi jacuit semimortua. Totum corpus pessundatum est & contusum; per os, nares, & alias partes sanguinem rejectavit. Credibile internam quamdam esse sugillationem, & veluti ἐκχύμωσιν, cujus soboles est ista pustularum eruptio. An hoc credibile? Ita hercle: Nam & Damisella de Goupigny,

Historia.

cui aliquando læsa fuit tibia, propterea que ulcere affecta est, quo vix liberari potuit; certo affirmat aliquando eam partem, tamquam veteris mali memorem, pustulas effundere, quæ non ita longe post evanescunt. An non quod particulariter in tibia apparet ob læsionem, idem & in toto corpore apparere potest? Altera est conjectura, & ea habet aliquid admirabile, quod apud Hippocratem scriptum est. Locus est, ubi docet, cuidam virgini manum & crus siderata esse: quum nil commemorabile tussiret: nulla alia parte, nec mente affecta est. Factum est autem hoc circa mensium eruptionem. Et forte tunc primum apparebant. Sideratio ista contigit ex suppressione materiei, quæ sputo educi debuit. Nisi forte suppressio mensium causa fuisse dicatur. Quamquam adjuvare potuit: Sed & suppressio excrementi, a capite manantis, talis eruptionis causa esse potest. Nam & Hippocrates in Coacis scribit: Quibus salsuginosa sputa, & tussis supprimitur, his corpus veluti a pustulis rubescit. Qui locus est valde commemorabilis. At assero Damisellam istam catarrho satis ferino obnoxiam esse.

Sectio. 2. lib. 2. Ep.
14.

Sputum salsuginosum suppressum ecthymaton causa.

Docuimus aliquando in morbis nec præcipitanter timidos, nec temere securos esse oportere. Quod Galeni consilium est. Sæpe vidimus ægros, insultu gravissimo morbi quamprimum territos; deinde morbum desævisse: & quum omnia secura esse viderentur, repente morte prærepti sunt. Adeo humores præsentissimo cuique veneno adæquandi in corpore latent. Et ad hunc locum pertinent duæ tresve historiæ a Galeno citatæ, de quibusdam, qui minime opinantibus Medicis, quum morbus mitis, & homini necando non satis videretur, sublati sunt e medio. Ut Medici prudentis sit & cauti videre ac providere, ne quid insidiarum struat morbus latens.

15.
Vide ante lib. 1. Epid. nostrorum. In morbis parum fidere sæpe oportet.

Acetariorum usus, & horariorum fructuum magnam seri fere indomiti co-

piam generat, unde acris in eo calor succenditur: et si facies rubore suffundi solet (quod plerisque molestum est) magis ac magis rubescit. Hoc non observatum est. Immo putant corpus refrigerari, & sic occasionem hujus suffusi ruboris tolli.

Com. in part. 17. sect. 2. li. 1. prorrhet.

Horariorum fructuum & acetariorum usus ruborum causa.

Uxor Præsidis Tambonneau quum diu hydropica laborasset, & tamen ὀρθοςάδην habuisset, tandem per translationem (ut credibile est) in thoracem serosæ superfluitatis, & spiritus vitalis oppressionem facta est κάτοχος, & intra duodecim horas interiit κατεχομένη, καὶ καταλαμβανομένη. Omni ratione eam excitare conati sumus. Nil profecimus. Immo & consilium Hippocratis secuti sumus in " Epid. Si hydropicum tussis corripiat, si quidem omnino animo linquitur, " calidis omnibus utatur. Sin minus, inebriato, ac cibis impleto. Quæ curatio omnino a ratione aliena est. Nam si hydropicus tussit, jam translatio a ventre in thoracem est, sic vino & cibo repletus suffocaretur potius. Sed admirabili, eoque interiore sensu, duo explicari & intelligi vult ista obscura, & parum probabili enuntiatione. Dum fomentis calidis utitur, hyparxin morbi audit, quæ in refrigeratione consistit: Et quum frigus naturæ hostis sit, fomentis calidis aliqua ex parte intrinseco hydropis frigori occurritur. Vinum autem dat, ob ἀψυχίαν. Sic enim Aretæus τὴν λειποθυμίαν vocat, quoniam facile deliquium tollit calefaciendo, & penitissime subeundo. Sed quid hoc sibi vult, inebriare, & cibo replere? Hoc dixit, ut te cautiorem reddat. Nec enim adeo jejunus, & parum prudens Hippocrates, ut hominem jam jam moribundum cibo & potu obruere velit: sed ut occurrat fortasse quorumdam opinioni, qui in tanta oppressione hydropici, a qua interit, etiam exactissima diæta utendum existiment, contrarium contrario apponendo. Si enim repletio aquæ est, & humoris evacuatione opus est. Quod verum quidem est, quantum pertinet ad morbum, sed non quatenus ad symptoma præsens pertinet. Nam adjectione opus est. Novit enim Hippocrates omnes fere hydropicos ὑποσίτους esse, & præ impotentia nutritionis sæpe interire ac deficere. Cui rei ut occurrat, vinum & cibum offert, non magna quantitate (quamquam utitur verbo θωρῆξαι, & σιτίων ἐμπλῆσαι: male interpres vertit θωρῆξαι, inebriare; potius verterem, vinum potui dare, & quasi vini potu munire, ob metum syncopes & mortis) sed potius, quoniam parva cibi aut potus quantitas magnam in homine hydropico repletionis opinionem & suspicionem affert. Et ut non terrearis ista nimiæ repletionis opinione, monet ægrum θωρῆξαι, καὶ ἐμπλῆσαι.

Sectio 5. lib. 2. Epid.

Vinum hydropi confert.

Multos videas ob nimiam humiditatem, & abundantiam aquæ in os decurrentis, & a capite labentis blæsos & hæsitantes lingua fieri. Quid iis evenire potest? Ut pulmonici fiant, catarrhis obnoxii, & ἔμπυοι. Iis dentes corrumpuntur perennitate catarrhi, oblæditur & vox, & pronuntiatio. Et mirandum illud hac de re Hippocratis: Qui lingua offendunt, & labiorum non sunt potentes, eos est necesse dum illa solvuntur, suppuratos fieri. Qui lingua offendunt, humidiores sunt, & impotentia linguæ tenentur, & labiorum sæpe. Et quo humoris copia repserit, eo alienum aliquid inferet. Si in sextam, septimam ac octavam spinæ vertebram humor fluxerit, nervorum imbutorum robur exsolvitur. Quod si conquiescat affectus iste, & humor in thoracem irruerit, suppurationis metus est. Nam qui humor ligamen-

Sectio 5. lib. 2. Epid.

gamenta linguamque proluens blæsitatem afferebat, non potest non alio translatus, & emotus alia forte pejora adducere. Sed de balbutie, blæsitate hæsitate, ut loquitur Gaza in Aristotelem, vel hæsitantia linguæ: Item de offendiculo linguæ, & labiorum impotentia, quam ἀκράτειαν vocant, brevi expedire consilium est. Lego in Auctoribus vitia vocis, & vitia linguæ. Et aliud est vitium linguæ, aliud vocis. Vitium vocis, τὸ πάθος φωνῆς vocatur. Linguæ, τὸ τῆς διαλέκτου πάθος. Ad vitium τῆς διαλέκτου referunt ψελλότητα, ἀπὸ τοῦ ψελλίζεσθαι, τραυλότητα, ἀπὸ τοῦ τραυλίζειν, & πάφλασιν (ut verbum fingam) ἀπὸ τοῦ παφλάζειν, quo verbo utitur Hippocrates. Vocat enim τοὺς παφλάζοντας τῇ γλώσσῃ, lingua offendentes. Ad vitium vocis potius referemus ἰσχνοφωνίαν, ἢ τρυχοφωνίαν. Τραυλοὶ balbutientes dicentur, ut τραυλότης balbuties; ψελλοὶ blæsi, & ψελλότης blæsitas; ἰσχνόφωνοι hæsitantes, & ἰσχνοφωνία hæsitas & hæsitantia vocabitur. Quamquam si vocem inspicias ἰσχνόφωνον, ad vocis vitium referetur. Tamen etiam ad linguæ vitium accommodari puto, & sic placere Aristoteli, & Hippocrati video. Nam ἰσχνοφώνους linguæ hærentes vertit Gaza. Et revera utroque modo ἰσχνοφωνία dicetur vitium, & pronuntiationis seu linguæ, & vocis. Linguæ quidem, nam definitur vitium linguæ, quo syllaba syllabæ cito copulari non potest. Quatenus autem fit ob congenitum vitium musculorum, qui laryngem movent, vocis vitium nimium gracilis vocari potest. Λεπτοφωνία autem (quæ habet aliquid affine) ob angustiam asperæ arteriæ, & laryngis evenit. Ut enim ἰσχνοφωνία ob vitiosam ab initio conformationem musculorum laryngem moventium fit, sic τραυλότης a vitio, & nimia asperitate instrumentorum vocalium in τραχυφωνίαν abit: Quamquam τὸ τραυλὸν linguæ est, non vocis vitium. Ψελλότης, blæsitas, litteram vel syllabam sæpe elidit. Τραυλότης non elidit, sed commutat litteram unam in aliam, ut pro ρ. pronuntiant λ. Sic & ψελλότης, & τραυλότης idem sunt, & diversum. Idem quidem, quatenus utrumque vitium est pronuntiationis, & non vocis. Diversum, quia in uno fit elisio, in altero litteræ commutatio, & suppositio. At παφλάζειν aliquid aliud significat, & aliquid habet finitimum; & cum balbutie, & cum blæsitate, & cum hæsitate linguæ: sed offensionem significat in pronuntiatione cum impotentia quadam labiorum. Proprie autem παφλάζοντες dicuntur voce labentes in dicendo aliquid, & verbum idem repetentes. Homerus vocat ἐφαμαρτοεπεῖς, quasi ἁμαρτάνοντας ἐν τῷ ἔπει, in dicto & verbo labantes, & verba retexentes, & alternantes. Sumitur per quamdam ὀνοματοποιΐαν a fluctu marino: quum παφλάζειν, exæstuationem quamdam fluctuum, & ebullitionem significet; ac si salivatio quædam spumatioque oboriatur, undarum collisione excitata. Et metaphorice ad orationem & sermonem tumultuarium, sæpe ac sæpe retextum, & quasi bullantem spumantemque, ut non proferatur, nisi circum labia, & dentes spuma multa occurrat. Quod magnæ humiditatis, & quam natura intra oris septum continere ac coercere nequit, argumentum est. Legi & apud Aristot. verbum compositum ἐκπαφλάζειν, Gaza Latinum verbum facit expaflare, idest, more bullarum exsilire, ut quum lenticula coquitur, dum bullæ excitantur, quæ longe projiciuntur, hoc ἐκπαφλάζειν dicitur. Cæterum unum annotare oportet, τραυλοὺς fieri homines quidem sanos ob humiditatem multam, unde facile eos

fluore

In sectio 11. problematon.

Com. in Aphor. 32. lib. 6.

Vitium linguæ & vocis differunt.

Sectio. 5. lib. 1. Epid.

Com. 2. in lib. 1. Epid. 16.

Aristo. probl. 30. lib. 11. 17.

Probl. 9. lib. 21.

fluore alvi corripi, censuit Hippocrates, ob refrigerationem quamdam. Immo ista omnia vitia sermonis quum naturalia sunt, caloris penuriam, & facultatis imbecillitatem significant. Unde aliquid apoplexiæ simile habere ait Aristoteles; Immo tales facile in apoplexias, & siderationes incidunt, & in melancholicas affectiones. Unde Hippocrates lib. 2. Epid. τραυλὸς, & ἰσχνόφωνος morbos melancholicos patitur. Sed nomine morbi melancholici totius ἔκπληξιν quamdam, & siderationem intelliges, ob ἀκράτειαν linguæ. Quoniam humor melancholicus & pituitosus aliquid affine habent consistentia: & ideo affines morbos ea ratione tantum pariunt. Vide septimum Aphorismorum. At τραυλοὶ aliquando fiunt ob lassitudinem summam, ob diuturnitatem & vehementiam morbi, ob siccitatem. Sed siccitas magna τραυλότητα naturalem non potest facere, sed adventitiam. Ut in summis febrium æstibus ægri τραυλίζουσι. Unde in 7. Epid. Γλῶσσαι ὑπὸ ξηρότητος ψελλοί. Profluvia alvi temere sistenda non sunt, alioqui gravis periculi metus est, ut sæpe experientia deprehensum est. Et in his sequendum omnino consilium Hippocratis: In ventris perturbatione fabas coctas dabis, nisi partes supernæ valde biliosæ fuerint. Idest, si suppressionis multæ materiei biliosæ argumenta affuerint, veritus ne aut transferatur alio materia, aut partes, in quibus restagnat, labefactet; non statim de suppressione cogitare oportet, sed fluxus fluxu juvandus est.

Aph. 32. lib. 6.

Sect. 5. initio.

Aph. 40. lib. 7.

Siccitas quomodo balbutiem afferat.

Si in deliriis & phrenitidibus (modo non jam sit alienatio, sed alteratio tantum) magnæ, ut fit, in cerebro inflammationis notæ adsunt, numquid contenti esse debemus sectione venæ in brachiis, & cucurbitulis? Numquid & tuto, & ex arte aperiri possunt aut arteriæ, aut venæ frontis? Illud enim est dolorum proximum ventrem aperire. Si in dolore capitis intolerabili, & apertio venæ frontis, & arteriotomia confert, numquid in phrenitide hoc fieri potest? Quum enim in phrenitide, auctore Galeno, materia venis egressa sit, & jam adhæreat partibus ipsis, veluti secreta a massa sanguinis, nil aut parum præsidii affert vena brachii.

Arteriotomia an in phrenitide conferat.

Com. ad particul. 73. sect. 2. lib. 1. Epid.

Quibus in capite focus est, ut jam doctrinæ gratia febris capitalis dicatur; oculi rubent, dolorque pulsatilis percipitur, est velut ὑπερέμετος venarum capitis; uti prisco quidem verbo, sed non inepto explicat Hippocrates, an non arteriotomia confert? Audimus D. Cardinalis Lotareni, qui febre veluti capitali interiit, aperto capite, repertas venas omnes adusto plenas sanguine, & meninges veluti tactas de cœlo, & sideratas: quod nos in primo libro explicuimus.

Initio lib. 2. de morbis.

Passim in libris de morbis Hippocrates scripsit uterum maxime sincipiti consentire. Ideo quum mulieres queruntur de sincipite; videndum numquid aliquid sit hystericum. Uxor Lodoici Michaelis mercatoris tum demum de sincipitis gravissimo dolore queritur, quum erumpunt menses. Adeo magnus uterorum cum sincipite consensus! Inter cetera videnda est Langii Epistola 49. lib. 1. Epistolarum.

Sincipitis & uteri consensus.

Historia.

Damisella Dubez minanti arthritidi obviam ire voluit. Sumto medicamento satis valido, impetu in humores facto, pro una parte dolente multæ doluerunt. An non tuto in articularibus purgabis? Nequaquam. At dum materia turget pur-

Historia.

Articu-

lares morbos leniter tractabis.

purgandum. Verum quidem de sequace materia, & quæ liberum habet exitum. Arthritidis materia nec sequax plerumque, nec liberos habet exitus. Et in suis agitata sedibus, si a ventre longiores sint, deterior fit. Agitatur enim & non educitur.

Quidam facile vinum abhorrent in febribus.

Cur quidam statim in febribus a vino abhorrent, aliis etiam, dum insigniter febriunt, amaroris sensum non videtur vinum habere. Id referendum putant ad bilem. Nam biliosi facile abhorrent a vino, ut quod eis amarum gustu videatur. Vel etiam si fuligo linguam non perfundat, talis amaror non percipitur, licet biliosus sit.

Historia. Quidam facile animo linquuntur phlebotomati, maxime quibus sensus est exquisitus.

De iis qui facile in syncopen incidunt a phlebotomia, libro primo dictum est, & in hoc libro dum loquuti sumus de ὑποφλέβος: facile vero exsolvuntur, quibus mobiles & tenues sunt spiritus, & qui celeres animi motus habent: facile enim dissolvuntur spiritus. Declaravit D. de Ruadde, cui cyathus aquæ frigidæ datus ante phlebotomiam, leipothymiam abegit.

Historia

Multis ulcera in tibiis annua sunt: ea si pura fiant, Medicus sedulo observet, ne quid deterius eveniat. Armillarum fabro, & fabro ferrario Petronio dyspnœæ & gravia contigere. Hippocrates idem observat his verbis: Cuidam erat " ulcus magnum in tibia. Hoc quum purum factum esset, lateris dolor, & " pectoris sinistri e directo, & febris. Mortuus est a febre. An non in his scarificare partem prius dolentem bonum, & vulnere inflicto vetus ulcus revocare ac renovare?

Historia. 5. Epid.

Uxor D. Bragelonii piscis, vulgo **vive** appellati ossiculo aculeato compuncta est. Neglectum id ut minimum. Febris, dolor ingentissimus, mors. Idem Hippocrates bis observavit in Epid. de sutore quodam, qui quum vulneratus acu esset in genu, non sivit sanguinem fluere. Tertia die mortuus est. Et de Navarcho, qui ancora læsus erat. Opisthotonus crudelissimus insecutus est, & convulsiones. Et tertia die mors. Nil itaque negligere oportet, ut divinus Hippocrates docuit ratus, minimum etiam malum, quod tale videtur, licet nil alieni prætexat, in recessu occasionem & subitæ & crudelis mortis alit & fovet.

6. Epid.

In libro Consiliorum nostrorum annotavimus febres quartanas alias desinentes comatosas lethargicasque affectiones inducere, alias nova quædam morborum genera. Numquam enim desinunt ἀσινέως. Et hoc notandum, quod audio ab homine fide digno observatum. Quidam febre quartana diu laborabat. In tibiis ulcera maligna & Telephia oboriuntur, febris perseverat. Arte remediisque communibus non curantur. Suspicio luis venereæ est, quod medicabilia non redderentur. Tamen rebus diligenter expensis & rogatis, nil venereum inventum est. Non desierunt tamen Medici suadere usum hydrargyri. Plantis pedum, & femoribus applicantur ceronea ex hydrargyro, & consimilibus. Provocatur πτυαλισμός. Curantur ulcera. Curatur & febris. An idem in contumacia febris quartanæ agere licet? Tamen narrat Fernelius observasse se quemdam continenter afflictum, & lue venerea cum sordidis ulceribus, nec non quartana vera: Adhibiti litus, & diæta solennis ad luem veneream, lue venerea est liberatus. Quartana perseveravit.

Ulcera mala hydrargyro curata. Quartana febris hydrargyri litu curata ex eventu. Cap. 13. De abditis rerum causis. 18.

Urinas quum quidam vident κατακορέις, idest, biliosas, & præ bile saturatas

ratas, tum ad secandam audacter venam veniunt; quum præsente febre insigni tales urinas non vident; immo vulgo bonæ dicuntur, quia nec caloris, nec suffusionis bilis indices sunt, a phlebotomia abstinent.

Medici male ratiocinantur de urinis.

An non utrique graviter errant? Errant profecto, & artem ignorant. Nam est, ubi apparentibus urinis non biliosis, & non coloratis secare venam oportet: est quoque, ubi biliosis & ardentibus apparentibus a phlebotomia abstinendum est. Quum inflammatio interna est, & bilis conclusa, urinæ coloratæ non sunt: & tamen tunc tum ratione obstructionis, & suppressionis differre phlebotomiam nefas sit. Item, quum per vias urinarum natura molitur excretionem, ut & per alvum, (unde alvi dejectiones biliosæ sunt) tunc urinæ sunt tincturæ valde participes; atque tunc quoque phlebotomare malum est. Itaque nec ex urinis non tinctis occasionem sumes secandæ venæ, nec ex non tinctis. Et quum ægri a cibo abstineant, propterea que urinæ tingantur, & biliosiores excernantur, an biliosa urina ad phlebotomiam hortatur? Nequaquam, nisi alia concurrerint. Immo si hepar infirmius, aut renes infirmiores, aliquando velut cruentæ apparent, & si erat congestio bilis vi hepatis dissipata, tinguntur urinæ, an ideo secanda vena? Nequaquam.

Indicatio celebrandæ phlebotomiæ ex urinis.

Quæstio non contemnenda, cur multi tussiculosi interdiu non tussiunt, sed quum in lectum inclinant sese, tum tanto tussiendi etiam inani desiderio tenentur, ut animam pæne agere videantur? An hoc propter linteorum frigiditatem fit? an propter inclinationem in somnum? Fortasse non cuivis patet rei hujus ratio.

Cur tussiunt plerique dum lecto incumbunt.

Multi vomituriunt, intumentem valde aqualiculum habent, immo laxatis velut fibris aquea ejiciuntur: Sed talis non est excretio, qualis esse debet. In iis nil prius comperimus pilulis ex rheo, cum aliis roborantibus, addito aloes pulvere. Nam quum tales non transscendant hepar, dum commode ventriculum roborant, vacuando non obsunt, ut ea quæ foris admoventur.

Vomiturientium curatio. Pilularum usus optimus, & quando.

Episcopi Cisteroniensis servo, febre continua cum ictero laboranti, quum coctionis signa aliquot ederentur, juvit dare decoctum foliculorum cum tabella Electuarii de succo rosarum. Revera multa puls biliosa, crassa & mesenterica excreta est. Inde magna allevatio est consecuta.

Historia.

Ad insigne quercus viridis sphæristerii magister calidis & siccis visceribus, melancholicus, facie aliquantum saturati coloris, quum jam duos menses, intra quos uxoris funus fuerat, male habuisset, uxorem duxit. Non longe post, nimirum octo vel novem post dies, decumbit. Dolor ingens ad ventriculum: vomitiones assiduæ: inappetentia, febris sepulta. Cibum nullum, immo ne aquam ferre potest. Jactatur. Et quod mirum est, pulsus nobis valde debilis apparet ἀνώμαλος, suum rhythmum non retinens, immo in quibusdam pulsationibus intercalaris erat intermissio. Ut absolute dicam, tanta erat ἀνωμαλία, ut morientis pulsus videretur. Et nisi coitum frequentem ob recens matrimonium causati essemus, non nisi de funere egissemus. Ex intervallis circum hepar & os ventriculi, quod jecoris simas contingit, tantum calorem se sentire dicebat, ac si flamma ibi concepta foret. Spiritus adeo erant dispersi, & vim passi, ut qua ratione ei occurrendum foret, ignoraretur. Hypochondrium dextrum, ex intervallis, ob caloris sepulti ἐπίλαμψιν, apparens, φλεγμαίνον, & φλόγωσιν

Historia.

20.

patiens, phlebotomiam hortabatur. Nos revocabat, aut potius ab instituto avocabat pulsus. Tamen ut audaces fortuna juvat, quoniam ad istam pulsus immutationem, formidabilem hercle, concurrebat, præter spirituum quamdam affectionem, & phlogosis, & cacochymia (unde spiritibus, qui apte τὰ ὁρμῶντα appellantur, quoniam corpus sursum deorsumque non potest illustrari, nisi vi quadam ad partes affluant, via & ingrediundi regrediundique potestas denegabatur) aderat. Hac subacta, usu medicamenti, & aperta vena, pulsus cœpit melior, & ordinatior esse. Sic Medicos sæpe præcipitanter timidos esse turpe est. Quum cœpit valere, ecce, ac si gonorrhœa laboraret, velut spermatica, & purulenta materia per penem egreditur. Nondum compertum est quid inde eveniet. Ignoratur an imbecillitate vasorum spermaticorum id fiat, an saniei sit velut critica excretio, an verò inquinata muliere gonorrhœam contraxerit. An abscessus ruptus. Mulier fassa est se fluorem muliebrem aliquando pati. An non virum congredientem inficere potest? Hoc fortassis non vacat dubitatione.

21.

Plerasque vidimus mulieres & viros, qui certo affirmarent, ideo se experientia deprehendisse, quod ventriculum haberent valde imbecillum, & lædi facilem, quoniam minima occasione eis alvus solveretur, & talia redderentur, qualia assumta essent. Qui affectus non leienteria, sed proprie σπατίλη dicitur ab Hippocrate. At errant, nam lactium, & mesenterii venarum angustia hoc sæpe facit. Nam quum multis sese obruant cibis, aut sine ordine, aut liquidioribus, facile effluunt, & ob lævitatem intestinorum, seri copiam, mesaraicarum conniventiam, non ita difficulter alvus, omnia quæ assumta sunt, reddit. Præterea, horariorum fructuum usus, & acetariorum ad id plurimum facit. Præter quam quod quum abundent, maxima ex parte, calore acri, major alimenti pars corrumpitur. Quum enim coctio elixationi similis sit, ea non fit a calore sicco & squalido, sed a temperato, ait Galenus.

2. Acutorum. Fluor alvi frequens ventriculum imbecillum non arguit.

Qui fit, ut ex febricitantibus, alii diu laborent, alii vero non, tametsi in utrisque tentata sit evacuatio, a qua solutio morbi evenire potuit? Inter ceteras rei hujus causas hæc una afferri potest. Quidam morbi sequuntur τὴν ἐπίσχεσιν, alii τὴν γένεσιν, ἢ διάθεσιν. Ἐπίσχεσις, ἢ συναθροισμὸς morbum quidem inducit vehementem, subitum, sed non diuturnum: quia suppresso collectoque humore secedente, solvitur morbus. Sed quum διάθεσις est, & γένεσις συνεχὴς, in multum tempus producitur morbus.

Morborum longitudinis, & brevitatis causa.

Sectio venarum pone aures infecundos facit, auctoritate Hippocr. Quidam non putant id fieri, quod a cerebro magna spirituum copia fluat, sed quoniam sectione ista venarum cerebrum fit frigidius, & ideo spiritus animales, qui una cum cæteris ad semen prolificum faciundum concurrere debent, frigidiores fiunt. Notabis quoque alium locum, in quo Hippocrates scribit sectionem venarum in malleolo infecunditatem afferre. Vide an hoc sit verum.

Lib. de aere & locis.

Lib. de locis in homine non longe a principio.

Servus Domini Povart jam ab anno aut paullò plus, in digitis manus dextræ dolorem satis fugacem sentit. Deinde pars veluti motu tremulo & convulsivo tenetur: Dolorem tunc se in corde sentire putat, quasi humor ad ventriculum divertat. Postmodum relicta parte dextra, nescio quid dolet in sinistris, tunc cor palpitat. Palmum istum se ægre ferre dixit. Autumno ineunte

omnia

omnia recruduerunt. Vere habitu est melancholicus per quamdam assationem. Dum nocte decumbit, opprimitur, suffocatur. Hæc sunt propria incubonis & Epilepsiam minantur. Immo Epilepsiæ rudimenta sunt aliqua.

ANNOTATIONES

1. *IDeam & hujus constitutionis, & morborum in eam incidentium, Hippocr. initio lib. 7. Epid. describit, præsertim quod ad dolores capitis spectat.*

2. *Capitis dolores indomiti; his balnea aquæ dulcis conferre potuerunt, quum esset febris lenis. Et pauci hoc animaduerterunt, sed tamen verum ex Galeno.*

3. *Siriasis, quod forte uredo dici potest, idest, adustio quædam.*

4. *Oxyrhodini & similium usus, an tutus in doloribus capitis? Immo Aetius, ex Archigene, citat acetum nocere, quum adsunt vigiliæ.*

5. *Omninò hunc morbum* λήθαργον *videtur exprimere Hippocr. part. 35. sect. 2. lib. 1. prorrhet. Dolor, ait, pectoris firmatus cum torpore malus. Nam &* λήθαργος, *&* νωθρότης *idem fere sunt.*

6. *Et eo in sensu dixit Hippocrates in Coacis, Qui ex lethargicis evadunt, pectore suppurati fiunt.*

7. *Revera angustia venarum maxime consideranda est. Nam quibus hæc inest, nullo profectu fere demitur sanguis: Unde non est mirum, si sæpe sectio in malleolo non conferat. Angustia istarum venarum id facit. Et sæpe non probe secatur vena, & superficiaria tantum sectio est.*

8. *Si hepar calidius, & siccius est, & venæ angustiores, utique non convenit phlebotomia, & detrahitur laudabilis sanguis, saltem quoad sensum. Nam forte aut salsus est, aut acer. Vide decisionem hujus materiei in sequentibus.*

9. *Galenus citat historiam mulieris extenuatissimæ, cui etiamnum sanguinem demsit: Sed admirabilior est historia Hippocratis, lib. 5. Epid. Narrat enim de viro qui patiebatur morbum, quem alio loco* ἀνάλτω *vocat, & tabescebat. Huic ex utroque brachio demtus sanguis.*

10. *Non mirum si Empiricorum sudatoria valent. Nam provocatio sudoris est commoda valde.*

11. Βληχρὸν *quid. Et alio loco ait,* νοῦσος βληχροτέρη, ἢ θανάσιμος: *quod pugnare videtur. Sed* τὸ βληχρότερον *ad sensum dicitur.*

12. *Galenus scripsit venas pulmonum esse aliquando focum febrium ardentium, ad particulam 73. sect. 2 lib. 1. Epid.*

13. *Plerique & in peripneumoniis, & in febribus ardentibus, & in inflammationibus hepatis & splenis, suspectas habent hæmorrhagias: Contra Galenus in Epid. propriam hanc esse ardentium crisin dicit. Et in part. 35. lib. 1. Progn. inflammato hepate* αἱμοῤῥαγεῖν *optimum esse dicit contra eorum opinionem. Nam in unoquoque morbo, præsertim quum est dispositio inflammatoria, maligna quædam est vis, quam natura deponit in partem aliquam. Ideo si molitur hæmorrhagiam, ea sistenda non est, ne forte impediatur excretio*

cretio tantula materia, quæ est veluti anima ipsius morbi.

14. *Idem & 4. Epid. de fullone, cui corpus torpescebat quod cessaret tussis. Hic ista sputi suppressio notandum quid attulit; & forte nullus hoc crederet. Sed Hippocrates idem confirmat initio sectio. 7. lib. 6. Epidemiorum.*

15. *In Coacis Hippocr. & clarius sub finem fere lib. 2 Prorrh. ubi docet, quomodo dolores capitis, & colli abeant per exanthemata, per excretionem puris tussi factam, & similia.*

16. *Qui curant hydropicos, eos assis, iisque paucis uti jubent, & potum valde circumcidunt. Et ut concedant ratione ipsius symptomatis id quadrare: ratione morbi, & causa ipsius, id omnino rejiciundum. Nam marasmus πεειφρυγὴς, & intemperies sicca, cum inopia caloris naturalis, appulsum veri alimenti & actu, & potestate humectantis requirit. Siccitas vero ipsa tantam potus abstinentiam dehortatur. Itaque prudenter se hic gerere oportet.*

17. *Quoniam hic de balbis & blæsis agitur, notandum est quod Hippocr. 2. Epid. scripsit, sect. 5. nimirum quod blæsi morbos experiuntur melancholicos.*

18. *Aliquando generaliter τρωλὸς pro ταχύγλωσσος sumitur: idest, celeri & expedita lingua præditus.*

19. *Ad balbos referunt & τὰς ἀτύπες. Dicitur autem ἄτυπος, qui non satis expedito linguæ plectro utitur, quasi aerem non feriens, quasi verba non exprimens conformansque.*

20. *Fernelius cap. 15. lib. 3. patholog. animadvertit in Medicos, qui inspectis urinis turbatis, vel potius crassis & rubris ad phlebotomiam descendunt. Errant. Rationem apponit valde notandam. De his in sequentibus.*

21. *Vere is erat affectus, qui ab Hippocr. in 4. Epid. ζύμωσις appellatur. Locus est præclarus 5. Epid. de Androphane. De eo idem fere dicitur, quod & de eo agro, quem hoc in loco describimus. Sed inter cetera ait, Dolor erat ad cor, quem vena sectio solvit. Idest, quum sima hepatis sunt obstructa, aut inflammata (in illis enim, ut & in ore ventriculi, sedes est febrium ardentium, ait Galen. in com. in primum Epid.) tunc dolor cor petit, idest, os ventriculi. Et eum dolorem phlebotomia mitigat.*

CON-

CONSTITUTIO AUTUMNALIS

Anni Domini 1575.

UT initium æstatis humidiusculum fuit, sic finis, immo major pars sicca fuit, & pluviis carens. Autumni principium, squalidum, siccum, pluviis carens. Vina generosissima fuerunt. Verum fuit illud, In siccitatibus omnia salubriora. Morbi nulli populares vagati sunt, nisi quod infantium ætatula febribus tentata fuit: præsertim eorum, qui calidiore & sicciore temperamento, morbosi & valetudinarii degerent. Præ ceteris pusiones laborarunt, quibus adfuit ὀδοντίασις. Deliria, jactationes, vigiliæ multæ, squalor & calor summus corporis, ut ad narcotica veniendum fuerit, & ad usum papaveris. Evadebant multo alvi profluvio. Seri acris & biliosi copia multa erat. Et verum fuit illud Galeni: Aeris ambientis humiditas pituitosos acervat humores, & non paucas generat aquositates. Siccitas vero pauciores generat humores, sed qualitate biliosiores reddit. Ob eam causam febres numero pauciores sunt iis quæ fiunt in temporibus pluviosis, sed sunt acutiores. Hoc maxime in febribus, quæ vagatæ sunt, observavimus. Facile prehendebant, jactationes & ἀλυσμὸς, inducebant, vomitiones, deliria. Urinæ non erant tinctæ & calori analogæ. Caliginosus humor vere redundabat, aut potius ichor. Alvi fluxilitas cum excrementis ὑδατοχόλοις ἀκεῦτως morbum depellebat. Multis dolores ad dorsum, aut in quasdam alias partes. Contemperantia & lenientia juvabant. Sed solo sudore dolores levati, quia ichor tantum id faciebat. Quartanarum febrium ilias multa. Facile enim excitantur, ob conceptum calorem & squalorem in partibus imis. Quibus capita humidiora, iis parotidon similes extuberantiæ pone aures excitatæ sunt. Vere erant ἐπάρματα, non παρώτιδες.

Ad Aph. 7. lib. 3. 1.

Tussientes quidam siderantur, aut parte aliqua laborant, præsertim si tussis sicca, & in qua nil expectoratur: quia materia supprimitur, ut hoc libro annotavimus. Sed mirum quod annotat Hippocr. Si quis aut pedibus, aut manibus laborasset, aut voce: tunc ista siccitate tussis malum potius in ea quæ laborarat parte, apparebat. Quod contra Aphorismum Hippocr. Qui soliti labores ferre, vegetiores fiunt. Nam laboranti parti robur advenit. Nos idem vidimus, quod & Hippocr. annotat. Si quis sæpius scribendo incumbat ventriculo, si quis pronus diu laboret, & post in morbum incidat, multo gravius malum in ea parte quæ potius in obeundo munere laboravit, innascetur.

Hippocr. sect. 7. li. 6. & alibi. Qua quis parte laborat, ea infirmior esse videtur, contra Aphor. 49. lib. 2.

Uxor Nobilis viri Du Brevil prægnans, veluti φλεγματίας, & hydropica facta est. Valde catarrhosa erat. Sicca & inanis tussis. Pedes inflati, & in brachiis stupor quidam. Paralysis metuebatur. Inflata est. Bifariam inflatio evenire potuit, tum catarrhi ratione, tum quia refrigeratus est corporis habitus,

tum revocatione caloris ad uterum, hinc enim decolores redduntur gravidæ; tum ob quater repetitam phlebotomiam. Post partum remansit hydrops. Profluvio urinæ magna ex parte liberata est.

Alia quoque mulier prægnans similiter intumuerat. Fetus immobilis erat & semimortuus. Nesciebamus an graviditas esset solum, an hydrops. Data apozemata aperientia & hydragoga: non multo post motus est fetus. Prudenter se se gerere oportet in his. His duabus historiis similem & valde notandam habes in Epid. de sorore Harpalidæ.

7. Epid. Semitertianarum accidentia. Historia. Lib. 7. Epid. Cardialgia propria semitertianis.

In primo Epid. nostrorum libro adumbravimus febres semitertianas, & tertium-genas. Nemo credat quanta & quam formidabilia symptomata in semitertianis. Tametsi legitimas non viderimus, saltem observatæ sunt quædam ad eas accedentes. Ea mulier quæ ad ripam Cœnobii Cęlestinorum habitabat, ad insigne Ensis lignei, aliquid semitertianum habuit. Inter cetera pulsus admodum languidi & parvi sunt, cardialgiæ sunt perpetuæ. Et Hippoc. in Epid. meminit quorumdam semitertiana laborantium, & inter cetera cardialgias magnas omnibus adfuisse testatur.

Uxor veterinarii, octo menses gravida, per multos dies hæmmorrhagiam ex utero patiebatur. Id ipsum neglexit etiam admonita a Medico. Valde cacochyma erat, ideo minus commode sanguinis insolentem effluxum ferebat. Tandem victa malo decubuit. Horret. Ægrotat valde. Partes extimæ refrigerantur. Ἄφωνος fit: de funere agitur. Difficultas summa an accelerandus partus, quum metuendum sit ne non sit ferendo, tum ob eam quæ præcessit evacuationem, tum ob eam quæ edito fetu, & reseratis magis viis secutura est. Non dubitavimus, & cursum sanguinis reprimere, & aliqua ratione vires sustentare, ut sufficerent, si forte natura partionem moliri vellet. Obstetrix prudens in tam ancipiti casu, & in vili isto subjecto, cum ἀνέλπιστον foret, ausa est aliquid. Multis ultro tentatis enixa est feliciter. Eodem die febris, & non multo post singultus, qui magnam difficultatem attulit. Credibile ab inanitione esse, ut tamen illa inanitio non esset mortalis. Sed quemadmodum aliis in locis observavimus, ut corpora κακόχροα, ὑπόχλωρα, calida & sicca (cujusmodi erat corpus illius) non facile ferunt detractionem sanguinis e brachio, præsertim si laudabilis sit, ut calore sępe laudabilis est; immo (quod nos observavimus) deficiunt animo sæpe, aut multo imbecilliora redduntur: Ita huic mulieri evacuatio longa sanguinis nocuisse potuit, & illa κενεαγγίη potest attulisse suspicionem exhausti & inanitionis, non absolute sed κατά τι, cujus ratione illa singultierit. Vel singultus iste a concluso humore bilioso erat circum partes ventriculi, qui quidem in simis hepatis ferociebat & tumultuabatur, & quamdam speciem febris lipyriæ attulit, a qua interiit. Quod si natura potius fuisset ad excludendum, causa & occasio singulti non data fuisset. In febribus autem & continuis, & tertianis præsertim cum bilis non egreditur, singultus eveniunt, quia, ut ait Hippocr. Initio febrium hepar intumescit, & ἀναπτύσσεται expanditur & exporrigitur. Unde insolentium & terrentium symptomatum enascitur occasio. Ista mulier ad mortem singultiendi fere finem fecit. Nono (ut credo) die interiit.

3. Libro de diebus judicatoriis. Ratio terrificorum & insolitorum sympt. initio febrium & paroxys.

Multis tusses fuerunt siccæ molestæ valde, & dolores capitis incredibiles.

Juvit

Juvit dare narcotica ad compescendam destillationis vim. Deinde, tametsi febris aliqua adesset, sed non tam essentialis quam symptomatica erat; pilularum juvit usus, ut observatum est & in plurimis aliis.

Ophthalmiæ siccæ vagatæ sunt, quibus majoribus erat occurrendum remediis. Contemperantia valde juvabant.

4.

Sed & plerisque, præsertim mulieribus, quarum corpora densiora difflationis beneficio carent, in tibias factæ sunt valde importunæ fluxiones, eæque efferæ & malignæ: quicquid in cutaceis apparebat, erat partim phlegmonodes, partim erysipelatodes. Repressum, refluebat ad alias partes. Adeo effrenis & indomitus erat humor.

Aperto cadavere filiolæ Domini Scaronii Consulis, quæ duos menses integros laboraverat, & febricitaverat, inventum hepar incanduisse præ calore, ut esset friabile. Et quum nata parente utroque sit valde bilioso, cystis fellis amplior omni opinione erat, pro rata partium singularum portione. Pulmones aliquantulum adhærebant, ceterum erant integri, quod mirum, quum humidissimo esset cerebro, & multum tussivisset. At credo tussiendi inane hoc desiderium a fervore hepatis fuisse. Quod notandum. Alioqui vix incolumes esse potuissent. Uterque ren lapidosus erat. Trianguli erant lapides, & inserti in substantiam renis. Alvus variis excrementis toto tempore fluxerat, & δυσεντερικῶς. Incuria mulierum, quæ accersere Medicos nolentes, in trivialibus suis remediis spem posuere, tacite & clam totum rectum intestinum sideratum erat. In cerebro, utpote humidiore, inventa est aqua multa. In hoc peccasse videntur Medici, quod ætatula impediti venam non secuerunt. Nunc scire oportet in pueris etiam, si assiduitas febris sit, si de interno fervore constat, & caloris corrumpentis dominatu, tuto venam aperiri.

Ætatula puerorum non dehortatur venæ sectionem.

Annotavimus paullo ante, quibusdam maculas rubras & exanthemata apparere, nec tamen de iis securos nos esse oportere, licet sine febre sint. Ex lib. 7. Epidemiorum historiam notandam adduximus. Et in squalida constitutione præcedente, ut etiam ante dictum est, & pueris, & mulieribus apparuerunt. Quum sine febre essent, parum curaverunt. Tamen semen mali delituit. Quasi vero quum natura istam promovet excretionem, signum edat aliquod latentis malignitatis, ut licet non adsit febris, saltem ἀξιόλογος, purgatione non sit abstinendum. Id declararunt D. De Chasteauneuf, & Guerard cui utrique quum ea eruptio facta fuisset, non multo post graviter laborarunt. Quum altera nempe D. Guerardi uxor graviter laboraret, collum, & scapulas doleret, & lassitudine ossea vexaretur, per octo dies anteverterunt menses, quod in febribus sæpe evenit. Tunc valde sunt solliciti Medici, an audeant phlebotomiam celebrare, tum ne in posterum periodico fluxui vis inferatur, tum ne quum fluunt menses, καταῤῥοπὴν impediatur, quæ quidem in omnibus morbis bona. Nisi dicas per menses laudabilem sæpe fluere sanguinem, e brachio illaudabilem. Unde plus effectus consequatur. Tamen nos tentavimus phlebotomiam, & convaluit. Vide quæ annotavimus in primo libro nostrorum Epidemiorum.

5.

De uxore veterinarii paullo ante. Ea patiebatur fluxum sanguinis magnum ante partum, & in ipso pariendi tempore. Quæsitum in primo Epidemiorum libro

libro a nobis ſcripto, an partus accelerandus. Quibuſdam videtur æquum, quia tamdiu natura molietur ſymptomatice iſtam excretionem, quamdiu fruſtra conabitur fetum excludere. Aliis non videtur. Et ſi non adſunt tormina, quæ excretionem juvant, arte excitanda quidam credunt. Unde nonnulli argentum vivum deglutiendum dedere. Hic prudentiam Medicorum deſidero maximam, quoniam nondum de ea re definitum eſt. Uxor Piſtoris, & pleræque aliæ animam efflarunt non excluſo fetu, ob iſtam evacuationem præeuntem copioſiorem.

Historia.

In 1. Epidemiorum noſtrorum libro annotavimus, in ſævitia ſymptomatum, quæ erant prænuntia exanthematon (ſed hoc ignorabamus, quia forte cautiores fuiſſemus) nos medicamenta & phlebotomiam tentaviſſe, quum ea eruptio præſto adeſſet. Et tamen innocuum utrumque remedium fuit. Ut jam anile ſit credere, nil in exanthematis tentandum. Immo ex tribus pueris exanthemata paſſis, qui purgatus eſt levius habuit, ut in familia Dom. Amorrhæi viſum eſt. D. Deniſot narrat, Abbati cuidam, quum nil de exanthematon eruptione conſtaret, phlebotomia large celebrata, a prandio erupiſſe illa. Calumniabantur Medicos. Tamen nil inde evenit deterius. Immo quum ſervæ cuidam exanthemata, eaque denſiſſima paruiſſent, nec non lingua intumuiſſet, flagrante etiam malo ſecta eſt vena, copioſus detractus ſanguis, & hoc innocuum fuit. Notandum hoc.

Apparentibus exanthematis etiam celebranda phlebotomia.

Historia.

Docuimus corporibus ſqualidis, bilioſis, ſiccis parcius detrahendum ſanguinem. Item phlebotomias lateris ſiniſtri imbecilliores nos reddere, quam dextri, an ob ſitum cordis? Tamen vidua Barnabæ Panthou jam in ſe ipſa obſervavit alacrius multo ſe ferre ſectionem ſiniſtri, quam dextri brachii. Et nos id vidimus. Sic bonum eſt rogare ægros ut ſe habeant ad phlebotomias ſiniſtras aut dextras.

Quorſum tam reverenter quidam dant medicamenta, & non niſi πέπονα φαρμακεύειν volunt? Quaſi vero tam ſancte audiendus ille Aphoriſmus Hippocratis! Nam quum quis diu ſanus vixit, & repente incidit in morbum (niſi forte is adeo ſit levis, ut nullius egeat cura ac procuratione) numquid humores aut quantitate, aut qualitate peccantes, & præ copia putrefacti & naturam obruentes ſui evacuationem poſtulant? Si fluores alvi copioſos natura molitur, idque legitime & ægrorum commodo, cur non & idem ars efficiat? Si initiis morborum, quum tamen, ſi quando alias, omnia cruda ſint, laxamus alvum, cur non audacius aliis temporibus, niſi quum natura eſt proxime morbum aggreſſura? At fateor in inflammationibus medicamenta non conferre, præſertim validiora. Sed ſi meſenterium obſtructum & humoribus plenum, cur non pharmaca præſcribes?

Gerardi Deniſoti herpetas miliares, & διαθέσεις ἀφθώδεας, tum in ore, tum circum oſculum ventriculi patientis commemorabilis eſt hiſtoria. Hic bilioſus ἄνω ſemper fuit. Et vomitionibus aſſiduis obnoxius eſt. Magna illius humoris eſt & πικρότης, & ὀργασμὸς, & ἀναῤῥοπὴν. Præterea τὰ λειεντερικὰ patitur ſæpe. Cauſa ad eumdem humorem referenda eſt. Galen. enim Aphor. 12. lib. 4. aphthas in ore ventriculi leienteriam inducere docet. Sed ad hunc virum, & ejus morbos valde pertinet id quod Hippocr. ſcribit in lib. 2. Prorrhet.

in

" in quem librum Galenus commentum non scripsit: Leienteriæ continuæ, &
" diuturnæ, egestione subeunte cruda, aut nigra, aut graveolente, omnes
" malæ. Sitim inducunt, potum ad vesicam non promovent, os exulcerant,
" ruborem elevatum in facie elevant, maculas solares omnis coloris excitant.
" Ex iis homines fiunt impotentes, &c. Legatur locus, quoniam veram ideam leienteriarum explicat, & symptomata, de quibus nemo umquam scripsit.

Dominus Le Noir, sub finem Æstatis, & circa ejus medium varie afficiebatur. Vere melancholicus est, olim valde biliosus: Abundat calore acri & corrumpente alimentum. Nec vere proficit edendo. In quartanam aut similem morbum casurus erat, nisi provisum fuisset. Eum medicamentis lenibus identidem repurgavimus. Multa illuvies educta est humorum. Quum tamen non multum abundaret sanguine, quærebamus an sanguis esset mittendus. Ter misimus. Illaudabilis erat. Multis ultro citroque factis convaluit. Venas latas habebat, ideo minus phlebotomias reformidavimus, ut ante annotatum est. Similis huic est historia in Epid. Vir quodam morbo tenebatur, quum
" sine cibo esset fortiter in ventre sugebat ac dolebat, quum edisset ac contriti ci-
" bi essent, tempusque post cibi esum accessisset, non longe postea idem pa-
" tiebatur. Corpus tabescebat ac consumebatur, alimentum non contingebat
" a ciborum esu, per alvum secedebat cibus pravus ac combustus. Quum re-
" cens cibum cepisset, ipso tempore minime sugebat, nec dolor aderat, nil opis
" sentiebat a medicamentis. Ubi vena secta esset in utraque manu, donec exsanguis redderetur, postea utilitatem percepit, & a malo liberatus est. Idem erat quod & in ea muliere extenuata, in qua largam sanguinis detractionem fecit Galenus. Porro quum illam historiam particularem proponit, explicat iisdem verbis quibus usus est, eum morbum quem ἀνάντλω vocat sua lingua. Quo morbo interiere Marescallus in ripa Sequanæ, & Balduinus Medicus, & Dom. d'Hodeville, & quibus omnino hepar biliosius, siccius, & squalidius, ut pravi omnino humores generentur, & hepar ipsum non amplius suum velit facere officium.

Initio lib. 5.

Audacter detrahẽdus sanguis extenuatis.

Ichor & sanies maxime dolores & morbos excitant. Unde de eo in libro 1. Epid. annotavimus. Et mirum non est si Autumno morbi potius qualitate, quam quantitate humoris agitent nos. Hippocr. enim divino velut oracu-
„ lo, quod nemo observavit, ait Autumno atram bilem & saniem succrescere,
„ quod siccus sit & frigidus. Saniem autem istam aquosam & sanguineam dicit.
„ Et sub finem hoc plenius explicat, dum ait. A 26. Novemb. ad 12. De-
„ cemb. sanies augetur, ideo acerbis & austeris utendum. Hinc profluviorum in Autumnum incidentium maleficium & diuturnitas.

Ichor & sanies animant morbos & dolores maxime excitant.
Lib. de hom. structura.

Libro 1. nostrorum Epid. annotavimus de falsa imprægnatione. Ad quam disputationem duo addi possunt. Prius, an fiat, ut diversis temporibus verus fetus excludatur, & mola, aut falsum germen vulgo vocatum. Quoniam in Damisella de Briaco legitimo partu pusio exclusus est, viginti post diebus veluti mola exclusa est, & erat αἷμα σαρκῶδες, ut in libris de morbis annotat Hippocr. Quod ad hoc pertinet, videtur fieri posse, & id Hippocr. observat:
„ Mulieri, ait, cum aborsus factus esset mense quinto gemellorum, ab altero
„ quidem statim liberata est, ab altero prius aut posterius quadraginta diebus.

Lib. 7. Epid.

" Se-

Secundum est, ut discernas, an sit sanguis solum, an vero pelliculæ sint. Quoniam hic decipi facile est. Si sanguis est, aqua calida solvitur: si caro, & pelliculæ adsunt, restant post affusi sanguinis eliquationem. Tamen quidam dicunt in audacibus & calidioribus sanguinem per se in aliquid carnosum & pelliculosum cogi posse, ratione fibrarum, quæ ipsæ sunt ejus rei causæ effectrices. Contra in timidis id fieri nequit. Facile enim liquatur sanguis, carens scilicet fibris. Et in Joanne Dorleans, malis moribus prædito, & audaci & feroci veluti caruncula repertæ sunt, eæque oblongæ in orificiis vasorum, a corde ad pulmones pertinentium. Credunt in eo sanguinem concrevisse a calore, utpote maxime fibrosum, & id induxisse.

Quidam difficulter spirabat, anhelosus erat, macruerat. Omnes accusabant pulmones. Aperto cadavere nil commemorabile in pulmone repertum est. Cor (quod admirabile est) majusculi capitis magnitudinem adæquabat. Adeo increverat, ut omnis sanguinis & spiritus eo facta sit συῤῥοὴ, & συνδρομή.

Puello difficultas deglutiendi, & papillæ mammarum apprehendendæ. Cornicula circum circa collum applicita. Quam mox restitutus est.

Refectoris impluviorum uxor prægnans latus dextrum dolet. Dum sana est, de eo querula est latere. Fortassis quia pars hæc infirmior est, aut hæret pulmo ad costam. Mirum quod contingit. Quum febris increscebat, quæ certe erat partim essentialis, partim symptomatica, tantus dolor erat, ut summam difficultatem spirandi afferret. Ergo non erat pleuritis, sed dolor lateris pro motu febris, & humoris exacerbatus. Nam quicumque laterum doloribus est obnoxius, dum febris adest, aut adesse debet, dolet tunc latus, eodem modo ac si pleuriticus foret: frangente se febris calore, minuitur dolor. Quod arguit dolorem istum accidentarium esse. An his sectio venæ confert? Confert, sed non sæpius repetita, quia non tam fit per inflammationem, aut impactionem, quam infirmitatem, ut quæ pars infirma est, facile corpori condoleat. Maxime vero sese profert dolor in gravidis, ob compressionem vasorum a vasis.

Vide lib. 2. Consiliorum.

Mulieri pene strangulatæ, & ventrem dolenti applicuerant mulieres ad abdomen calefactoria & emplastra. Medicus talis applicationis inscius venam secat. Sanguis pigre fluit. Amoventur forte fortuna ea quæ ventri adhærebant: copiose fluxit sanguis. An non si cui pleuritico venam aperias, & cataplasma lateri applicatum sit, id sanguinem sistet? Credibile hercle id est.

ANNOTATIONES.

1. *Vidimus multis pueris, immò & matribus corpus exanthematis rubris infectum. Sine febre erant, & nulla ἀποσιτία. An de iis nos esse securos oportet? Nequaquam, tametsi absit febris. Nam Hippocrates narrat de puero, cui sine febre exanthemata paruerunt. Secutæ sunt convulsiones, & mortuus est. Omnia tuta timenda sunt. Vide 7. Epid.*

2. *Et parotides in siccitatibus apparentes non necesse multum suppurari, ut etiam ex. 7. Epid. patet.*

3. *Alio loco observavimus, biliosis non ita sæpe corruptum detrahi sanguinem. Quamquam in aliis qualitatibus est quidam excessus, sed is non est manifestus.*

4. Im-

4. *Immo plerasque vidimus ischiadicas. An ischiades in siccitatibus? De hoc ambigit Galen. in Aphorismis. Notandum hoc tamen. Sed erat inaequalis tempestas, praesertim ob incipientem hiemem. Nec enim siccitas id per se facit.*

5. *Puerorum aetas virium substantia abundat. Verum quandoquidem calidum humidumque corpus obtinet, perspirabile, delicatum, molle, quodque assiduo digeritur ac defluit: sanguinis tamen missionem, ut adultorum, urgente morbi magnitudine & praesente virium robore fert. Quod vero Galenus pueris venam non secuerit ante 14. annum; id de plena & larga sanguinis profusione, veteribus, etiam ad leipothymiam, consueta audiendum. Atque ita Avenzoar se filio suo trimo venam secuisse salutariter testatur. Quum enim Medico liceat naturam imitari, ut illius minister: sponte autem natura tum pueris, tum lactentibus infantibus abunde profluat sanguis e naribus: quidni liceat naturam imitari, aliqua licet virium imminutione & jactura? Optandumque magis est, ut offensis quodammodò viribus a morbo vindicetur puer, quam, servata plenitudine, interna alicujus inflammationis aestu & fervore intereat. Non est igitur aetas, quae non aliquem vacuationis modum ferat. Interest enim, non quae aetas sit, neque quid intus geratur (ait Celsus) sed quae vires sint. Firmus puer, robustus senex, gravida mulier valens tutò sanguinis detractione curantur.*

6. *Ea de re Aphorismus est ex Coacis citatus in lib. 1. Epid. nostrorum; sed Galen. comm. in particul. 50. lib. 3. Prorrhet. hoc plane explicavit. Et id maxime contigit filiae D. Angenoust.*

7. *Ad hunc locum pertinet locus Galeni cap. 5. lib. 9. meth. Si tempore mittendi sanguinis menses moveri contigerit, si fluentis impetus inspectus satis fore videbitur, qui solus, quod requiris, vacuet, naturae rem omnem permittes: sin minus, tantum ipsi detrahes, quo ex conjunctis ambobus perficiatur quod postulas.*

8. *Quum morbus siccus, & crudus dicitur, id fit non quod non sit materia ad excretionem sequax, sed quia ratione febris superficies interna ventris ardet, & materia ipsa. Sic non est a purgatione abstinendum, praesertim per lenitiva medicamenta. Nam lenitivum & refrigerans catharticum praeparat (quod coquere est quodammodo) & evacuat.*

CONSTITUTIO HIEMALIS

Anni Domini 1575.

QUICQUID dicat Aphorismus iste, *Siccitates imbribus salubriores*; oportet distinguere αὐχμὸν, & ξηρότητα. Nam siccitas bona est, sed αὐχμὸς, & tempus αὐχμηρὸν malum est. Nam excessum in siccitate facit, & osten-

In squaloribus dolorificae

ophtalmia sect. 7. lib. 6. Epid.

1.

Aliud est dicere ętates, aliud naturas, ad part. 78 sect. 2. lib. 1. Epid.

ostendit. Et qui humores tali tempore dominantur, non tam humores sunt, quam ἰχῶρες, & serum αὐχμηρόν. Et non est quod dicat quis in squaloribus ipsis nullum aut paucum excrementum redundare: Ut ea ratione in siccitatibus dolores articulorum fieri non putarit cum Hippocrate Galenus. Bifariam aut trifariam respondemus: Primum quovis tempore, etiam sicco, potest proventus esse humorum, aut potius ichorum: ut non tam quantitas ejus quod superfluit, quam ejus qualitas consideretur. 2. si adest serum superfluum in corporibus tempore squalido, non tam adest prima generatione materiali, quam formali. Idest: Si præcedat humiditas multa, deinde repente adveniat constitutio pluviis carens, immo squalens & caliginosa, aderat materia, ratione antecedentis humidæ tempestatis: sed succedente sicca & squalida, absumitur quidem crassior quædam pars, sed serum quoddam remanet, propriam habens generationem, διὰ τῆς αὐχμῆς, quod deterius toto humore. Tertio si qualis aer, tales spiritus & humores, quis dubitat quin spiritus nostri squaleant, item & humores? Quarto, in αὐχμοῖς etiam alimentum ipsum aret & squalet. Sic partes nostræ internæ arent & squalent in ejusmodi statu. Unde videmus corpora emaciari, & quæ tenuia sunt corpora, & λεπτὰ, ea pene extabescunt. Adeo magna vis τῶν αὐχμῶν. De his diximus in primo tomo Consiliorum nostrorum in voce τὸ ξηρόν. Et nisi nos ipsi vidissemus, numquam credidissemus tantam esse vim squalorum. Æstas quidem per se ista squalida sana fuit. Sed totus autumnus, & hiems male sana fuit. Autumni initio (ait Hippocrates) serum dominatur. Quod (credo) fit bifariam, tum ob intempestivum usum fructuum horariorum, tum ob præcedentem æstatem, quæ adussit humores, & nescio quam siccitatem in partes solidas induxit: Et quum humores aliquatenus usti sunt, eorum serum deterius est, & ob empyreumatis vim, & nescio quam impressionem, quam recipit ab autumni inæqualitate, maleficiis multis sese profert ac ostentat. Jam ante docuimus dolores capitis summos in ejusmodi squaloribus vagatos esse, ophthalmias siccas, & αὐχμηράς, species quasdam ignis sacri in tibias, in brachia. Quasdam paralyses, non valde contumaces, sed malas, ob effrenem vim seri. Maxime vero autumno finito, Ischiades genus muliebre vexarunt. At numquam ischiades in siccitatibus? Non quidem ratione ipsius temporis, nec quamdiu viget tale tempus, non adsunt. Sed quum repressus est squalor succedente autumno & hieme, tum dolores isti populati sunt: nec quosvis tenuerunt, sed mulieres. Quod his de causis contigit. Fusio fit ob squalores, corpora perspirantia non tam graviter habent a fusione ipsa, minimum perspirabilia læduntur: at tale genus mulierum. Item tum demum isti dolores fuerunt, quum squalidum tempus autumnalis constitutio & hiemalis excepit: ut non sit mirum, si in corporibus astrictis, ob proximitatem constitutionum pene contrariarum, mutatio facta fuerit magna. Et arthritides, & ischiades etiam in mulieribus diuturnæ non fuerunt: quia non erant genitæ a frigidis & crassis humoribus, ut fere fit, sed a sero quodam. Unde clamosæ quidem fuerunt, sed non diuturnæ.

Lib. de struct. hominis.

2.

3.

Nunc videamus duo, cur mulieres eo non solum tempore potius ægrotarint quam viri, sed etiam tota fere hieme; an quiddam tale umquam reperiatur

riatur apud Hippocratem. Quum natura frigida mulierum modico contrariorum usu gaudere videatur, squalidum tempus forte conferet, absumens humiditatem multam. Posterius, quinam alii morbi post tonsillas, ischiades, dolores capitis in hominum genus misere invaserint.

Ac primum quod in squaloribus mala dolorifica ab indomito potius sero subtus serpente, quam a multa materia, in vulgus sæviant, præter ea quæ superius dicta sunt, illud est commemorabile, quod scribit Hippocrates, dolorificas admodum ophthalmias in squaloribus vagari. Immo si viveret Hippocrates, non posset melius describere morbos, qui eo ipso tempore vagati " sunt. Nam & meminit tussium vehementissimarum, & peripneumoniarum, " & ante æquinoctium faucium inflammatarum, & levium siderationum; Deinde sub finem ait: Et eruptiones in æstate fiebant, & in siccitatibus lippitudines dolorosæ populariter grassabantur. Primum viri potius tussiebant quam mulieres, quia (ait) foras magis prodirent viri quam mulieres. Et post dicit: Anginæ famulas frequentius corripiebant, quibus & violentissimæ fiebant, & eas interimebant. Unde infra annoto de serva Consulis Scaronii, cui talis erat angina sicca, & tanta siccitas, & αὐχμὸς in faucibus, ut præ salivæ defectu illa fere suffocaretur. Et prout injiciebatur aliquid madefaciens & humectans, ita illa facilius respirabat. Denique multis abscessus, & ardores circum faciem, fauces, oculos, ut in eorum canthis pruritus intolerabiles, tumores sub lingua, & ad guttur.

Sect. 7. lib. 6. Epid.

4.

Sed & innumeris dolores ventris inferioris a dispositione inflammatoria, ut potius ad phlebotomiam recurrendum esset, quam ad catharticum. Adeo præsentis abscessus erat metus. Multis venam secuimus, & profuit.

Phlebotomia præferenda cathartico præsente inflammatoria dispos. ventris inferioris.

Dolores capitis cum specie febriculæ in capite eo modo perseverarunt, quo diximus initio libri hujus. Fratris D. De lavau historia fidem facit, & ejus qui moratur ad insigne floris lilii albi: Cui utrique hemicrania erat intolerabilis, incipiens a septima matutina quotidie ad quartam aut quintam serotinam; cum tanta acerbitate, ut fere in desperationem inciderent.

Inter cetera mirum fuit, quod fere tota hieme, & ad mensem Januarium solæ mulieres fere corripiebantur. Hippocrates tale aliquid observat: Ait enim, loquens de pustularum eruptione in squaloribus. Nulli masculo tales erupisse vidi. Nulla autem mulier mortua est, cui hæc fiebant. Et horum rationem reddit etiam in Epid. Mulieres nequaquam similiter ac viri morbis corripiuntur.

Sect. 3. lib. 2. Epid.

Quærat quis: Qui fit ut in eodem tempore quidam juvenes, qui natura calidissimi sunt, & mulieres quæ contra sunt frigidissimæ, iisdem capiantur morbis. Nam temperamentum diversum est. Admirandus est Hippocratis locus, ubi notat & calidissimos, & frigidas mulieres, frigidissimasque naturas iisdem morbis obsideri. Galen: summus interpres ait aliud esse considerare ætatem, aliud naturam. Nam ratione ætatis juvenes per se, & proprie morbis corripiebantur, per propriam generationem. Sed mulieres ratione suæ naturæ ex eventu laborabant, per suppressionem tantum.

Juvenes & mulieres contrario temperamento cum sint, iisdem morbis corripiuntur, Sect. 2. lib 1. Ep. par. 7.

Sub finem hiemis mulieres non fuerunt a morbis immunes, ut nec ante. Nam plerasque eodem tempore tenasmi dolorifici vexarunt, ut populariter in mulieres, & gravidas præcipue vagarentur.

Quibus natura infirmi erant pulmones, & vitiati, illi derepente in febrem inciderunt, in dolores lateris, in peripneumonias, quæ intra quinque & septem dies mortem attulerunt. Multos interiisse vidimus. Qui primo quoque tempore curati, antequam febris aucta fuisset, & auxisset usum respirationis, ii fere evaserunt. Nam dum febris magna est, licet primum ipsum pulmonem non sit adorsa, oportet augeri usum respirationis, & duplo magis pulmonem moveri. Et sic quæ ratio est totius corporis impuri, eadem & unius partis. At si quis impurus laborat, & exercetur, ulcera erumpunt: sic si ratione aucti caloris pulmo duplo magis movetur, si qua labes, aut sanies, aut abscessus latens, aut ulcus, ea sese manifestant. Unde inopinato post febres parvi momenti, derepente succedit species quædam falsæ peripneumoniæ, quæ excitatur in pulmone, qui movetur veluti commota camarina: idest ea vetere impuritate, quæ pulmonis parenchyma offercit. Testatur historia mercatoris, ad insigne trium corollarum. Qui quum febre exigua, & veluti typica laboraret, ut fere decumbendi necessitas non esset, & flueret gonorrhœa, ut propterea sectio venæ, quæ parum profutura videbatur, differretur: tertio post die exacerbatus est, & continua febris tenuit, tussicula inanis, nonnulla difficultas spirandi, postmodum dolor lateris sinistri: sequenti die sputum varium, cruentum, plane vitiosum, expectoratum est, alvus lata excrementis subviridibus, cum epanthismate spumoso, aucta difficultas spirandi, ῥέγχος, ἐφίδρωσις. Nono mors. Primis diebus nil tale exspectabatur. Hujus rei rationem paullo ante reddidimus.

De pulmonum morbis.

5.

6.

7.

Domino De son-lebon dolores nephritici, octavo aut nono die excreta est per penem materia acidissima, & frigidissima. Dixit se plane convaluisse. An id tantorum dolorum causa esse potuit? Ita sane, si verum est, quod Galenus de dolore colico a pituita vitrea narravit.

Uxor Domini Denisot diabete laboravit. Eamdem acidam pituitam eum affectum committere signis colligebant. Revera tenasmos & dolores a tali pituita ortos fere crudeles omnino fuisse vidimus. Testis tenasmus fabri lignarii tam diuturnus.

An bene faciunt, qui præsumi aliquid ante phlebotomiam volunt, ut vires valeant? Hippocrates suo tempore id faciebat. Galenus non probat, nec interpretes, quod nostris temporibus, quibus ventri indulgetur, ventriculus multa pituita, tanquam semicocto alimento, scateat, nec ita jejunus sit, ut erat tempore Hippocratis, quod homines temperatissime viverent. Immo (dicet aliquis) nostro tempore quum multa sit cruditas, non minus metuendum est viribus, quam si omnino vacuus esset ventriculus.

Lib. de ulceribus. Præsumendum aliquid ante venæ sectionem ut vires valeant.

Vidua Barnabæ Panthou sæpe nephritica erat. Aliquando e vesica detractus lapis. Tandem post multos dolores nephriticos doluit inguen sinistrum. Febricitavit. Mox in imo ventre dolor erat intolerabilis. Jactatio. Vomitiones assiduæ. Immo dolor ad pectus. Variæ admodum species erant doloris. In sinistro hypochondrio tumor apparebat magnus, & durus. Quidam vere splenem intumuisse dicebant. Alii renem. Febris marasmodes. Convulsiunculæ. Frequentes leipothymiæ. Involuntarie profluebat urina. Species quædam erat diabetæ. Urinæ tenuissimæ; aliquando cruentæ. Post multos dolores, mors.

8.

Aperto

Aperto cadavere ren sinister inventus est lapide obsessus exiguo. Ren in magnam molem undequaque increverat. Adæquabat renem bubulum magnitudine. Paullum saniei in eo erat. Dexter adeo parvus erat, ut fere reperiri non potuerit. Macruerat multum. Numquid verum illud, a renibus febres marasmodes contingere?

Dominus Denisot narrat de quodam juvene nobili. Huic erant ulcuscula nulla arte sanabilia. Recrudescebant sanata. Tandem visum est optimum, si hydrargyro oblineretur, & tamen sputatio seu salivatio non procuraretur. Sine relapsu convaluit.

Mala ulcera hydrar. curantur.

Recens nuptæ dolor ad sinum pudoris. Ulceratio aliqua. Caruncula increverat. Accusatur maritus. Tandem reperiunt affectum esse eum, quem Hippocrates vocavit collumellam, sub finem libri secundi de morbis mulierum.

Duci Lotharingiæ mortuæ post dolores acerbissimos, ad imum ventrem repertus est omnino revolutus, & complicatus uterus. Hunc morbum non omisit summus Hippocrates, quem vocat complicationem uterorum.

Rhotomago venit mulier a Medicis relicta. Hæc appetentibus mensibus angitur, dolet, furit melancholicorum more. Quid rei sit dubitant. Tandem colligunt eum esse affectum, quem Hippocrates in libro de morb. mulierum vocat *Atram bilem in uteris*.

Supra notavimus, initio autumni, & principio hiemis, multas mulieres ischiadicas factas, quum id videretur fieri ratione æstatis præcedentis squalidæ & omnino siccę. Si mulierum corpus humidum frigidum, cur non juvabatur ista æstatę, & tempore squalido? At per id tempus attenuati sunt humores; & quum præ cutis densitate exitum non haberent, suppressione ipsa potius hoc morbi genus adduxerunt, quam si humor non esset attenuatus. Galenus non probat in Aphorismis, quod Hippocrates dicat arthritides in squaloribus vagari: „ Dolores articulorum, qui fiunt ex fluxionibus, nullo modo per siccitates „ vagantur. Denique concludit non vere arthritin eo tempore fieri, sed passionem quamdam articulorum, nimirum difficultatem quamdam motus ob siccitatem immodicam. Verum quidem est hoc in maribus, sed in mulieribus contra potest evenire. Nimirum quibus corpus paullo calidius, eæ possunt incidere in arthritin, diffusione humoris qui exitum non habet. Declarant duo id quod diximus. Nam non æstate ipsa cœperunt fieri arthriticæ, sed autumno, & incipiente hieme. Idque ob suppressionem. Secundo non quævis mulier ischiadica fuit, sed eæ præsertim eam affectionem tulerunt, quæ inter mulieres essent calidiore temperamento, & fervidiore hepate, & sanguine, & serosiore. Savonarola contra Galenum docet quomodo siccitas ischiadem inducat: mala complexio sicca " operatur dolorem juncturæ exsiccando, & prohibendo consuetum fluxum hu" miditatum, unde deinde ad juncturas mittuntur. Etsi enim mulierum genus omnino frigidum & humidum, facta cum viris comparatione: inter mulieres sunt, quæ abundant calore acri: & qui tales humores generat, ut suppressione tenuissimæ bilis & ichoris, maxima in congeneres morbos propensio fiat. Declarant ea quæ paullo diximus ante ex Epid. ubi annotavimus & juvenes, & mulieres multas communi morbo prehensas fuisse: juvenes per se, & propria generatione, mulieres vero per accidens, & sola suppressione, & τῇ δυσδιαφορήσει

16. lib. 3.

Differt Arthritis ab articulorum passione.

Lib. 1. Epidemiorum nostrorum.

Notavimus jam ante, multis oboriri dolores lateris, qui aut secta vena, aut aliquo remedio usurpato, statim evanescunt. Et propterea securos esse non oportet. Nam inde sæpe peripneumonia succedit. Immo isti dolores lateris sunt tantum accidentarii, nimirum per resudationem seri acriusculi, in corpore ipsius pulmonis stabulantis. Et quum febris adest, & præsertim thoracem occupat, fit velut ebullitio humorum, & orgasmus, & hinc modo in dextro, modo sinistro latere dolor oboritur, qui pleuritin refert, sed non est. Et Medici statim secant venam satis imprudenter, & quum febris perseverat, æstus, sitis ingens, & difficultas spirandi perseverat: tamen securi esse solent, & bene actum cum ægro putant, quod tam levi remedio cesserit malum. Sed fovetur in pulmone multo deterius malum, nempe phlogosis a fervente ichore, & sanie in corpore ipsius pulmonis. Ac primum aliquis dubitarit, an inflammatio pulmonis dolores in lateribus excitet. Primum id experientia vidimus. Immo plerique vix distinguunt inflammationem pulmonis cum febre conjunctam a febre causode, quod vera inflammatio pulmonis raro adveniat; sed illi fere peripneumonici intereant, quorum pulmones infirmi natura multam saniem collegerunt, unde corruptio ipsius pulmonis secuta est. Vidimus apertum cadaver Joannæ Navarrhorum Reginæ, & Caroli Noni Gallorum Regis, & Joannis le Myre (de quo in primo Consiliorum tomo dictum est) & mercatoris ad insigne trium corollarum (de quo ante) qui omnes interiere a latente peripneumonia, præcedente dolore lateris aliquo, sed non magno: & iis omnibus corpus pulmonis putre erat, & saniosum, & fœtentissimum. Carolus Rex peripneumonicus erat, sed inflammatio vere eum non sustulit, quamquam dolores lateris eum sæpe fatigarent. Sed alii vere peripneumonici intra sex aut septem dies periere; quum in latere dolor ortus esset, qui derepente evanuit. Et quæ inde peripneumoniæ, & febres, focum in pulmone habentes, nascuntur, decipiunt Medicos. Hippocrates quum peripneumoniam describit, ait. Peripneumonia fit quum pulmo sanguinem, aut pituitam salsam in se attraxerit. Ab initio, & per totum morbum tussis arida & acuta, rigor, febris, dolor in pectore, & in dorso incumbit, aliquando etiam in latere, erecta cervice spirat. Maxime vero observavimus in iis dolores laterum excitari, quibus aut thorax hydrope laborat, aut pulmo duriusculus sanie multa scatet. Quod in superioribus visum est. An talibus phlebotomia confert?

9.

10.

Lib. de internis affectionibus.

11. Ad insigne floris lilii albi hemicrania intolerabili quidam cruciabatur. Dolor talis erat, qualem descripsimus, & vagari diximus ante. Pilularum potentium usus profuit. Natura particularem in tempore sinistro sudorem provocavit. Conferebat. Arte, & ministerio provocatus est sudor amplius, melius ei fuit. An non quum crudeliter caput dolor affligit, præeuntibus universalibus hidrotica dare bonum, ut serum præcipuus doloris auctor, educatur? Revera id confert.

12.

Acerbis doloribus capitis hidrotica conf.

Virgo jam menses multos medicamentis agitata, & serva D. Damours non convalescebant. Dolores capitis perseverabant, & totius corporis. Tandem pilulis sine quibus, & communibus usæ sunt ante pastus. Profuit valde: deinde sarsæparillæ decoctum satis dilutum imperatum est. Eliciti sudores per

qua-

quatuor dies. Mirum in modum profuit. An non simile usurpare licet? Immo, ubi seri suspicio est, contemperare oportet, & sudorifica præscribere.

Quartanariis, præsertim quibus sicciora sunt viscera, multi eliciuntur sudores, & vix allevantur. Quibus non manant sudores, dolores ὀστοκόποι oboriuntur in tibiis, brachiis, lateribus & sterno. Immo ad claviculas tantus dolor oboritur, qui pleuritidem ementiatur. Incredibile dictu, quantis doloribus affligantur. His levissima medicamenta, & præsidia prosunt: officiunt vehementiora, licet humor sit melancholicus. Litus ex chalasticis, refrigerantibus, obtundentibus, sacculis furfure plenis, & lacti immersis, panis e clibano recens eductus, & lacte tepidiusculo inebriatus confert. Mabirius satelles, & uxor Gabrielis Ruadæi id testati sunt. Numquid, si vires ferant, egelidæ balneum confert, usus syrupi de pomis redolentibus, & lactis asinini potus?

Qui fiat, ut siccis, & squalidis corporibus sudores eliciantur, explicuimus lib. 1. Consiliorum.

Presidis Doursæi servo dolor colicus, vomitiones, adstrictio alvi. Calida lintea immisericorditer applicata. Post dies aliquot, cum non esset levatus remediis, horruit, & convulsus est. De funere cogitabatur. Unde hoc? An quia ad genus nervosum suppressæ materiæ virus traductum est; An quia natura quamdam crisin moliri voluit; sed quum omnia cruda forent, id inaniter molita est, & ita in inani isto conatu tam gravia symptomata surrexerunt? Idem contingerat uxori Equitis Tancré, de qua in primo tomo dictum est. Servus iste ducta alvo, & misso sanguine convaluit.

Mulier quædam gravida pleuritide infestatur. Mittitur sanguis ei abunde. Vi morbi peperit. Pleuritica fit. Iterum atque iterum demitur sanguis. Dysenteria crudelissima succedit. Eam tamen impune fert. Omnia conclamata sunt. Non ita post exanthematis nigris totum corpus maculatur. Iterum secatur vena. Miraculo convaluit. De morte certa spes erat. Numquid fortuna sæpe industrium, & minime timidum Medicum juvat? Sic mulieres quatuor animas habere dicuntur. Et politico loquendi modo Hippocrates de "quadam muliere loquens ait, mortua est quinquies, ut e vita discessisse "putaretur.

5. Ep.

D. Fernelius cap. 11. lib. de urinis docet quomodo pauca aliquando sit urina, morbo in urinarum ductibus existente. Et male Medici agitant ægros, morbum pro morbo supponentes.

13.

Claudio Gujot septuagenario febricitanti urina supprimitur. Ad calculum causam revocant falso. Mortuo fibræ vesicæ vim passæ videbantur. Ureterum & vasorum spermaticorum magna erat amplitudo. Quomodo suppressio urinæ contigerat? Jam senex immoderatius coibat. Et forte ob inanem conatum vasa vim passa effeminabantur. Sic non satis legitime serum prolectabant, & minimo obice urina supprimebatur. An coitus immoderatus supprimit urinam? Ambrosius Paræus id annotavit. Credo auctorem, & rationem subsidiariam habere.

Coitus urinæ suppres. causa.

Multis ementitus Diabetes. Causam ad renum affectionem referebant. Mortuis contracta plane vesica reperta est, cum gangræna, & tumore σφακελώδει, in capacitate ipsius vesicæ. Quod notandum est, ne quis decipiatur.

Mercatori lue infecto litus & frictiones adhibentur. Imprudenter & temere id præstabant barbitonsores, ut in usu hydrargyri sunt valde liberales. Post quintam frictionem repente sialismus suppressus, raptus ad cerebrum. Deliria. Convulsiones. Mors.

14.

Rachel Præsidis Grosset serva quum forte Dominæ suæ scrinia & secretiora loca incendisset, jacturamque magnam attulisset, de isto casu mœrens ac contristata, quum incussus ei de carcere esset metus, contractis visceribus doluit latus dextrum. Pleuritis non erat. Secta vena. Paullo post quum inhorruisset, & paullum contracta convulsaque videretur, mente mota est. Capitis dolor intolerabilis erat. Datum pharmacum. Iterum atque iterum repetiit ista mentis perturbatio. Non tam erat παραφροσύνη, quam παρακή, ut Galenus in Prorrh. annotavit. Deinde sinistrum doluit hypochondrium. Detractus est sanguis ex utroque brachio, plane putris erat. In humorum magna perturbatione nullum præsentius remedium phlebotomia.

Meroris, & tristitia effectus.

Quum serva D. de Roissi, nomine Senlis, serina in collum, & humeros, & spinæ mediam partem destillatione laboraret, nil accommodatius reperimus, quam uti butyro recenti, & sacculis contemperantibus. Sudor elicitus est. Melius omnino habuit. In omni dolore a diffusione seri, nil prius quam provocare sudorem.

Sudorum provocatio confert destill. serina, & doloribus a seri diffusione.

15.

Viduæ Barnabæ Panthou historia explicata est ante: & mentionem fecimus de diabete: meminimus tumorum, & dolorum ventris, inguinum. Incredibile est, quanta symptomata afferat ren male affectus. Ad eam historiam valet id quod diligenter annotavit Arculanus, in caput de fluxu urinæ: inter signa, præsertim si ingens adest sitis, & aqua, quæ bibitur cito egrediatur, viscera uri videntur, lumbi intumescunt, testes & coxæ, & si mordens caliditas in visceribus augeatur, venter superior corrugatur, & venæ in ipso elevantur, universus habitus gracilescit, & tabes accidit gravis. Revera, latens erat Diabetes, & quia mulieres non facile sua detegunt, consumta est vi febris lentæ, & exhaustus omnis humor. Non dissimili modo interiit Nicolæa Honore. Sed quum hic morbus aliquid habeat admirabilius, in majus opus Consiliorum nostrorum reduximus.

Mulieres & homines vinosos, & colore ἐρυθρὸς vidimus quadam specie Diabetes affectos. Attulerunt ad nos urinas, stillatitiæ rosarum aquæ simillimas. Ad stomachi indigestionem revocant quidam. Nos contra ad caliditatem summam, & siccitatem quamdam extremam hepatis, & renum. Uxor mercatoris D. P. satis docuit, & ea est vinosissima.

In celebri hospitio vulgo de Nesse, nobilis quidam vomebat sanguinem affatim. Is erat florentissimus. Per alvum excernebat infinitam copiam materiei sanguinolentæ, pici liquatæ simillimæ. Post quædam remedia omnia cessasse visa sunt. Tertio post die, quum eadem rediissent, non ita longe post interiit. Sic verissimus Aphorismus Hippocratis quarti lib. Longa quartana detentus fuerat, in equitationibus magnam vitæ partem consumserat. Credibile venam magnam ruptam esse. Sed maxime circum lienem mali sedes erat.

Doctor Medicus certo affirmavit, vidisse se quemdam quartanarium, cui in decursu febris ulcuscula toto corpore paruerunt maligna. Consilio quorumdam frictio-

Quartana febris & ulcu-

frictiones ex hydrargyro usurpantur. Sanantur ulcera, immo & febris ipsa quartana.

Scula maligna hydrargyrosi sanata.

Nobilis vir annos 23. natus, temperamento satis bilioso, cladem Gallicam patiebatur. Aderat & febris quartana, quam a virore venereo nasci putavimus ad mensem Februarium. Dolor erat ad nothas costas, qui non nisi post illitionem evanuit. Adeo varia ea sunt, quæ afferre solet lues ista! Præcesserat ulcus malignum in pene, qua parte decurrit & situs est nervus ille insignis, tamquam tubus perforatus. Erat dysepuloticum. Quod a ferino esse demonstrabat. Jam partes carnosas prehenderat lues, & ad nervosas spermaticasque pervadebat. Dubitabamus, an quum ista febris adesset, illum, ratione luis, ad solennia remedia adigere deberemus. Tandem vicit ea opinio, ut crederemus satius esse augeri febrem, quam sinere istud virus longius ac profundius serpere. Hoc monitum velim, ut cautio magna adhibeatur, ne contrariæ indicationes aliquando nos transversos agant. Totam rei historiam in secundo tomo Consiliorum meorum pertractavi Consilio secundo.

Ad particul. 10. lib. 2. de diæta acut.

De sanguine sæpius diximus. Nunc unum obiter admonendum, quoniam in judicio ea de re ferendo plerique alucinantur. Supponit Galenus alias sanguinem esse pituitosiorem, alias rubicundum, & propterea naturalem, alias melancholicum. Supponatur item aut pleuritis, aut alia dispositio inflammatoria in parte aliqua. Qui in parte ipsa sanguis est, & proxime adest, vi inflammationis mutatur. Qui in remotioribus partibus, immutatus est. Nunc res revocetur ad examen. Si talis aut talis fuerit sanguis, qualis circum partem inflammatam mutatio eveniet? Si, inquit, pituitosior fuerit sanguis natura, ille qui e parte inflammata proxime educetur, rubicundior erit. Quod est notandum. Qui rubentior est & floridulus, vi inflammationis in nigrum mutabitur. Et sic de ceteris. Sic nec propterea quia rubens apparet, continuo putare oportet nondum evacuari illum sanguinem, qui fere in parte continebatur: Quia enim pituitosior erat, prima mutatione ob caloris accessum; erubuit magis, facta veluti coctione ob calorem extraneum. Item, homo si sanguineus est, & qui sanguinem habet facile mutationem admittentem, quod a rubedine insigni facilis in nigrorem fit mutatio: an propterea quia pravum colorem habet, qui per venam fluit sanguis, audacius est iterum atque iterum mittendus sanguis? Sic plerique harum rerum ignorantes falluntur. Ideo si sanguineus est homo, & laudabili floriduloque sanguine abundat, præsente inflammatione expectanda est ista in nigrorem mutatio. Si pituitosus, carnifex erit, qui talem mutationem exspectabit. Immo videmus sanguineos facile in febrem incidere, & maxime synochon: & qui demitur sanguis, is fere corruptus est, quamquam in facie, & toto corpore nitor appareat, quoniam minima occasione suscipit mutationem sanguis, & præsertim livescit. At qui pituitosi sunt, & ægre in febrem incidunt, in iis sanguis non ita facile corrumpitur: nisi communicetur aliunde putredo. Sed quum intemperies est calida, tantum abest ut fiat virulentus, aut niger, aut lividus, ut ratione caloris, & febris rubentior evadat, ut & auctoritate Galeni dictum est, & ratione probatum. Unde multis pulmonicis, & catarrhosis pituitosis demtus est sanguis laudabilis; quanquam fere fit, ut pulmonicis non detrahatur laudabilis sanguis: quod

16.

Pulmonicis sãguis corruptus fere detrahitur. Sanguis albicat a putredine, a pituita, & a mora in venis. Plura vide in lib. meo de mul. morbis cap. de fœdis coloribus. Corpora sana non ferunt purgationem, & phlebotomiam. 2. Aphorism.

quod alibi dictum est. Unum tamen monendum est, si sanguis e brachio dematur, & is exalbescat in superficie, an ideo corruptus videtur? Quod tamen placere video multis, qui ut justæ phlebotomiæ occasionem prætexant, dicunt sanguinem albescere, non autem floridum & rubentem esse; & propterea suam temeritatem in secanda vena ignorantiæ columine fulciunt. Nam si homo sit pituitosus, aut si mulier, eaque desidem vitam degat, fit ut sanguis in vasis restagnans exalbescat, idque duabus de causis. Prior est, quia est pituitosus, ideo si cum jam elaborato sanguine comparetur, albidior est: Posterior, quia ignavus est, & reses in venis. At Galenus docet mora sanguinem etiam in venis ipsis albescere in quacumque corporis parte. Itaque hæc ad unguem tenenda sunt, ut simus in secanda vena, trahendoque sanguine restrictiores.

Mirum illud: Videas quosdam, qui indulgent genio, & sine ordine, & tempore modo cibos capiunt, modo bibunt, quum ad actiones omnes sint alacres & expediti, & validi videntur: tamen purgati exsolvuntur, & vix ferunt phlebotomias. Quod in quodam Chirurgo observatum, & innumeris ancillis, quæ secure dormiunt, & indulgent genio. At dices, id fit, quia corpora sana non ferunt purgationes. Hæc autem corpora sana esse dicuntur: & non nisi ægre in febres incidunt. Contra videas plerosque valde cacochymos, qui facile purgantur, & phlebotomiam sustinent. Tamen Hippocrates ait, eos qui pravo utuntur cibo, ægre ferre purgationes. Galenus in com. nomine pravi alimenti, & illud quod vitiosum est, & extrinsecus assumtum intelligit. Item & alimentum internum, id est, sanguinem pravum audit. Dicam quod sentio. Qui prava diæta utuntur, tum in ordine, tempore, tum in rerum assumtarum qualitate; ii quia congerunt multa cruda, ratione istius cruditatis, non facile ferunt purgationes. Sæpe qui diæta susque deque habita utuntur, ii natura sunt firmi, & sani, & bonitate naturæ fisi multa faciunt, quorum sera tantum pœnitentia est. Et tales homines non ferunt facile purgationes tum quia cruditatem habent, tum quia sanas habent partes. Dejectiones in his sæpe sunt tantum cujusdam chylosæ substantiæ crudæ. Sed sunt alii magis valetudinarii, qui quum partes internas male constitutas habeant, immo & calore acri, & malo abundent, non capiunt plenum fructum ex alimento. Quin & magna pars alimenti corrumpitur, præsertim si mesenterii venæ sint exiles. Tales non ægre ferunt purgationes, præsertim quum collectio est colluviei in ventre. Immo a purgatione bene habent. Sed si sanguinis massa infecta sit, non tam alacriter eas purgationes ferunt. Docuimus enim ante, quibusdam pravum etiam colorem habentibus sæpe adimi sanguinem floridulum, & laudabilem. Et tales quater purgari possunt sine ullo deliquio: non facile ferunt phlebotomiam, quia natura saltem massam sanguinis sartam tectam retinet. Scire autem oportet, multos homines exsistere, quibus media tantum pars alimenti proficit, & multum excrementi mali congerunt, & dejectiones valde fœtent. Alii tantum sunt stercorosi. Illos priores sæpe purgare convenit, alios cruditate plenos inediam ferre.

Cacochymi valetudinarii quidam facile ferunt purgationes.

Freqũes usus emuls.

Audio cuidam datas esse emulsiones, quæ quatuor semina frigida majora exciperent. Paullo frequentius iis usus fuerat. Ad coitum impotens factus est.

Joannes

Joannes Ponguet tertiana febre detentus, symptomata formidinis plena sustinuit. Nam ineunte paroxysmo ita agitabatur, ut animam agere videretur. Inquietudo erat, partium extimarum refrigeratio maxima, vomendi desiderium, sed inane; oppressio summa, pulsus languidissimus. Non poterat incalescere. Habebat temperamentum biliosum, sed atrabiliarium factum per adustionem. Ante febre quartana crudelissima laboraverat: Et a vetere fermento ea etiam symptomata manavisse credidimus. Si vomuisset, nec humor tam rebellis fuisset, non ea effloruissent tam vehementia symptomata. Coacti fuimus ante augmentum febris subluere alvum clystere, & juscula exhibere, ad eluendum & mitigandum humorem. Principium febris erat fere quatuor horarum. Galenus cap. 4. lib. 10. meth. annotavit ex usu esse, ut etiam cibentur, aut saltem recreentur cibo, ægri nonnulli etiam dum horrent. Et se usu panis in vino macerati, ineunte horrore dati, febrem prohibuisse. Quibus vero corporibus, & quando, eo loco docet.

coeundi impotentiam induxit. Vide lib. 1. nostrorum Epidemiorum.

Puella ad ædes M. Martini Chirurgi e summis gradibus deorsum lapsa, gravissime capite læsa est. Vulnus erat & ossis fissura, fere ab occipite tota percurrens ad sinciput usque. Modiolo apertum cranium. Deinde oportuit majorem partem fissuræ persequi sensim discindendo. Deinde cerebrum extumuit, ut fungus esse videretur. Et revera erat. Sed pulveribus cephalicis & cathæreticis absumtum est id quicquid erat. Nulla secuta sunt symptomata, quæ metum ullum afferrent. Dei beneficio convaluit, & prudentis Chirurgi sollertia.

Anno 1576.

Capitis dolores ex acuitate sensus, quemadmodum quidam facile syncopisant & resolvuntur ob acutiem sensus, Arculanus attigit, de doloribus capitis disputans. Et oportet maxime providos esse, ne quid hic peccetur. Revera quum magna est suspicio sensus acuitatis, vel levi de causa oriatur dolor, qui ob eam acutiem ingens fit, ad narcotica veniendum erit. Et meo quidem judicio tuto applicari possunt.

Quum quis laborat dolore lateris, nullus non magnus Medicus est. Immo barbitonsor hac in re egregius magister est. Secatur vena, demitur liberaliter sanguis. Si quid vitii in superficie habeat, legitime iterum secandi capitur occasio. Bifariam peccatur. Quum sanguis floridus sua natura facile immutetur, non tam leviter capere oportet occasionem ita phlebotomandi, ex immutatione ista sanguinis. Deinde quum thorax facile putredinem concipiat ob humiditatem & calorem loci, fotus & cataplasmata frequenter adhibita obsunt. Nam effeminant latus, putredinem accersunt. Et credo nostra cataplasmata ex radicibus liliorum, & similibus quæ adhiberi solent, putredinem facile invehere. Et sic mutatur semper sanguis, & rursus sanguis demitur. Quam tumultuaria hæc medendi ratio.

Hippoc. locus est praclarus, ut in detrahendo e capite sanguine simus cautiores lib. 7. Ep. Item lib. 1. Epidmeorum. Fotus & cataplas. frequenter adhibita obsunt ob calorem & humiditatem in morbis thoracicis.

Cur quidam mungunt, nescio quid æruginosum, subviride, & multum alieni coloris? Et ii aut bilioso & sicco sunt temperamento, aut saltem caput ita affectum habent. An non calor alienus & veluti febrilis id facit, juvante humoris biliosi conditione? In his defluxiones a capite in pulmones sunt funestæ.

Jam agitavimus illud lib. 1. Epid. nostrorum, qui fiat ut plerique valde

κακόχοοι laudabilem tamen habeant sanguinem, & non nisi in magnis morbis, & presente putredine in genere venoso, alteratur sanguis. Joannes Pererius id testatur. Non facile fert phlebotomiam, abundat pravis humoribus, sæpe illi eveniunt excretiones in modum choleræ morbi; & tamen sanguis est laudabilis. Credo id evenire ob venarum parvitatem. Et revera hepar satis bene suum facit officium quoad hæmatosin. Et quoniam venæ non sunt magnæ, non facile remiscetur cum sanguine serum, quod ab humoribus in mesenterio contentis refunditur, & quod venæ siccæ attrahunt. Testatur id experientia. Nam partium venulæ sunt refertæ bono sanguine, tum quia valde elaboratus, tum quia ob angustiam non facile admittunt alienam materiam, quæ sanguinem immutat: unde sexcentis vena secta est, quibus febricula erat, & color plumbeus, & fœdus, ut talis in venis subesse sanguis crederetur; & tamen laudabilis detractus est. Quia etsi vitium est in aliis partibus, immo in cute, & pravi quidam sunt humores in corpore, natura saltem retinet sartam tectam massam sanguinis. Quia si hæc vitiata esset, actum esset. At quibus venæ amplæ, facile admisceri alienam materiam sinunt. Et prioribus, idest, angustas venas habentibus, cum faciei fœdo colore, phlebotomia non competit: Posterioribus contra.

17.

Hinc consecutione quadam inferemus, in quorumdam febribus curandis melius esse sexies pharmacum dare, quam semel phlebotomare. Quia febrium materia in talibus est in mesenterio conclusa, & non per genus venosum sparsa. Sed quibus corpus calidum humidum, & putredini obnoxium, præsertim parum perspirans, & quum venæ sunt amplæ, tuto sectio venæ tentatur. Et revera, magnæ est prudentiæ observare in ægris, quibus phlebotomia potius confert, & quibus purgatio potius, ut non peccetur in medendo.

18.

Revera sunt, quibus longo tempore parum fit sanguinis, ut sunt illi de quibus diximus paullo ante, & præsertim virgines decolores. Aliis pauco tempore multum fit sanguinis. Et hos audacius phlebotomabis. Considerare hoc oportet. Quoniam quum non fiat sanguis, nisi post multas, easque difficiles mutationes, carnificis est, non autem Medici ita liberaliter, & parva de causa venam aperire, quum sanguis naturæ thesaurus sit & amicus.

ANNOTATIONES.

1. *De viris, & famulabus, cur ægrotarent potius, sect. 7. lib. 6. Epid. & sect. 3. lib. 2. Epid.*

2. *Galenus negat comm. ad Aphor. 16. lib. 3. in squaloribus articulorum dolores excitari. Nisi forte ab acriusculis humoribus id fiat. Sed per modum fluxus negat fieri.*

3. *Similem constitutionem vidimus explicatam ab Hippocrate lib. 1. Epid. sect. 2. ubi docet quomodo quum præcessit squalida constitutio; hiems hemiplegias, & consimiles affectiones induxerit.*

4. *Dolores in oculorum canthis acerrimi & indomiti. Anginæ siccæ, & veluti assatio adustioque faucium, ut saliva humectando non sufficeret. Quod in*

in serva Domini Scaronii visum est, & aliis innumeris.

5. *Ante lib.* 1. *Epid. notavimus suspectam esse debere omnem disparitionem doloris lateris, præsertim quum manet febris, & dyspnœa est. Nam declarat hoc dolores lateris accidentarios fuisse ob resudationem seri.*

6. *Avocavit nos ista gonorrhœa. Nec abs re: quamquam qui gravius urgebat morbus aliud suadere debuisset. Qui sectioni cadaveris interfuit Chirurgus, retulit reperta esse ulcera in orificio vesicæ, & partibus vicinis. Et tamen de his non querebatur.*

7. *Erat jactatio perpetua, & ipsius ægri desperatio, & perturbatio. Et nos quum suspicaremur incendium in pulmone esse, & talem* ῥιπτασμὸν *videremus; dicebamus febrem esse malignam. Et eodem modo* 3. *Epid. Gal. ait non inepte febres a cerebro, pulmone, & membranis cerebri malignas esse: quod maligno quodam modo agant, & malignorum morborum habeant symptomata.*

8. *Rufo erat capillo. Morem morborum homines rufos adorientium explicavimus. Diu mansit velut conniventibus oculis, deinde ac si catalepsi laboraret apertis erat. Nos tam facile & tam brevi interituram non credebamus. Tamen intra paucos dies immobilis, extenta, & examinis fidem peractæ mortis implevit.*

9. *Unde quibus tumet abdomen, suppressa alvo, & febris adest, facilis fit falsarum pleuritidon generatio. Et phlebotomia competit: & qui detrahitur sanguis, is corruptus valde. Testes multi ægri, & is Consul, cui ter secta vena, tumente alvo, & dolente utroque hypochondrio valde. Omnis autem dolor lateris fugax malignus est, & erysipelatodes est, & fere necat. Propterea ego jubeo in eo Medicos non esse securos. Quod notandum est. Unde dicunt quemdam Aphor. esse Hippocr. Raros laterum dolores malos esse. Et de eo vide particul.* 22. *lib.* 2. *Prorrh.*

10. *Quidam Medicus magni nominis ait, non esse mirum, si pulmo ita corruptus aperto cadavere reperiatur. Nec propterea talem sæpe esse ante mortem, qualem anatome ostendit. Probabile id quidem. Sed ut concedam, post obitum alterari, præsertim si corpus diu insectum servetur, sed tamen id non tantopere pulmonem afficit. Quibus pulmo totus vitiosus est, ut Regi Carolo contigit, iis sanies in pulmone est, quæ falsas pleuritides infert, ut paullo ante dictum est, nec sanguinem expectorant. An his multus potus bonus? Nequaquam.*

11. *Vide initium hujus lib. ubi exprimitur & idea, & causa horum dolorum. Innumeros ita affectos pæne sine febre vidimus: uxorem Præsidis Grosseterii, uxorem D. De brezé: Brodarium ad templi scalam, & alios innumeros, ut filiam maximam natu Dominæ Tassin. Fernelius cap.* 1. *lib.* 5. *de symptom. & partium morbis aliquid ea de re attigit.*

12. *Huic, & iis omnibus, quibus cum febricula aliqua dolores capitis aderant, balneum conferre poterat aquæ dulcis. Vide initio hujus lib. & lib.* 2. *Consiliorum.*

13. *Duo insignes homines Quæstor le Veau, & D. Morletus Consul Regius, a suppressione urinæ interierunt. Chirurgus qui cadaver secuit, affirmat nil*

nil commemoratu dignum repertum esse, (nisi quod caruncula in D. le Veau idesset) quod urinam suppressisset: Et tamen Medici diureticis vehementissimis ægros valde exercuerunt. Immo D. Morleto datæ potui cantharides: hinc gravissima, & valde terrifica symptomata secuta sunt: ideo non nisi cum magna cautione id faciendum. Ista suppressio, meo judicio, a quadam necrosi renum est, aut quia refunditur alio serum, aut quia facultatis naturalis casus est quidam & imbecillitas. Et pace doctiorum dicam, in talibus suppressionibus venæ sectioni locus non est, nisi præparce. At, dicunt, febris est. Unde suspicantur inflammatoriam dispositionem causam istius suppressionis. Errant. Nam suppressio seri, & refusio in genus venosum facile febrem advocat. Et aliquantula eductio sanguinis tolerari potest. Hippocr. in 3. Aphor. dysuriam, & stranguriam valde senibus proprios morbos asserit: quod ad imbeccillitatem referre oportet, & facilem obstructionem in illis, quia vasa facile collabuntur, & connivent. Et si videmus quosdam etiam juvenes, quum ægrotare incipiunt, statim imbeciles esse valde, & νωθρὸς, multo magis id senibus eveniet, quibus fortes non sunt febres, quia paucus calor; & frigiditas, & siccitas est magna. Unde inepta sunt instrumenta. Immo fieri potest, ut in principiis morborum sine calculo, aut renum proprio vitio sit urinæ suppressio, ab oppressione naturæ. Et quia quum multa sit cruditas, dum se se expedire vult, omnia confundit, & perturbat. Urinæ suppressio contigit servo Joannis Patrouillart, prout purgatus est, ita facile minxit.

14. *Biliosus, & siccus erat. Cujus rei credibile est tonsorem rationem non habuisse.*

15. *Quid impedit, quominus, ob mali diuturnitatem, ren diathesin concipiat, cujus occasione tabes corpori eveniat?*

16. *Vetulis, & plerisque aliis latus dolentibus qui sanguis detrahitur, in superficie refert albam pultem. An non hoc a cruditate est? Si cruditas, cur audacter hinc detrahendi sanguinis occasio sumitur? Item, D. Vicario Sancti Geru. quicumque sanguis detractus est anno 1575. is corruptus apparebat, & in superficie veluti pultem referebat, anno 1576. quum adhuc de vetere morbo quereretur, detractus est florentissimus. An non quia sanguis, qui olim erat pituitosus, coctus, & mitificatus, sanguinis laudabilis naturam recepit?*

17. *In talibus κακοχρόοις, sanguis laudabilis ipsa sectione apparet, at qualitatibus alienis præditus est, est enim acriusculus, & biliosus nimis. Hic contra putredinem se tuetur. At quibus dulciusculus sanguis, is facile alteratur, & corrumpitur: & qui abundant eo sanguine, facile in febres putridas cadunt: Unde Hippocrates in Epid. lib. 6. candidos valde fortassis febriculosos dicit. Quia in iis sanguis facilius corrumpitur, nisi pituitosi sint valde. Aliis nigrioribus & biliosis, præsertim si non sint πλατύφλεβοι, non ita corrumpitur sanguis, nec in febres facile putredinales incidunt. In tabificas, & nescio quas febres facile. Et ut tandem aliquid definiatur, observatur experientia, sanguinem biliosum raro corruptum apparere. Nam quum in biliosis corporibus abundet bilis, ea facit quominus putrescat sanguis. Quamquam non desinit esse*

vitio-

vitiosus, & morbosus sanguis aliis intrinsecis qualitatibus: sed primis qualitatibus non ita ægrotat iste sanguis.

18. Quibus hepar est calidius, iis venæ sunt ampliores. Verum id est si simul humidius, & si ejus σύστασις sit laxior: sin calidius & siccius, non ita ferunt evacuationem sanguinis: Quibus enim venæ sunt angustæ, iis maximam partem detrahitur etiam in morbis laudabilis sanguis. Nec nisi magna de causa aut corrumpitur, aut rei alienæ admistionem recipit. Et quoniam venæ fere sunt capillares, purior & biliosior est sanguis. Ita enim perspersus per capillares totius corporis venas, sanguis etiam in valde cacochymis laudabilis est, saltem quoad sensum. Nam potest aliqua esse qualitas inexplicabilis. Alii id referunt ad sanguinem biliosum, acrem & salsum. Talis enim sanguis non facile induit putredinem illam manifestam, sed alia ratione sæpe naturæ est infestus.

CONSTITUTIO VERNA, ET ÆSTIVA

Anni Domini 1576.

NON fuit hæc tempestas morborum ferax. Aquilo mensis Martii, & Aprilis partem aliquam perflavit. Quod nos videre potuimus, duæ maxime partes morborum, qui sparsim vagati sunt, auctores fuerunt; caput, & venter inferior. Hic innumeros dolores hypochondriorum intulit, per quamdam expressionem inferne sursum, mali seri & ichoris a cacochymia manantis. Hi dolores falsas nothasque pleuritides retulerunt. Nec tam de secanda vena cogitavimus, quam de purgando. Quamquam & phlebotomiæ locus fuit. Dolores erant sævi, & inter ceteros adoriebantur mulieres, præsertim valde oxythymas, & quibus anxietas ægritudoque aliqua fuit. Febres ii dolores accersebant satis malas. Caput autem innumeras fluxiones toto mense Aprili, Majo, & Junio expressit in maxillas, dentes, guttur, humeros, brachia. Vidimus multos, quibus hemiplegia minabatur, aut paralysis. Multis resolutiones quædam musculorum masseteron evenerunt. Serum malum & cacoethes a capite manabat. Et oportuit necessario ad venę sectionem descendere ob dolorum acerbitatem. Parulides multis, & quædam putredines maxillarum contigere. Denique caput multorum malorum origo fuit. Dubitabatur tamen an istæ affectiones brachiorum, & articulorum essent omnino a capite, an etiam per metastasim quamdam evenirent, natura se se exonerante, & a genere venoso in nervosum humorem excutiente. In quibusdam revera a capite malum erat. In aliis concurrebat etiam cacochymia corporis. Nam vidimus, qui omnino immoti manerent, quum tamen caput

1.

non

non doluissent, nec in partibus superioribus quicquam alienum sensissent. Sic videbatur quædam diffusio humoris a genere venoso in nervosum, & veluti expressio.

Morbilli omnes corporis & temporis constitutionem sequuntur.

Ad æstatem morbilli pueros infestarunt, profluvia alvi comitabantur: ingens humorum erat corruptela. An morbili ἀπὸ τοῦ θείου sunt? Revera abscessus sunt maxima ex parte, & sequuntur constitutionem corporis. Quamquam temporis conditio vires nescio quas addit. Sed revera a corpore est id quicquid est. Et si solum esset hoc ab aere, solis excretionibus, & influxibus malignis id eveniret, & eas solis medicamentis alexiteriis oppugnaremus. At ingentia profluvia alvi quæ sequuntur, & quæ nisi sequerentur, multo deterius cum ægris ageretur, declarant cacochymiam corporis ad id maxime conferre. Et oportere etiam solennia & vulgaria aliorum morborum remedia præscribere. Et hujus cacochymiæ, quæ revera habet aliquid præter communem communis cacochymiæ sortem, virus est id quod in cutim efflorescit.

Quæstio esse possit, an non phlebotomia confert in istis defluxionibus a capite, licet humor dolorem excitet? Frigidus enim videtur, & potius apophlegmatismis, aut errhinis esset repurgandus, quoniam illac viam quærit, dum cerebrum quodammodo diffunditur ac liquatur, quod Hippocrates διάχυσιν vocat. Tamen quoniam videmus in locis calidioribus, pote carnosis facile phlegmonas excitare, si quid tale cogit, forte a phlebotomia non est temperandum.

Bubones sunt signa viscerum male affectorum, & natura vel qualitate, vel quantitate humoris irritata.

Historia morbi Dominæ Catharinæ Grasteau satis docet quid sit illud Hippocratis, Bubones sunt signa viscerum, τὰ βλαστήματα ἐχόντων. Nam quum natura, aut in emunctoria hepatis, aut alias partes se se exonerat, signum est quod ea vel qualitate, vel quantitate humoris irritatur. Quanta colluvies humorum ex hoc corpusculo expulsa est? Ideo quoties apparet de ejusmodi tumoribus in inguine, dum per ἀπόθεσιν id facit natura, audacissime purgare oportet, & frequentissime.

Historia morbi D. Dormoys, cui factus in serotum abscessus, cum prolapsione intestini (quæ ei frequens erat, post dolores colicos a materia valde biliosa) satis nos monere debet, ut intrepide moliamur suppuratum etiam in partibus istis, quas tam facile putrere dicimus. Sed credo quod in iis multus est calor naturalis, qui impedit quominus juxta omnium opinionem tam facile putredo accersatur. Nisi forte materia sit valde κακοήθης.

Vidua Beasalda humore salso, & valde nitroso abundat. Et licet a vino abstineat, putat se in ore salem habere. Immo totum ejus corpus tali humore abundare videtur. Admirabilis est effectus humoris illius nitrosi.

Vidua Joannis Martini, quum septimo die valde debilis esset, & jam adesset ῥέγχος, spem nostram mortis fefellit, & præter opinionem convaluit. Ter secueramus venam, licet esset sexagenaria. Nisi impetum morbi statim fregissemus, credo quod vix evasisset.

Mulier ad insigne Cygni albi dolore ad regionem hepatis tenebatur. Erat qualem paullo ante descripsimus. Respirare non poterat. Sudore totum corpus pene diffluebat. Tamen post tempus aliquod in eo sudore venam secuimus, quod res urgeret. Ad diem criticum hæmorrhagia ex nare opposita.

Nam dolor ad hypochondrium dextrum erat. Fluxit copiose. Non repressimus. Mulieres aliquid moliebantur. Convaluit. Numquid profuit ista hæmorrhagia? Et tamen erat oppositi lateris.

Febres quæ vagabantur, partim ex iis quædam erant longe, ut quæ corpora ἄσαρκα corripiebant; partim breves. Acutæ satis & valde molestæ. Quod mirum fuit, in multis sudores aderant maxima febris parte. Et dubitabamus, an tuto dari posset aliquid, aut tentari. Nos referebamus istius sudoris caussam ad copiam mali seri, quod facile ob calorem ambientis effluebat, præsente & juvante calore interno, qui attenuabat. Quod si diaphoreticus fuisset, aut per modum expressionis, aut ratione imbecillitatis, non ita audacter aliquid tentavissemus. Hoc patefecit historia morbi Spiritus nomine, servi domini Scaronii Consulis; & ejus mulieris, quæ moratur ad insigne Cygni albi.

Nobili viro repente oboritur dolor paullo supra orbitam oculi, cum tumore quodam exiguo. Administrantur remedia anodyna. Aliquantum proficitur. A decima matutina ad quintam serotinam dolor perseverabat ἀπυρέτως. Sequentibus diebus idem contingebat. Paullum admodum aut anticipabat exacerbatio doloris, aut retardabat. Arteriotomia celebrata. Admotum emplastrum de ranis. Concessit aliquantum dolor. Uno ante anno litum ex hydrargyro sustinuerat. Reliquias Danaum existimabamus. Exitus acta probaturus est. Admirabilis hæc periodus ad meridiem, quum luis venereæ reliquiæ moveantur de nocte. Vide ante.

Filia Tassini grandiuscula dolore, sinistram sincipitis partem occupante, divexata est. Fluxio erat in dentes dolorifica. Qui dolorem humor committebat, calidiusculus erat, & quasi siriasin quamdam committens. Interdiu sat bene habebat. Vesperi exacerbationes. Oculi paullum feroces, lacrymabundi, rubentes. Agitationes, & jactationes, somni vacuitas. Volenti dormire innumera phantasmata occurrebant. Suspicabamur aliquid esse a partibus inferioribus. Melancholicum videbatur. Tamen in cerebro malum figebatur. Remediis etiam lenientibus, & paullum refrigerantibus non minuebatur dolor. Immo, more morborum ab atra bile natorum, exacerbabatur magis. Quid illud est?

Idem contigit Consuli Regio, & præ dolore nullo constitit loco. Sed malum non adeo rebelle, ut in superiore muliere.

3. Joannes le Coq per diffusionem humoris a capite quibusdam primum particularibus convulsionibus captus est. Magna copia pituitæ ad os fluebat. Epileptico modo convulsus est. Caput aliquando læsum fuerat, ut audio. Gulæ & Veneri indulserat nimis. Nos in purgationem capitis incumbendum voluimus. Tamen aliquibus post diebus febriculæ occasione inductus Medicus venam secuit. Non multo post interiit. An non in Epilepsia mittendus sanguis? Nequaquam, nisi aut suppressio sit aliqua solennis, aut sanguinis copia adsit, aut translatio maligna, & summa partium inferiorum obstructio. Sed ratione cerebri vix confert.

In Epilepsia nō mittendus sanguis.

In vico hortorum uxor fabri lignarii peperit. Nescio quid aliud evenerat, sed ab eo tempore singulis quibusque mensibus febre corripitur, quæ quadraginta horas durat. Deinde succedit sudor copiosus. Convalescit. Quid declarat menstrua hæc febris? Notandum hoc. Virgo quædam, domini Budé serva,

Febris menstrua & octavo quoq; die repet.

va, octavo quoque die febri corripitur, ut audio, & hoc illi valde molestum est. Filius Stephani Tarteron tertio quoque mense febri occupatur. Et periodi certæ sunt, quod nos in primo tomo Consiliorum meorum annotavimus.

Consilio 48.

Filia Præsidis Turnebulle Rothomagi quamdam in gingivis excrescentiam carnis habet, & dens corrosus apparet. Dubitant an sit epulis ordinaria, & an tuto caro ista exedi possit, aut secari. Quidam oculatus, & acutus Medicus statuit, non nisi cum meditatione tractandum esse hoc malum, alioqui rem plenam esse periculi. Quod si simplex quædam excrescentia esset, nil tale eveniret, sed quoniam aliquid est gentilitium, ideo cautius agendum. Pater ejus nasum adeo ingentem habebat, ut sextuplo majorem & extuberantiorem diceres. Hoc declarabat aut materiei summam superfluitatem, aut quod malignum excrementum natura in hanc partem deponeret. Hic quum consuleret de minuendo naso, monitus est ne quid tentaret. Alioqui carcinomatis metum esse. Idem ejus filiæ contingere potuit. Sic extuberantia illa supplet nasum istum. Et hoc aliquid est peculiare. Externi Medici parum de ea re solliciti tentare aliquid voluerunt. Inde gravissima symptomata oborta sunt, & malum pejus factum est.

Gentilitii morbi familiæque ægrotantium proprii, & vernaculi Medico cognoscendi.

Hinc sciendum plurimi esse in arte Medica ponderis, scire, qua quis sit familia ut morbi proprii & vernaculi cognoscantur. Alioqui lapsuros esse Medicos, qui aliter fecerint.

Procurator Regius quum febre jactabunda teneretur, ad septimum diem ἰκτερώδης interiit derepente. Urinæ valde flammeæ erant. Nulla argumenta coctionis præcesserant. Dejectiones albicabant. Phlogosis erat interna. Bene habere videbatur. Sanguis detractus viridis & pessimus. Morbus erat pestiferus. Et credo celerioris mortis occasionem fuisse; quod circa septimum diem datum esset medicamentum. Quamquam in aliis multis vidimus ita celerem mortem fuisse, quum omnia legitime administrata fuissent. Et mirum quod una cum ictero ipso apparente intereant. Ego vero credo icterum talem, insignis inflammationis signum esse; ut necessario mors consequatur, nisi certa sint coctionis signa. Id enim quicquid est, symptomaticum est.

D. Florentia quum ad frontem, præsertim circum ossa ethmoidea, dolore intolerabili teneretur, consulta est phlebotomia. Hac celebrata, per mensem fere unum dolor major exstitit, ac si natura crisin aliquam solutionemque mali facere vellet. Post eum conatum sensim malum desiit, & aliquanto post multo melius habuit.

Plerique sunt valde catarrhosi, quibus modo in propinquas partes, modo in remotas humor fluit, & varias morborum ideas facit. Iis multi audacius demunt sanguinem. Audito leviusculi morbi nomine statim ad secandam venam accedunt. Ad id commode nequaquam. Nam alias cerebrum proventum habet humoris, quia calidius, & attrahit; aliquando quia frigidius, & congerit. Aliquando quia ipsum per se funditur & liquatur, & id consumi cerebrum vocat Hippocrates 6. Epid. loquens de defluvio capillorum, quod consumtionem cerebri consequitur. Ergo si quid oritur, contemplari oportet quomodo id fiat. Nam tam liberaliter sanguinem mittere, facta in aliquam partem

Catarrhosi non ferunt venæ sectionem.

tem

tem fluxione, temerarium est. Caput pituitæ vulgo sedes statuitur. Muci copia id designat. At humore frigido, aut pituitoso, aut mucoso ita defluente, & dolorem morbumve pariente, quid attinet phlebotomare? Id non faciundum, nisi confundatur humor cum sanguine, & eum alteret, & dolores pungitivos excitet. Immo credo in hoc casu anodynis præeuntibus provocationem sudoris valere. Sæpe enim serum id facit. Et post provocationem sudorum metasyncriticum aliquod confert. Quo modo vulgus sæpe Medicos superat, usu emplastrorum ex pice. Quod non facit Medicus, nisi cum præmeditatione. Sic prudentiam, & cunctationem Medici, unius idiotæ festinatio, & imprudentia vincit.

Itali cujusdam pellex questa est de dolore ad imum ventrem. Pertinebat ad utrumque inguen. Paullo ante fluxerant menses, sed non abunde. Ad imum ventrem obortus est dolor, & is fixus erat. Conjecimus esse dispositionem inflammatoriam in utero, aut circum partes ejus. Multiplex fuit venæ sectio. Et ea allevabat. Tandem multa colluvie educta visa est convaluisse.

In hospitio Senonensi mirum quod contigit. Æger vino deditus, sicco & squalido hepate, ut videbatur, valde cacochymus febre assidua vexatur. Circa mammam sinistram emissarium aliquod erat, a vulnere reliquum. Ac quotidie aqua saniosa a loco illo manabat, & bene habebat. Sepe rigores illi contingebant, & sudores, & gravissime habebat, & de funere cogitabatur. Sed quum natura non bene moliatur, nisi cocta materia, ista erant κείσιμα. Induruerat hypocondrium dextrum, & veluti ἰκτεριώδης fiebat. Tandem multa abacta colluvie convaluit. In febribus judicatoria aliquando allevant, sed relapsus faciunt. Quod maxime huic ægro contigit.

Adriano Valæo septuagenario fere detractus bis sanguis ad sex fere vascula. Tria prima, ut narrabant, continuere sanguinem fœtentem, adeo ut vix ferre odorem possent. Et tamen convaluit. An non talis sanguis hypostasim faciet fœtentem?

In vico *Garnier sur l' eau* a suppressione fluoris alvi, & quum immoderatius vino uteretur æger, dolor & tumor utriusque hypocondrii evenit. Fluebat alvus liquidis excrementis. Et Medicus non audebat secare venam. Tamen nil prius reperimus ad sedandam tacitam inflammationem, quam quater sanguinem demere.

Cur multi diu integra sanitate fruuntur, quibus nec secta vena, nec datum medicamentum? Alii, & sæpe secatur vena, & datur medicamentum, & valde lubricæ sunt sanitatis. Credo quod corpus in malam consuetudinem adducitur, & quod dum sæpe purgatur, desinit ali, id quod Celsus animadvertit. At, dices, nulla forte necessitas fuit? Immo plerosque vidimus, qui obstinato quodam animo Medicorum remedia aversantes, licet profluviis dysentericis, tertianis febribus aut quartanis detenti fuerint, sine ulla noxa ab iis morbis evaserunt. Sic inutilis fuisset pharmacia & phlebotomia. Nam credo pharmaca naturæ vim inferre, & humorem in mesenterio latitantem movere, qui dum cietur deterior fit, quam si quiescat. Et revera ἡ φύσις τῶν νόσων ἰητρός.

Natura sepe morborum medica.

Innumeri sunt, quibus solennis est evacuatio per hemorrhoidas, nares,

alvum & cetera, immo effatu dignas habent ſponte prodeuntes evacuationes? Iisdem aliquando tricesies vena secta est. Innumeri ſunt alii, quibus nil horum contigit, & plus quam alii comedunt, & non melius colorati ſunt, quid hoc rei est? An quia peculiaris est humorum generatio pravorum in quibuſdam, quæ non eſt in aliis? An quod optima medicina ſit non uti medicina? At dices: Etiam quum illi, qui diu ſani vixerint, ægrotant; graviter id fit. Quid tum?

Optima medicina non uti medicina

In morbis Medico multum eſt negotii ſæpe: Nec enim ſolum ei cura eſt habenda meſenterii; ſed pulmonum, capitis. Etenim quod alvo contingit, idem & ceteris partibus. Alvus ſæpe, quia commune eſt receptaculum potulentorum, & eſculentorum habet evacuationes, & καταρρήξεις. Idem aliis partibus evenit. Poſtquam enim diu congeſſerunt excrementa, tandem minima occaſione externa, laxatis veluti fibris, exonerare ſe volunt. Hinc tuſſiendi diuturnæ moleſtiæ, defluxiones, diarrhœæ, & in febribus longis ῥευματισμοὶ, ut auctor libri de Typis annotavit. Et id valde annotandum, ut reddatur ratio τῆς συμπλοκῆς, καὶ μίξεως τῶν νοσημάτων.

In eodem morbo mox dolores pectoris, mox capitis, defluxiones in oculos, raucedines, tormina & vermina, unde hoc? Quia omnes partes ſe exonerare & defæcare conantur. Humores habent quamdam fermentationem, & habent ebullitionem quamdam. Alias irritat quantitas, alias qualitas. Hinc varietas ſymptomatum & morborum. Atque eorum effumatio, & pars ſpirituoſa dolores capitis accerſit. Id declarant ſubito orti dolores in febribus. Et alias cancroſa fit diſpoſitio, alias chæradica. Idque pro proprietate humoris. Et τῶν πνευματικῶν ἰατρῶν forte haud eſt abſurda opinio. Sed & mirum, quod a pure contento in parte fumus elatus crudeliſſimos dolores accerſit, & atrocia inducit ſymptomata. Id declarat Taſſini hiſtoria prima libri 2. Conſiliorum meorum.

Prout humores quantitate aut qualitate peccant varia inducunt ſymptomata.

Bilioſi & melancholici ſunt ingenioſi.

Ingenioſi ſunt melancholici. Bilioſi ſunt ingenioſi, & melancholici ſunt ingenioſi. Ingenioſi ſunt melancholici, dum aſſiduo animo multa volvunt, eaque ſublimia, quorum ſæpe eventus eſt admirabilis. Et tametſi melancholici per ſe non erant, aſſiduitate vigiliarum ſpiritus fiunt ſqualidi, ſanguis denigreſcit, & melancholicus fit. Reſes eſt enim & ignavus. Bilioſi ſunt ingenioſi, ideſt, promti, & expediti ad excogitandum, ſed fatiſcunt, nec diu idem verſare poſſunt uti alii. Quidam enim retroconvertit eam propoſitionem, *Melancholici ſunt ingenioſi*; immo ait, ingenioſi ſunt, & fiunt melancholici.

Autumnales morbi, & præſertim febres peſſimæ ſunt. Et levi de cauſa febris repetit, ob humorum aduſtionem, & penitiorem vim putredinis. Nam quum humores per æſtatem aduſti ſint, immo & partes internæ quadamtenus ſiccatæ ſint, & ſqualidæ factæ, maxima eſt in febrem aptitudo & proclivitas. Nec facile morbi tales depelluntur, quia habituales fiunt. Ac præclarum eſſet philoſophari de humorum, & morborum autumnalium proprietate. Nec enim inæqualitas temporis horum malorum auctor eſſe videtur, ut placet veteribus. Eſt alia quædam abditior & ſecretior cauſa. An quod eo tempore ſerum dominatur, ut placet Hippocrati? An quod, ubi eſt infirmitas, ibi morborum eſt proventus & contumacia? At autumnus peculiarem hominibus con-

Seri proventus, & par-

conciliat imbecillitatem. Nec vis elucet & apparet ut aliis in temporibus. Quod declarant ipsæ arbores, quæ folia relinquentes omnes senescunt. Si id quercubus evenit, cur non homini quercubus imbecilliori?

tium Imbecillitas autumnalium morborũ causa.

Joannæ le Prevost autumno febris vehementissima, omnium membrorum dolor asperrimus, & impotentia fere. Articularis erat orgasmus, & lassitudo ulcerosa. Si materia in interiora potius irruisset, mortua derepente fuisset. Sectio venæ repetita contulit. Sanguis est detractus valde impurus. Nam alieni humoris erat mixtio. Miror quomodo sine sudore convaluerit!

Petrus Rebetius a destillatione serina, & diffusione humoris, non a capite tantum, sed reliquis partibus ita undecumque est oppressus, ut thoracem dilatare non posset. Externum erat malum, & dolorificum. Cruda & maligna erat materia. Et eadem est quæ catarrhos suffocantes facit. Febris fuit potius symptomatica. Multo alvi profluvio liberatus est. Admirabilis hic fuit morbus, & opinione Medicorum major. Facultas animalis non erat imbecilla, nec vitalis, nec naturalis. Mirum est, quod ἐφίδρωσις contulit; sed ea non tam fuit ab imbecillitate naturæ, quam a particulari redundantia humoris naturam molestantis. Circa tricesimum aut 35. diem sudor subfrigidus erupit toto corpore, fœtens, & venenatus. Infecit enim eam custodem, quæ manum corpori sudanti applicaverat.

Josserius Procurator, magno metu territus, aliquot post diebus hypochondrium sinistrum doluit. A vetere cacochymia serum putre subierat partes istas, & vis erat atrabilarii humoris. Secta statim vena. Neutrum in latus decumbere poterat ἀπύρετος fere. Si biberet vinum, illud dolorem afferebat, & sensum cujusdam acrimoniæ. Ter repurgatus, & materia feculenta valde exclusa convaluit.

Carolus in cœmeterio Sancti Joannis suppressione urinæ laborabat. Credibile est id fuisse a phlegmate obstruente, accedente & nonnullo tumore osculi vesicæ. Dolor non erat, itaque nec inflammatio. Mirum an tumor derepente fieri potuerit. Conabatur excernere. Conatus iste in corpore impuro materiam ad vesicam præcipitavit. Concursum est ad diuretica. Malum auctum est. Vesica implebatur urina, sed aliquid impediebat. Diureticorum usu facta est humorum veluti conferta in vesicam prolapsio. Testabantur urinæ. Nam copioso sedimento erant plenæ. At non erat sedimentum proprie dictum; sed humorum colluvies. Tandem deprehensus tumor osculi vesicæ misso in anum digito. Multis remollientibus adjutus est. Convaluit. Ante nullo modo excernebat urinam, nisi immisso cathetere. Malo desinente successit ingens scroti tumor. Unde hoc?

Joannes Lescotius febre, decimo quinto quoque die manifesto repetente, prehenditur. Icteriodes erat, & melancholico habitu. Natura est hypochondriacus. Omnia signa adsunt. Deinde febris alium typum servavit, deinde nullum, sed erratica plane fuit. Omnia tuta timebat. Ineuntibus paroxysmis profusus erat in risum. Titillationem se sentire narabat. Ac conjiciebamus acrem humorem, sinum diaphragmatis irritare & titillare. Præter opinionem citius convaluit. Juverunt illum plurimum purgationes blandæ, & ex intervallis. Ubi non tam diathesis est, quam humorum congeries, ibi facile morbi fit depulsio.

Diathesis difficilem, at humorum sola congeries facilem facit morborum solutionem.

Judith Memneæ rubiola. Hujus signa erant maxima. Sed tum morbus erat ἀήθης. Sed in his morbis omnia tuta timenda sunt. Per tres dies visa est ἀπύρετος & τὴν τροφὴν λαμβάνουσα. Sexto die asperrima febris. Suppressio sputorum. Dolor ad sinistram claviculam, quum febrit valde. Hinc pulsus est pęne vibrans & inflammatorius, sed facile considet. De sectione venæ cogitabatur. Febris, quę quatuordecim horas durarat, incipit frangi leviusculo madore in modum ἐφιδρώσεως. Alii accessionis mitigatorium aut solutorium dicebant, & id quicquid esset, a conatu naturæ esse crisin, in morbi maligni reliquiis adorientis. Alii ab oppressione esse dicebant, & ab inani conatu. Alii causabantur τὸ προκαταρκτικόν. Nam vesicæ suillę admotæ sunt, quæ suo tempore madorem proritant. Eventus docuit madorem istum esse causam remissionis febris. Nam mane exacerbata est eodem modo, & ad quartam vespertinam sudor aut mador paullum unctuosus apparuit. Festinare in his malum est, & non tam vulgo serviendum, & temere excogitandæ rationes, quibus fidem facias legitimæ tuæ curationis, quam diligenter momenta morbi tenenda. Docuimus ante, quomodo liceat aliquando mittere sanguinem etiam sudoribus manantibus. Quod notandum, ne quid temere fiat aut omittatur.

In historia Vandolii in 2. tom. Consiliorum explicuimus differentias sudorum, Consil. 12

4. *Sudoribus manantibus etiam sanguis mittēdus, cum inanis est conatus naturæ, & fervor æstusque est ingens eam excretionem juvans.*

ANNOTATIONES.

1. *Revera in ejusmodi fluxionibus sudorifica maxime prosunt, eaque moderata. Testis serva D. de Royssy, quæ repente convaluit, quum paralyseos esset metus.*

2. *Caute reprimendus est sanguis e naribus fluens. Nam si impetu fluit, & statim supprimitur, malum majus afferet. Nam Hippocrates in Prorrhet. annotavit hæmorrhagias vi suppressas convulsionem afferre. Galenus in comm. non tam convulsionem tamen sequi vult ob ipsam suppressionem, quatenus talis est, quam ob usum medicamentorum frigidorum, quæ circumquaque affunduntur & applicantur.*

3. *Hic affectus, qui primum adoriebatur, quum tantum convellerentur palpebræ, ab Arabibus vocatur* Alven *seu palpitatio. De eo Manardus.*

4. *Est valde periculosum circa dies criticos, & in illis diebus aliquid moliri. Nam minima occasione natura perturbatur, & crisin molitur. Et si debilior sit, necessario est illi occumbendum. Unde sæpe annotavimus ex Hippocrate, cautionem eam quam summus vir adhibet; immo dum de vulneribus loquitur, tertio quoque die mitius agendum esse vult, & conquiescendum. Quod si id fit in vulneribus & affectibus externis, cur non magis in internis? Huc referri potest quod* ἔκστασις τὴν μανίαν *solvat.*

1. *Revera est putredo in Autumno, quæ aliam habet proprietatem, quam aliis temporibus. Et minima occasione febris exacerbatur. Quia flatus est venenatus.*

2. *Revera hic morbus fuit diffusio, & liquatio quædam humorum, & præsertim in habitu corporis. Quod sanis aliquando evenit. Hoc autem evenit enervatis & effeminatis ipsis partibus, & nervis sero & affluente a cerebro, & in partibus ipsis collecto liquescente. Unde temere iis vena secatur, (nisi*

quid

quid urgeat.) Nam calor naturalis diminuitur, & facultates ipsis partibus vernaculæ laborant, unde comatosus est factus quodammodo. Et iis idem evenit, quod iis qui dormituri sunt. Nam gravatur pars & facultas.

3. Non dissimile quid contigit N. de Palayseau, diu laboravit dysuria. Excernebantur materiæ pituitosæ, quæ dolorem inferebant. In usu vini albi, & equitatione multus fuerat. Mejebat aliquando cruentum. Credebant lapidem esse. Frequentissimo usu hydromelitis sanatus est.

4. Mirum est, quod & puellæ hæmorrhagia minima occasione excitetur. Quod novum in hac ætatula. Nam & Aristot. annotavit contra naturam esse, virgines habere varices, aut menstrua, aut hæmorrhoides.

CONSTITUTIO AUTUMNALIS

Anni Domini 1576.

ANNOTATUM paullo superius, quæ videatur esse de morbis Autumno vagantibus, & de ipsius Autumni temperie opinio. Annotarunt & Chirurgi hac maxime constitutione, omnia ulcera esse δυσεπουλωτικά. Hoc autem inclementiam, & gravitatem ipsius aeris indicat. Tamen morborum non fuit ferax Autumnus. Quartanæ febres multæ, & erraticæ vagatæ sunt. Atque maxime illud observavimus, quod Hippocrates in Aphorismis annotavit, φθινοπώρῳ σπλῆνες. Nam conquerebantur omnes potius ægri de hypochondrio sinistro. Et quantum judico, in morbis autumnalibus est κακοήθεια ob adustionem, & excitantur paroxysmi inordinate & erratice per quamdam effumationem venenatam. Immo ægrescunt potius medendo. Nec bonum obstinato quodam animo velle eos morbos deturbare, & demoliri. Et quod diligenter animadvertendum est, in morbis autumnalibus non est exacte cibandum, & observanda ea lex, & ratio victus, quæ in aliorum temporum morbis tenetur. Autumnalium enim morborum κακοήθεια adjectione succi alibilis tollitur. Et quum humorum & spirituum sit quædam exustio & squalor, id mitigandum est, ac contemperandum bonitate alimenti. Idipsum Hippocrates, & post eum Galenus animadvertit. Ita enim Galenus, Morbis qui ex cor„ruptione fiunt, autumnus assimilatur. Ideo qui eo febricitant tempore, con„tinua optimi alimenti indigent adjectione. Et si vires validæ fuerint, sæpe & „multa; si imbecilles, pauca & sæpius offeremus. Et paullo ante dixerat, de„fectum per se exigere adjectionem alimenti, corruptionem autem, τὴν ἐπίκρασιν. Et quod superius dictum est de adjectione cibi, idem dici potest de detractione sanguinis. Si corruptio magna est autumno, si vires imbecillæ, cur tamen liberalius eo tempore demitur sanguis? In hoc peccatur maxime. Et vidimus

Comm. ad Aph. 17. lib. 1. Aphorism.

 dimus

dimus sæpe multa venæ sectione fatigatos fuisse ægros, & nil aut parum allatum esse adjumenti. Sic correctio illius venenatæ qualitatis (nisi forte manifestæ cacochymiæ cum plethora adjumenta fuerint) potius est providenda, quam evacuandum liberaliter, aut de alimento detrahendum. Atque in eo multi peccant. Quod autem suspicio esse debeat venenatæ vis in omnibus fere morbis autumnalibus, id patet maxime. Ægri facile emaciantur, liquescunt ac extabescunt, quum tamen videantur sat belle habere, & nullum aut exiguum dolorem se sentire fateantur. Febres lentæ sunt, continuæ, symptomaticæ. Nam in diathesi consistunt, & contumaci quadam obstructione, & vitio partium. Declarant dolores qui paroxysmis & exacerbationibus redeuntibus sentiuntur. Nam quibusdam in sinistro hypochondrio dolor percipitur, qui alias circumscribitur eo loco, alias ad claviculas usque protenditur, pleuritin mentiens, ut in uxore D. Gabrielis toto autumno apparuit. Alias circum regionem hepatis, ut in ea virgine apparuit, quæ manebat e regione Ecclesiæ sanctæ Crucis. Alias ad suras & tibias, ut satelliti Mabirio, & Præsidi Doursеæ. Alias ad os stomachi seu ventriculi, sensim ad os sterni perreptando; etiam sine manifesto calore, ut Burgensi servo domini Chalmesi contigit: Nullus credat, quæ sit fetura symptomaton, morbos autumnales comitantium, ut Medici circa ea debeant potius esse spectatores & admiratores, quam actores. Et nisi experientia id me docuisset numquam id credidissem. Ac quod maximum est, sæpe in morbis autumni medentium oleum, & opera perditur. Et ut ingenue dicam, idem ingenium videntur habere morbi autumnales, quod & carcinomata. Ac non mirum si ægrescant medendo. Hæc annotata volui, ut certiores facti de more, & indole istorum morborum, & in diætetice, & in pharmaceutice aliter nos geramus quam in aliis morbis. Ac hoc verum assevero, in magna quartanariorum iliade, & fetura anno Domini 1571. ex quartanariis, qui & phlebotomiis, & medicamentis vexati sunt, omnes fere perierunt. Qui incurati fuerunt, ii fere omnes naturæ vi ad mensem Martium sensim convaluerunt. Vide quæ in primo libro annotata sunt.

Lib. 1. Epid. nostrorum.

Libro primo nostrorum Epidemiorum annotavimus ex Theophrasto, & Galeno, quæ sequi soleant incommoda ex frequenti sanguinis e brachio detractione. Nunc unum annotare oportet. Multi sunt quibus arthriticæ fluxiones sunt, & propter dolorem subinde sibi detrahi sanguinem patiuntur. An non peccant? Ita sane. Quia corpus & refrigescit, & nervi debilitantur, & quod majus est, facultas retentrix infirmatur: Immo & bis coquere natura cogitur. Nam dum effunditur coctus sanguis, alium coctum vult sufficere. Hac imbecilliore facta, dum humores in sua statione, & præsidiis non sunt, dum statarii quoque non reguntur a natura, facilius in partes procumbunt. Et hoc notandum est.

Arthritici offenduntur frequenti venæ sectione.

3. Nobilis mulier putat se in ventre habere. Novem menses venter tumet. Conceptus signa omnia. Lac in mammis. Dolor mammarum magnus. Post nonum mensem sanguis copiose fluxit. Non plane venter detumuit, nec mammæ. Putamus molam esse. Tamen ea narravit se sensisse agitationem in ventre maximam, ac si puer esset. Exspectamus quorsum tandem tumor hic evadat.

Mirum

Mirum id de quo conqueritur quidam. Ait enim sibi dolorem esse in ventriculo pęne intolerabilem. Et is dolor exacerbatur, maxime quum bibit vinum. Et illud sumptum aliquot post horis vomitu cogitur excludere. A ceteris non ita offenditur. Unde hoc? Hypochondriacum illud esse videtur. Et phlogosis est, & dispositio inexplicabilis ea in parte. Idem contingebat mulieri splenicæ, & melancholicæ. Si enim hauriebat vinum album, dolor in sinistro hypochondrio erat intolerabilis. Idem Josserio Procuratori eveniebat. Vide quod ante scriptum est.

4.

5.

Jo: Chalumeau annos natus 50. aut plus eo, corpore squalido & visceribus pari modo affectis, nephriticis symptomatis conflictatus est. Dolor fixus. Excretio nonnullorum lapidum ex intervallis. Ren sinister lapide angulos obtusos habente obsessus est. In ureteris principium implantatus deprehensus est post anatomen. Febris conclusa plus in recessu, quam in fronte habens, adustio & squalor. Extimus habitus alsiosus. Lingua squalida & horridula. Æstus & sitis. Mejebat plus justo. Urina aquea, plane. Sensim extabuit. Diabete interiit. Ren alter lapide non obsessus, justo minor erat, & pęne collapsus erat. In altero lapis prædictus deprehensus est. Nullum commemorabile vitium, quod sub obtutum caderet. Sed morbus partium sæpe τῆς ὅλης ὀσίας est, & sæpe sitis est renum irritata facultate attractrice. Et hic morbus inexplicabilis est fere. Immo hepatis δυσκρασία, & venarum cum dispositione humorum nitrosa, & salsuginosa, facile communicatur renibus. Accedit quod ad partes laborantes facile serosa excrementa depelluntur, & confluunt. Quæstio esse potest, quomodo ren tam male affectus serum a sanguine secernit? cur non sanguinem saniosum & serosum, aut serum sanguinolentum præterlabi sinit? Id pluribus explicandum foret. Nam quum quatuor sint in parte facultates ab elementis profectæ, una potest laborare integra altera, prout qualitas, quæ eam facultatem juvat & fovet, potius laborarit quam alia. Accidit quod ren, tamquam officialis pars, peccaverit, ut quæ plus attraxerit, quam oportuerit; tamquam pars privata, non desierit nutriri; unde facile & belle secrevit serum a sanguine. Et quum sanguis multum habuerit seri, ejusque nitrosi & mali, paucum laudabilis succi: non mirum si malum malo cumulatum fuerit. Immo sæpe ren auctior est & major, sed non commodo ægrorum. Idem enim contingit, quod & iis, quibus lien major est. Hippocrates autem scripsit, „ quibus lien efflorescit, iis corpus minuitur. Vide supra historiam viduæ „ Barnabæ Panthou.

Nobilis quidam ex equo decidit. Attonitus remansit diu satis. Copiose fluxit sanguis ex aure sinistra. Verebamur de fractura cranii. Tamen audio, illum tali sanguinis fluxu liberatum.

Quæstio est non contemnenda de jusculorum usu ad analepsin & impinguationem. Sunt qui frequentibus jusculis utuntur, tum ut habitiores fiant, tum ut alvus non ita astricta sit. Aliis id non placet. Nam intestinorum corruptionem ex frequenti jusculorum & rerum liquidarum usu consequi posse putant. Nam & fæces liquidiores, & aqua dilutę fœtentiores sunt. Item quum serum morborum maxime sit parens, si intestina multo humore madeant, si hepar multum aquæ attrahat, sanguis fit serosior, & hepatis, immo & ipsius massæ

Si pulmonis sicci & calidi signa adsunt, jus cula sunt propinanda.

6.

7.

massæ sanguinis σύστασις quodammodo dissolvitur, ac elanguescit. At εὐτονία καὶ συντονία, & firmitas partium actionis melioris causa exsistit. Aqua autem & aquea dissolvunt: nec enim τὸ περίγλισχρον habent, idest glutinositatem, quæ partium robur conciliet.

Nicolai Rassii historia commemorabilis. Febre continua laborabat, & quæ aliquid habebat aut τριταιοφυὲς aut ἡμιτριταῖον. Adeo obscurum fuit de morbo. Pulsus fere perpetuo frequens fuit, & demissus, qualis in valde infirmis tractatur. Et tamen est habitu satis bono, & veluti athletico. Istius frequentiæ & crebritatis pulsus causam non poterant agnoscere Medici: Alii ad infirmitatem referebant, alii ad cacochymiam, alii ad plenitudinem, alii ad oppressionem instrumentorum. Et quum pulsus naturaliter ei sit demissus & parvus, ea parvitate manente, sola frequentia contra naturam erat.

8.

Jam ante annotavimus, commemorabile illud esse, quod observatur de humorum diffusione, quam Hippocrates τὴν χυμῶν διάχυσιν vocavit. Certis enim temporibus, certis in morbis, certis ætatibus ea fit diffusio, quæ non in capite solum, & a capite solo fit, sed & in partibus aliis. (Unde male omnem destillationem a capite arcessunt, a parte enim in partem fit.) Id autem fit per imbecillitatem quamdam partium, facultate præsertim retentrice imbecilla: Et quo partes sunt sicciores, eo videntur pluribus istis humiditatibus abundare. In toto corpore, & singulis ejus partibus est quædam συντονία, idest, partium, substantiarum, & facultatum contentio, qua perseverante omnia rite administrantur. Nec est dispositio ista καταῤῥώδης per imbecillitatem, quæ in multis esse solet. Bifariam enim partes inferiores labefactantur ob defluxum, alias humore ab aliis partibus in has depulso, & in hoc vis pellentis naturæ apparet; alias laxatis veluti fibris defluente humore in partes. Et hic posterior modus est deterior. Nam tunc partium & excipientium, & earum a quibus manat humor, συντονία concutitur ac evertitur. Et Medicis idest muneris, ut quantum fieri potest, roborent partes istas, & contentionem istam partibus restituant. Bene hanc dispositionem σύντηξιν, aut συντηκτικὴν dixeris sine febre: Eaque admirabiles habet in corpore eventus. Atque aliquando eo id procedit, ut partium fiat quædam, ut ita dicam, denaturatio, & laxatis veluti fibris magnus apparet proventus excrementorum, pituitæ diffusio, tinnitus aurium, flatus, & id ob paupertatem caloris naturalis non satis elucentis apparet. Et id tale in rerum naturam cadere sæpe vidimus, & maxime Claudio Pelotio contigit post vigilias assiduas. Aliquando ob dominatum caloris fundentis. Unde in quartanis febribus longis profusiones pituitæ, catarrhi, & ῥευματισμοὶ apparent, fundente nimirum ac liquante calore, & partibus imbecillis redditis.

Mirum quomodo hepar, cerebrum, cor, lien, quæ principatum habent in corpore, pravi sint succi, quum tamen videantur puriore sanguine ali & nutriri. Si enim vim habent principem in corpore, & temperamentum habent bonum, & oportet meliori succo nutriri. Quamdiu vivitur interna se se exonerant in externa, & si quid spurci & impuri sit, id in cute apparet. Quod declarat aut vim partium istarum, aut excellentiam partium exteriorum. Ut quemadmodum in depurando, ut sic loquar, repurgandoque auro ultima mutatio

Ut in repurgando auro ultima mu-

tatio perfectissima est; ita quoque extimæ partes, dum ultima assimilatione, coctione, & agglutinatione aliquid moliuntur, & contendunt ad melius, & ad majorem perfectionem, quam quę antea fuerit, non possunt minimum inquinamentum ferre. Et sic efflorescentia quæ fit in cute, seu sit pustularum, seu scabiei, non est necessario argumentum rei intus male gestæ, sed quod in perfectissima elaboratione (cujusmodi fit in habitu corporis) exquisitior debet esse τῆς ἑτερογενῶν, & superfluorum secretio.

tatio perfectissima est: ita in assimilationis coctione ultima alimenti perfectio, & caloris vis elucet.

Primo libro annotavimus, quid incommodi sequatur, si dolentis actu brachii, aut infirmioris vena aperiatur. Dubitant enim sæpe de ea re Medici. Joannę le Prevost, & innumeris aliis de manuum dolore, & brachiorum conquerentibus vena ejusdem partis dolentis aperta est. Et nil inde deterius evenit. Et in febribus laboriosis ex ipsis etiam partibus laborantibus sanguis magna utilitate demitur. At circumspectus Medicus esse debet. Si brachium per se infirmum, aut casu aliquo: si stupet, aut sensus est veluti formicarum decurrentium, cautius & cunctantius sectio facienda est. Est enim ubi sensio ista ab infirmitate est, aut a defluxu a capite, & sectio venæ advehit, aut πάρεσιν, aut aliquid simile. Est ubi non a capite est, sed a toto corpore, concurrente quidem tenui sero a capite mananti. Idem in laboriosis febribus cernitur, ubi ne minimum quidem appulsum, aut blandum affrictum ægri ferre possunt. Et tunc ex ipsissimis etiam brachiis laborantibus tuto demitur sanguis. Sed magno hic opus judicio, ne male unum pro altero sumas.

10. Quid incommodi sequatur si dolentis actu brachii, aut infirmioris vena aperiatur.

Qui fit, ut ventus qui per rimulam, aut angustiorem locum aspirat, (qui vulgo *vent coulis* dicitur) deterius partes afficiat, quam qui per ampliorem locum irrepit? Immo quemdam veluti σφακελισμὸν & venenatam vim infert.

Lac asininum arcet Elephantiasin, caro asinina proritat & advocat. Unde hoc? An quia carnes crassum succum generant; lac autem serosum & tenue? Hoc autem videtur absurdum. Nam Hippocrates lib. 2. de diæta ita scri-
„ psit: Quorum animalium lac tenue est, & sanguis similiter, eorum etiam car-
„ nes sunt consimiles.

ANNOTATIONES

1. *INitio Autumni quædam erat opinio de febrium quartanarum multitudine. Tamen paucæ admodum restiterunt. Et mirum fuit, cur tam paucæ essent, quum tempus satis insalubre videretur. Contra in primo libro docuimus, alio Autumno innumeras fuisse.*

2. *Immo in paroxysmis febrium, & morborum autumnalium vidimus sæpe & juscula, & cibos coctionis facilis exhibitos, & vim caloris statim debilitatam ac fractam fuisse.*

3. *Hippocrates lib. de aere, & locis observat, mulieres aquis malis & paludosis utentes, sæpe putare se alvo gestare: & ventris moles ad constitutum usque partus tempus manet, sed tandem ea moles evanescit.*

4. *Idem narrat se fretum consilio quorumdam, qui consuluerunt, ut quotidie*

tidie mane manderet ſalviam, & illius uſu malum imminutum fuiſſe. Magnam pituitæ copiam educebat, ac credibile à frigidiſſima quadam pituita eos dolores excitatos, adjuvante quodam calore, & phlogoſi interna. Item fimum equinum vino albo maceravit. Vinum macerationis magno profectu ſe ſumſiſſe confitetur.

5. *Hunc affectum explicat Aetius, capite de iis quibus ſtomachus diſſolutus eſt, alvus autem adſtricta.*

6. *Et Aphoriſmo 64. lib. 7. Aphoriſm. docet Hippocr. non eſſe dandas multas ſorbitiones quum ſtrigmenta ſunt in urinis, (quamquam legitur vox* ὑποχωρήματος*) Et revera, ut ex præcedentibus patet, & ex mente Galeni de urinis locus intelligendus eſt.*

7. *Si ſiccum ſano eſt propinquius in vulneribus & ulceribus, ſi provocatio ſudorum tam prodeſt, ſi diæta, & deſiccatio tantum proficit; cur tam multi ſumus in uſu juſculorum? Unde Gal. cap. ultimo, lib. 4. de loc. aff. in affectu pulmonum cum corruptione, (ut ſæpe in ægris deprehendimus) utitur omni deſiccatione, utitur aromatis, & mithridatio. At dices, corpus extenuatum eſt. Quid tum? Oportet enim putredinem corrigere, unde vulgus non inepte dicit, hunc aut illum pulmones habuiſſe putres, ob rerum liquidarum, & potus copiam. Tamen in orthopnœa, & difficultate ſpirandi, præſertim ab obſtructione, non videtur abſtinendum eſſe ab uſu juſculorum, & rerum liquidarum: Et male fortaſſis ſiccantia pulmonicis præſcribuntur. Id non caret difficultate. Et unum maxime obſervandum eſt; uſus rerum liquidarum ventriculi vires diſſolvit, & facultas retentrix ipſius ventriculi exſolvitur. Sic & ad facultatem retentricem, & attractricem moderata deſiderari debet ſiccitas. Porro juſculorum frequens uſus hydropem pulmonis accerſit. Et ut ſicca impediunt expectoratum, ita frequenter uſurpata humida ſputum diluunt, & effeminant, ut minus aptum reddatur excretioni.*

8. *Iſte & bilioſos multos humores congerit, & crudos multos, ut ſciri poteſt: & propterea periculoſus morbus eſt. Nam Galenus comm. ad hiſt. de
„ Sileno ita ſcripſit. Graviſſimi ſunt morbi, in quibus bilioſi humoris & cru-
„ di ſucci magna colligitur copia.*

9 *Iſta* συντονία *forte poteſt nominari* τάσις. *Quum enim avis præpetibus alis ſubnixa volat, dicitur eſſe* ἐν τῇ τάσει: *cum telo percuſſa decidit, iſta perit* τάσις. *Idem contingit in noſtro corpore. Hinc ſudorum eruptio critica fit per quamdam* τάσιν: *ſymptomatica vero quamdam* λύσιν, ἢ διαφόρησιν, λυθείσης τῆς τῶν μορίων φύσεως ἐν τῇ τάσει τινὶ οὔσης. *Sic Epilepticus paroxyſmus* ἐν τάσει εἶναι *dicitur:* παράλυσις *vero* ἐν λύσει τινί. *Et omnis convulſio eſt* ἐν τῇ τάσει ἐκείνῃ: *pareſis, paraplegia, paralyſis* ἐν τῇ λύσει. *Quod Hippocrates 2. Epidem. declarat, & nos in hiſtoria Vandolii demonſtravimus paullo ante.*

10. *Huc pertinet quæſtio de aſinino lacte, quod Elephantem arcet, quum caro aſinina eumdem accerſat. Quum enim lac aſinæ ſit potius ab hepate, quam ab habitu, & nutritio habitus ſit perfectior, quam partium internarum: conſentaneum videtur, ut potius lac aſinæ accerſat Elephantem, quam caro ipſa aſinarum.*

CON-

CONSTITUTIO HIEMALIS

Anni Domini 1576.

HIC considerari potuit quantam vim habeat aer, & tempestas. Nam quum auster maxima ex parte perflavisset, nervorum & cerebri œconomia plurimum labefactata est. Et revera habet θεῖόν τι. Nec enim tam est humorum parens, quam auctor διαθέσεώς τινος in partibus ipsis. Vel enim partes firmat, vel imbecilles facit. Unde flante austro βαρυηκοΐαι, νωθρότητες. Quare? Quia συντονία ipsorum nervorum afficitur ac labefactatur: corpus fit καταῤῥῶδες, fiunt in corpore quædam καταῤῥήξεις, modo in interno corpore, modo in externo. Si in interno, vel in alvum ipsam fiunt, hinc diarrhϾ, & alvi profusiones: Si in pulmone id fit, dolores lateris, præsertim pituita liquescente & πνευματουμένη. Et sic de reliquis partibus. In externo corpore fiunt istæ καταῤῥήξεις, vel a capite ipso in subjectas partes, unde paraplegiæ, & ἡμιπληγίαι, vel in ipsissimis partibus, hinc paralyses particulares. Sed morborum magna fetura est, præsertim paralyseon, hemiplegiarum, defluxionum, διαχύσεων τοῦ φλέγματος, si caput affectum est, aut gravatum. Affectum, ut cum inclementia cæli afficitur. Unde plerique exeunt domo mane sani & sicci, qui attracto haustoque aere nubiloso, aut frigidioris auræ appulsu, statim tussiunt, vocem raucam compressamque habent. Gravatum autem caput, veteris excrementi suppressione. Sunt enim quædam capita, quæ excrementosa magis sunt, quam alia. Porro inter homines vim tempestatum, & mutationum præsentiunt, qui sunt λεπτομερέστατοι, & spiritus quoque tenues & subtiles habent. Porro per totam hiemem, & sub principium veris magna paralyseon fuit ilias. Et non solum erat fluxio quædam subfrigida a capite, sed & concursus cacochymiæ peculiaris corporis. Hanc quidam ad cælum referebant. Juvit sæpius in his etiam resolutionibus & defluxionibus phlebotomare.

Mirum illud est, & non negligendum, quod celebres lithotomi Parisienses se observasse dicunt, nocentissimum esse medicamentum cassiam iis, quibus sectione detractus est lapis. Propterea Laurentius senior, lithotomiæ prudens & peritus, contendebat primum a Medicis, λιθοτομηθέντι medicinam facturis, ut ne cassiam præscriberent. Observasse enim se asserebat multorum periculo, id medicamenti devoratum esse, & omnia in deterius versa fuisse. An quia cassia est aliquantum diuretica, & propterea ex eventu vesicam jam afflictam molestat? an quia κακοστόμαχος, & ναυτιώδης; Virositatem enim quamdam habet, & tormina excitat. Unde fieri non potest, quin perturbet, & turbas excitet in corpore unde vesica vim patiatur.

Cassia nocet iis, quibus sectione detractus lapis est.

Cordæo Medico dolores implacabiles ad ischion. Admotum vesicatorium ex cantharidibus, ardor urinæ insecutus est intolerabilis. An tutus cantharidum usus? Cavendum ne ardorem urinæ inducat.

Hippocr. sect. 3. li. 3. Epid. per totũ. 3.

Dumæi filia annos 17. nata, febricitavit. Huic dolor nonnullus ad claviculas & brachium, fere ad olecranum. Non putabatur fluxio tam maligna, nec quod subtus cuniculos ageret. Cœperunt illum morbum quibusdam remediis agitare, anodyna applicare, purgare, oppositæ partis venam secare. Septimo die comatosa, ac veluti resoluta fit. Partes quæ dolebant, cœperunt esse indolentes. Nil in superficie apparebat. Mors. Brachium erat velut syderatum parte interna ad periostium, ante mortem nigrescebat. Circa ipsius periostium serum & virus reperitur, quod exusserat ac corruperat partem. Immo jam labes pervaserat ad interiorem thoracis partem, ac si surda fuisset, ut ita loquar, pleuritis. Admiranda sunt effecta seri venenati.

Seri venenati vis.

Castratio arcet Elephantiasim: & tamen Castrati ad Elephantem album accedũt. Part. 9. sect. 5. li. 6. Epid.

Castrati fere sunt semiputres (Galli vocant *povacres*) & ad album Elephantem accedunt. Et tamen dicunt resectionem testium arcere elephantiasin, & curare præsentem. Quomodo id fit, quum castrati, quibus nimirum execti sunt testes, propter eam ipsam resectionem, in aliquam Elephantis speciem incidant?

Damisella Thiesalda illud est experta, quod Hippocrates scripsit, ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ, καὶ καρδίην, καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτά, καὶ ἐς κεφαλήν. Quum enim calidis visceribus sit, & capite calido, ob varias perturbationes & iras, tota oppressa visa est. Conculcatur enim, & obruitur circum præcordia calor, & alimentum. Propterea in dolorem lateris, qui pleuritin ementiretur, præceps ruit. Nec id tam a capite, aut pulmone ipso fuit, quam a refluxu, & ἀναῤῥοπῇ humorum. Intumescit enim hepar, & expanditur. Ac duo hic notanda sunt. Prius est, quod magna ex parte levata est sudore, & crisi ἠμιῤῥόπῳ. Sudor autem erat veluti diaphoreticus, & tantum mador erat. Vires languebant. Et nisi cacochymia imminuta fuisset, si crisis vere incidisset, idest subita omnino mutatio, repente interiisset: sed sensim, & ἐκ προσαγωγῆς ea mutatio incidit. Sudor autem ille talis qualis fuit, juvit. Alterum notandum est, quod ut ira, & motus vehementes calidioribus nocent, ita frigidis & pituitosis motus isti conferunt. Nam Hippocrates ait: Danda opera, ut ira excitetur, caloris & succi recuperandi causa.

Pituitosis naturis ira confert. 2. Epid. hanc particulam enarrat com. ad part. 9. sect. 5. li. 6. Epid.

De judicio ferendo in sanguine laudabili aut contrario, jam ante diximus, quoniam hic graviter peccatur, ut ignorantiæ velum aliquod Medici prætendant. Plurimis impurissimus sanguis detractus est, immo numquam fere purus, quibus tamen mortuis & sectis partes omnes satis integræ sunt deprehensæ. Aliis fere semper purus, quibus tamen viscera, & pulmones maxime putres sunt inventi. Quid hoc rei? Si multis semper detractus est impurus sanguis, an quia impurus, occasionem subinde capis secandæ sæpius venæ? Vires enim destruis. Et forte in habitu tantum talis sanguis succrescit. Et formosissimis mulieribus & albissimis impurus sæpe detrahitur. Quid hoc rei? Multi, meo judicio, tali sanguine bene nutriuntur. Et ut sues luto, ita tali sanguine corpora sustinentur. Immo æque longævi sunt, quibus impuritas est sanguinis, ac ii, quibus perpetuo purus demtus est. Sæpe ad speciem & visum purus est, qui alioqui τῇ ὅλῃ οὐσίᾳ malus est. Ut contra, impurus cernitur specie, qui non ita τῇ ὅλῃ οὐσίᾳ malus. Et quum malus & impurus ita sæpe cernitur, tantum ob naturam corporis delicatam, & admistionem seri talis,

Formosissimis mulieribus impurus sæpe detrahitur sãguis.

lis,

lis fit. Argumento est, quod fere cacochymi sunt κάτω. Et talibus potius purgatio quadraret, quam identidem repetita phlebotomia. Item id valde notandum, quod plurimi quibus facies nitet, & decora est, floridulusque vultus, sæpe magis valetudinarii degunt, quam quibus impurior est sanguis, & facies pallidula. Quæ omnia ad unguem tenenda, ne crudelitate potius, quam humanitate nostrum expleatur officium.

Vera & legitima catarrhi causa.

Quum quis catarrhosus est, fere hic accusatur hepar, aut viscera calida. Quod quum verum est, summittuntur vapores, qui refrigerati a cerebro, illud vicissim refrigerant. Et sic fluxionum a capite perennitas quædam est. An non potius quibus moderato tantum calore, aut tepidiusculo viscera prædita sunt, ea non minores habent vapores? Nam quum calor paucus est, aut inferior, (ceteris paribus,) idest, in humorum paritate, plus excitat vaporum, & non dissipat diffringitque, ut quum robustior est. Idem enim evenit, quod & viridibus lignis accensis. Et, quod annotavit Fernelius, fortassis non ab inferioribus partibus tantæ vaporum copiæ causa repetenda est, sed etiam, aut potius ab ipso cerebro, quod aut calidius est, & sic liquatur, & funditur; aut imbecillius est, & delicatius, & sic ab eo manat & stillat aliquid semper, & plus excrementi congerit in se se. Nam ἀτονία, & σωτονία ipsius cerebri afflicta est. Galli dicunt, *le Cerveau est desbandé*. Aut quia fortius, & sic se se valide exonerans partes inferiores irrigat ῥευματισμῷ. Et talis exoneratio salutaris aliqua ex parte: unde dicimus catarrhum magnum & frequentem, salutarem. Aut quia pori sunt occlusi, & cutis pericranii densior. Et ut videmus corpora δυσδιαφόρητα valetudinaria effluvii defectu: Ita, quum caput non est εὔρουν, congestio fit, hinc defluxionum ampla seges. Hæc ad unguem tenenda sunt, ut medicina prudenter fiat. Nam quidam omnino in catarrhosis a phlebotomia abstinent. Alii audacter sanguinem mittunt. Utrique valde aberrant. Nam sæpe in cerebro tumultus fit, & ὀργασμὸς, qui recte phlebotomia sedatur.

Hippocr. 2. de mor. initio.

Capita deliberationum pro catarrhosis.

In domo I. Trouvé Notarii senioris Clericus annos 22. natus, horruit atque incaluit. Nox implacida, vomitiones assiduæ rerum variarum, deinde velut cineritiæ, ac nigricantes. Dolor ad totum ventrem implacabilis. Hypochondria ἐπώδυνα, & distenta. Neutrum in latus decumbere potuit. Febris assidua. Jactationes. Ferre potuit phlebotomias. Nec adjutus est. Venter perpetuo siccus, non solvebatur. Volvuli magna erat suspicio. Quinto die repente interiit. Vomendi finis non fuit. Incendium intus magnum. Mortuus valde a maligno intumuit. Aperto cadavere, colon erat velut nigrefactum, epiploon totum putre. Ad regionem hepatis sanies purulenta. Fœtebant adeo omnia, ut viscera dimovere horribile fuerit. Audio halitum illi fœtentem fuisse.

Joanni Picquet fluxio arthritica, & valde dolorosa. Quinquennio ante eodem modo laboraverat. Tunc a procatarctico fuisse narravit. Nuper uxoratus erat, quum id mali adoritur. Incredibilis humorum rabies, mox in has, mox in illas partes. Quia & nervi, & arteriæ, & venæ sanie quadam scatebant. Phlebotomia quinquies celebrata melius habebat. Prudentis est Medici videre, an non secure vena his in morbis aperiatur, an vero prudenter prætermittatur.

Si

Si facultatis retentricis imbecillitas est, prudenter omittitur. Si cacochymia est; immo virulentia, quæ tantæ tragœdiæ auctor sit, audacius id faciundum.

Filia venerabilis Colettæ fluxione in latus laboravit. Pleuritis fuit non legitima. A collectione cujusdam materię efferæ fuit. Evasisse visa est. Aliquo post tempore intumescit sinistra mamma. Dolor profundus. Pulsatio quædam. Aneurismatis opinio. Quum de aneurismate consuleretur, & admotum esset cataplasma ex farina & luteo ovi, repente e pectore eduxit corruptam materiam. Tumor resedit. An non timendus fuit ea in parte abscessus?

Mulieribus venæ angustiores. Et tamen calculo & morbis ab obstructione sæpius non affliguntur.

Cur quum mulieribus venæ sint angustiores, & cruditatibus multis pateant, calculo & morbis ab obstructione sæpius non affliguntur? Et cur aqueas urinas & tenues non potius reddunt, quam corpulentas, crassas, & jumentorum urinis similes? Forte id alienum non est ut inquiratur. Et quod sæpius capitis dolore tententur, quærere oportuit. Quæ enim inter eas calidioribus sunt visceribus, & rubore suffusas habent genas; an quoniam calor multum vaporum summittit, quos discutere nequit? An quoniam cranium & pericranium densum habent, propterea minus perspirans? Accedit & quod capita nimium operiant.

Uxor Augustini Consulis quibusdam convulsionibus obnoxia est, & mente movetur sine febre, præsertim perspicua. Quum laboraret, ingens hæmorrhagia & indomita fuit. Credibile sanguinem multum fluxisse, qui & bilem & succum melancholicum temperaret. Hæc autem habitu est melancholico. Ita enim Hippocrates memorat de quodam Halicarnassensi, cui quum in dolore capitis secta esset vena, evacuatione & perfrigeratione quadam capitis phreniticus factus est.

Hippoc. 7. Epid. & lib. 1. Epid. meorum, de muliere phrenitica.

Uxori N. Bæi tumor eminens ad frontem. Is nobis suspectus fuit. Aliquid enim venereum redolebat. Applicatione emplastri de ranis cum mercurio remollitus est tumor. Tandem applicatum pyroticum. Facta via sanies & ichor manavit. Os subjectum affectum repertum est. Desquamatum est. Curatum est ulcus & bene habuit.

5.

Circa pulsus diligentes & sedulos esse oportet. Magnum enim habent momentum ad therapian, & ad reliquas Medicinæ partes. Sed ad diagnosin prognosimque maxime. At qualis in sanitate pulsus sit, diligenter scire oportet, alioqui falli necesse est. Ac primum utriusque manus pulsum continges. Diversus enim sæpe est. Et in multos incides, quibus alias dextræ arteriæ corpus profundius, alias sinistræ: & ita facile tactus judicium fallit. Unde in febribus continuis vidimus aliquando dextræ arteriæ pulsum frequentem & humilem, sinistræ frequentem, magnum & elatum in omnem dimensionem. Unus a remediis tentandis paullum revocat. Alter remedium validissimum clamat. Et id magni ponderis est. Nam si vitium conformationis ipsius arteriæ causa est, cur aut plenior majorve pulsus appareat, aut minor & vacuus, quid hic agas? quid consilii capias? Historia de Cervenay hujus rei fidem faciet; cui pulsus omnino erat dissimilis. Et quod unus dictitabat, suadebatque, alter dissuadebat. Huc pertinet historia adducta ab Josepho Struthio in libro de arte sphygmica. Narrat de I. Starchonio Veneto, cui in febre continua erat ἀσφυξία. Cœpit male ominari Medicus, cui erat incogni-

Pulsus dextra arteria contrarius sinistra.

cognitum pulsus instrumentum. Nam arteriæ exteriores profunde demersæ erant, & multa carne & adipe communitæ, ut contingenti manui non occurrerent. Et tamen convaluit.

Narrat & de quodam milite in Ungaria, cui semper deficiens erat pulsus sine reciprocatione. At id ex vulneribus obtigerat. Dissectæ enim fuerant in utraque manu arteriæ, quarum cicatrices supererant, in medio cubito. Narrat & de Sphasio histrione, a natura facto fatuo, cui etiam bene corpore sano erant in pulsu omnium generum inæqualitates. Et salse satis respondit Medicus contrectans arteriam, & interrogatus quid ei videretur de pulsu? Talem esse ipsius histrionis pulsum, quale foret ingenium. Narrat, & de Monacho, cui pulsus intermittebat quamdiu vixit. Quo pertinet historia de juvene, qui dum ex morbo emergeret, suo pulsu intermittente Medicos terruit, ignorantes id esse συγγενές. Petro Conario tumor tophaceus sub arteria ad os cubiti adcreverat. Vasa tendebat: proinde pulsus tensivus percipiebatur. Item & militi Turcæ in febre continua pulsus erat δίκροτος. Febre liberato idem erat pulsus: natura enim talis illi erat. Sed & admirabile illud de Comite Polono, cui ἀσφυξία fuit per 14. dies ante obitum. Ejus filio fuit tantum per diem unum. Mirum fuit, quomodo tamdiu ἄσφυκτος mansit.

Galen. lib. de præcognitione ad Posthumum.

Plerique febres habent lentas symptomaticas, quas vulgus febres non putat esse. Nam quum sensui addictum sit, non putat vere febricitare, nisi aut rigor, frigus, horror, aut aliqua θλίψις, idest, angustia, molestiave sit. Unde sine distinctione, sine judicio cibant ægros, nec ullius accessionis, & ἐπισημασίας latentis rationem habent. Nam quum lateat putredo, & humor conclusus sit, non disseminatus per partes sensiles (unde rigoris sensus adest) latens & obscura ἐπισημασία, unde in talibus ἐπισημασίαις ægri pereunt incautis Medicis. Maxime vero id contingit, si febri lentæ conjuncta sit periodica. Id quod evenit sæpe, & magno ægrotantium intertrimento. Porro carpendus est interpres Galeni, qui quoniam libro 1. de diff. febr. cap. 7. nomen θλίψεως pro compressione legit, dum de pulsibus agitur, grammatica quadam licentia ἐπισημασίαν in febribus hecticis post sumtum cibum, & in quibusdam putridis ἄθλιπτον vocat, annotationem incompressam. Ineptum hoc. Ergo ἐπισημασία ἄθλιπτος dicitur initium cujusdam accessionis febrilis, sine angustia & molestia, quæ in aliis febribus adesse solet, in quibus rigor aut frigus manifestum est. Porro animadvertendum illud, quod 9. cap. lib. 1. de diff. febr. observat Galenus, quomodo illud τὸ ἄθλιπτον non modo in hecticis cernatur, sed & in putridis febribus. Nam in febribus continuis sunt quidam paroxysmi excitati a motu novæ materiei, non traductæ per partes, (quamquam non existimo istam materiam dimoveri & transferri, sed tenuiorem quamdam partem aut serum potius:) & tales paroxysmi latent sæpe nos. Et intempestiva cibatione morbi imprudenter porriguntur. Quomodo autem paroxysmos febrium non necesse sit habere comitem rigorem aut horrorem, ex sententia Arculani, in Consiliorum tomo primo docuimus.

Joannes Puthonnier ἰκτεριώδης, pene febre lenta laborabat. Plurima mictio eaque pellucida. Diabetes in metu erat. Juvit phlebotomia, & purgatio

tio ex lenientibus. An non quia καῦμα intus erat, ut ad extinguendam hepatis & præcordiorum sitim, hepar & renes continenter serum attraherent?

Illa nutrix, quæ diu sana vixerat, & quæ initio morbi tam terrifica passa est symptomata, satis docuit Medicum his turbari non debere, immo audacter, servatis aliquantum viribus, tentare debere remedia, nec solis cardiacis fidendum.

Servus Gaillardi Julianus in febre assidua opprimebatur pęne. Natura causam oppressionis detexit, procurato expectorato. Medicus in febribus etiam essentialibus debet curam habere & pulmonum, & partium aliarum, quæ fovent novum morbum vetere pejorem. Hinc successiones morborum. Et prout variarum affectionum sedes, ita variæ crises.

Incredibile pęne, quod Damisellæ de la Mothe contigit. Quum satis bene haberet, injecto uno clystere icterica facta est. Icterus erat κατακορὴς & magnus. Venenum clysmate inditum putabat. Mirum quomodo tantus icterus de repente contigit. An in cavo hepatis tanta materia? Aut ubi est? Dejectiones albicabant. Urinæ erant confusæ.

Hispanus, Nicolæa Honorata, Nicolaus Dubuisson, neptis uxoris Gilberti interiere pęne morbo consimili. Omnibus Medicis negotium dedit. Immo ausim asserere, morbum non intellexisse. Difficultas erat spirandi summa, spiritus frequens & parvus ad mortem usque. In sicco veluti spirare videbantur. Nec tussis, nec sputum. Spiritum ne ad momentum cohibere poterant. Erecto paullum corpore ita frequens & parvum spirabant. Febris non erat magna, nec quæ istam respirationem requireret. Medici accusabant pulmonem; alii catarrhum esse putabant, alii inflammationem, aut phlogosin pulmonis. Quod non erat credibile, quum febris non esset saltem commemorabilis. Nec phlebotomia, nec subductio alvi juvit. Nicolæa Honorata quum febre lenta laboravisset, & bene cœnata fuisset, cœpit brevi spirare & frequenter. Ista respiratio mansit, donec exspiraret. Retulimus ad ventrem inferiorem malum, non ad pulmonem. Alii contra. Aperto cadavere, repertus est ren dexter purulentus. Unde credibile a vapore maligno hanc orthopnœam siccam inductam fuisse. Incredibile enim qualia symptomata afferat aura venenata a pure traducta. Joannis Tassini historia fidem facit. Sed & alia conjectura nitimur. Post diuturnas febres, aut alias affectiones natura alias in cutim, alias in artus, alias in partem aliam reliquias veneni deponit. Hinc aliqui fœda scabie maculantur, aliis articulorum labores eveniunt, aliis hemicraniæ, aliis species cujusdam catalepseos, hinc ἄφωνοι, ἢ ἀπόπληκτοι aliquando redduntur: hujus rei παραδείγματα apposuimus in libro primo Consiliorum nostrorum, & ratione exposuimus. Ut mirum non fuerit, si post obstructionem summam primæ regionis, ut nos deprehendimus, naturæ conatu excitatum sit aliquid, quod dolorem intulerit, & φλογώσεως speciem quamdam, unde difficultas spirandi sit insecuta. Quomodo autem partium inferiorum affectio brevem spiritum, & frequentem afferat, pluribus explicavimus in 2. tomo Consiliorum nostrorum. Porro huic puellæ pulmones erant integri. Aliquantula pars adhærescebat costis, sed id non erat ἀξιόλογον. Nicolaus quoque Dubuisson sic interiit. A venenata aura credibile quoque istud

fa-

factum. Nam huic per annos pene 15. aut 19. familiaris erat excretio purulenta per urethram. A renibus id erat. Minus æquo excretum est. Dolor colicus ortus. Deinde difficultas spirandi sine tussi, aut aliquo consimili symptomate. Mors. An colicis doloribus, & tetræ anathymiasi hæc succedere possit δύσπνοια, quæri potest. Nos id deteximus, & animadvertimus prædictis exemplis: In Hispano, & nepte Gilberti non ita res innotuit. Porro eam affectionem dubitabamus, an vocare jure possemus orthopnœam siccam, an sanguisugum? Orthopnœam siccam, quoniam videbatur aliquid affine habere ei affectui, quem Hippocrates vocat orthopnœam siccam. Galenus in comm. vocari putat orthopnœam siccam, eam difficultatem spirandi, quæ sine sputis, vel eductione per tussim usque eo vehemens est, ut inclinari citra suffocationem, qui ita affectus est, non possit. Hæc autem a spirituum interceptione fit. Meminit autem inflammatorum hypochondriorum, quod affectio hypochondriorum, eam affectionem inducere possit. Vel sanguisugum vocabamus, Gordonium imitati. Porro sanguisugum est difficultas anhelitus, quum aliquis non potest expellere aerem pro tanto, quia pectus & cannæ non possunt constringi sufficienter, ibi retinentur fumosæ superfluitates.

Part. 21. lib. 4. Acutorum.

Sanguisugum quid. Gordonius c. 8. lib. 4.

Luna silente cur corpora imbecilliora.

Silente Luna cur potius mala ingravescunt? Cur lapidosi fatigantur? Contra enim accidere debere par videtur. Nam in primis Lunæ quadraturis, maxime vero quum plena est, corpora robustiora videntur. Itaque partes se se potius exonerarent id temporis, quam inclinante Luna. An quia Luna plena virtus partium exsuscitata est, & corpora intumescunt; deinde decrescente; ac senescente, laxiora dissolutioraque redduntur? Propterea, si qua infirmitas, ea potius eo tempore detegitur, quam quum facultates valent. Corpus enim se se suo nutu ac viribus sustinet.

ANNOTATIONES.

1. *IN iis qui sternutant, causa est, quæ cerebri facultatem expultricem ad excretionem succussumque irritat. In febrium paroxysmis orgasmus est, & hepatis veluti tumor, & expansio, ut Hippocrates lib. 2. Prorrhet. annotavit; unde multis tunc spirandi difficultates. Quando cholera morbus prehendere debet, impetus quidam est & conatus. Quæ omnia notari debent. Hinc enim fit, ut excrementorum copia sua in singulis partibus facultatem partis excitet. Et quando omnes partes simul hoc aggrediuntur, mors ab oppressione sæpe obtingit.*

2. *In ista constitutione innumeris fuerunt siccæ & humidæ ophthalmiæ, pruritus oculorum, suffusiones & ungues de repente advenientes: unde multis aut debilitatus, & imminutus visus est, aut omnino abolitus. Item & dentium dolores fuere crudelissimi & acerrimi, tusses, & quæcumque cerebrum plenum parere solet.*

3. *Mirum est, quod quædam materia venenata, ut ea est quæ facit exanthemata & variolas; non vertitur in pus, sed in quid simile puri, & in quamdam novam speciem putredinis, quam natura non domat facile. Quod Hippocrates in Epid. annotavit. Porro in tali suspicione cauteria adhibere in primis*

mis oportet, licet materia non educatur, & magnum dolorem non inferat: Item litus ex hydrargyro confert, ut annotabimus in sequentibus.

4. *Revera erat hac in parte apertio faciunda, eo modo quo factum est in uxore D. Guillon, quam curavit D. Duretus, de qua dicetur in sequentibus.*

5. *Difficile est circa pulsus judicium: & magno ægrotantium incommodo in ista hæretur difficultate. Prout enim quisque variam habet de pulsu opinionem, ita varie corpus ægrotum exercet. Si validum pulsum & altum existimat, aliam indicationem inde sumit, aliam si aliter affectus sit. Et forte huic pulsus validus videtur, quod satis fortiter pulset arteria, quum tamen talis non sit. Prout enim affectum est instrumentum, ita aliud judicium esse solet. Item quum applicatio manus sit diversa, aut comprimens, aut suspensa, aut mediocris; ita varia de pulsu est opinio. Hic Medicus comprimit, & arteria compressa aliam pulsus ideam refert. Ille Medicus suspendit manum, eamdem arteriam contingens, & arteria alium pulsum habet. Itaque non temere in ea pulsuum materia versandum est.*

6. *Item similis est historia F. Michaelis Sammartini, in quo leipothymia præcessit febrem insignem, & genu tumorem. Medici territi istis symptomatis ad cardiaca properant, quum potius ad purgans medicamentum statim sit veniundum.*

7. *Difficultas inerat spirandi. Cujus causa non tam erat in pulmone ipso, quam in regione hepatis aut lienis. Et quod initio febrium aut continuarum, aut intermittentium nausea, dyspnœa, sicca tussis, ἀλύκη, pandiculatio, suppressio & ephialtæ species inducitur: ita si movetur materia, & species quædam febris intus fovetur, quamdam difficultatem spirandi afferre potest, quam nec ad catarrhum suffocantem, nec ad vitium pulmonum referre debemus. Filius Antonii Fauereau Pharmacopœi videbatur casurus in has affectiones orthopnoicas, de quibus hoc loco. Dyspnœa erat, & obaudiebatur strepitus magnus cum raucedine. Id ad crudum succum referebatur, aut ad flatum malignum in pulmone excitatum. At adventantis rubiolæ id fuit indicium. An non ea dyscrasia fit in pulmone, eo modo, quo in metu morbillorum, ut difficultas spirandi inde oriatur? Forte id non est plane dissimile. Alius puer annos 7. natus, consimili morbo interiit. Non est deprehensa tam sævi morbi, & difficultatis spirandi causa. Eo tempore vagabantur tusses, vulgo* Quintes *dictæ, de quibus paullo post. Et quod ex intervallis facit quinta tussis causa fugax, id facit eadem causa fixa. Hic perseverat difficultas spirandi usque ad interitum. Filius D. le Noir ista difficultate spirandi interiit, quum raucedinem quamdam haberet caninam, & tumentes paullum fauces. Pulmo erat parte dextra vitiosus. Gervasius Honoré socer meus, ita pæne suffocatus interiit. Chirurgus affirmavit se secuisse cadaver pueri ista difficili spiratione, & morbo (ut dixi) incognito sublati: Inventa est pituita lenta, contumax, quæ instar membranæ cujusdam arteriæ asperæ erat obtenta, ut non esset liber exitus & introitus spiritui externo: Sic suffocatio repentina.*

8. *Morbus quo interiere illi tres commemorati ægri, forte aliquid affine habet cum eo morbo, quem Hippocr. pulmonem repletum vocavit, de quo ante conjecturam nostram adscripsimus.*

9 In Nicolaa Honoré visa est summa bilis effusio in intestina. Cystis fellis videbatur exhausta. Fernelius capite de morbis cysteos fellis, meminit quosdam interiisse, in quibus nulla alia interitus causa comparuit, quam quod folliculus fellis exhaustus esset. Videndum an hoc credibile.

10. Quæ difficultas spirandi a flatu est, ea crudelior, & curatu difficilior, & funestior exsistit. Quod autem flatus difficultatem spirandi afferat, ex eo colligere licet, quod Galenus comm. ad particulam 39. lib. 2. Prorrhet. ait Asthma fieri a flatu, a pituita e capite delapsa, a pleuritide translata, a pure.

CONSTITUTIO AUTUMNALIS

Anni Domini 1577.

AUTUMNUS Anni Domini 1577. ἐξανθημάτων puerilium feracissimus. Immo qui annis, usu & experientia valebant, tantam puerorum cladem vix se umquam percepisse dictitabant. Æstas salubris fuit, sicca, & squalida. Ver & principium æstatis humidum & tepidum. Sed mirum quum æstas saluberrima fuisset, quum vacarent fere omnes Medici munere ob ægrotantium inopiam, quomodo eruptio ista pustularum tot pueros sustulerit. Quicumque enim initio prehendebantur, sæviente ac flagrante malo omnes pene peribant; & non proficiebat hilum ars ea, quæ multis auxilio esse solet. Tanta seri venenati erat malignitas! Maxime vero ob ἀναῤῥοπίην, aut ob capitis quamdam peculiarem plethoram, facies deturpabatur, oculi intumebant, ut metus esset aut exertionis, aut præsentis cæcitatis. Paucis apparuerunt ἀσινέως. Erant enim mali moris. Quarto aut quinto fere die febris assiduæ incidebant. Antequam clades ista invasisset, viris & majoribus apparebant maculæ, ecthymata, miliares pustulæ, & cetera id genus, idque æstate maxime. Sed id nullum afferebat periculum. Certum est quodam tempore, quodam statu, certum genus hominum, certo morbi genere tentari. Quod Hippocrates in Epidemiis animadvertit, ut in tractatu de exanthematis, & de arthritide animadvertimus. Quod Plinius scite scripsit. Universis gentibus ingruunt morbi, & generatim modo servitiis, modo procerum ordini, aliosque per gradus.

1.

2.

Plinius cap. 50. lib. 7. & cap. 1. lib. 16. de mentagra.

Hic quærere oportet, cur ecthymata non idem sunt quod aliæ pustulæ, quæ nobis sæpe erumpunt; nisi quod in exanthematis totum corpus afficitur, aut magna pars, non item quum sparsim quædam pustulæ dolorificæ apparent? Cur non quum seri maligni & multi suspicio sit, tuto non pertundetur vena? Cur si materia ita est venenata, pus fit? Si materia ita est venenata, cur pus apparens in vesiculis non erodit, & serpit longius?

Notandæ quæstiones circa exanthemata.

Andreas Frater ἰκτεριώδης, ἀπύρετος, urinas faciebat bile saturatas. Hinc se-

caudæ venæ occasionem cepimus. Idem in Damisella de la Mothe præstiteramus. Sanguis illi detractus valde laudabilis. Quomodo id contigit? Dominus Fernelius hujus rationem rei reddit, nec non eos sugillat, qui talibus urinis inspectis, hinc captant phlebotomandi occasionem. Rationes istas lege, quoniam ea de re sæpe disceptatur.

3.

Paracentesis cur formidanda.

De Paracentesi illud notabile. Potest facile administrari. Sed audio a viris fide dignis quid id genus, ad miseris mortalibus opitulandum, remedii non repudiarunt, periculum ex eo non sequi, quod fiat sectio, nec quod evacuetur aqua saniosa, aut quod rursus succrescat novus humor; sed quod qua parte sectio facta est, erysipelas facile & frequenter consequatur oboriaturque. Deinde e vestigio sequitur gangræna, & sphacelus. Cur ita hoc malum gliscat & adcrescat, nequeunt rationem reddere, nisi quod loco evacuatæ aquæ flatus nescio quis malignus surgat, & quod occursu frigidi intestina, vetere colluvie delectari solita, facile nigrescant.

Auræ malignæ vires.

Quis credat, quod etiam minima aura tantos dolores corpori afferat, & mala tam formidolosa? Numquid illud videmus in ipsis plantis, quarum corpus validius est nostris corporibus, afflatum auræ nescio cujus, siderationem & crudorem, & calamitatem, & ustionem afferre? Hoc dico, quoniam id sæpe in usum venire potest. Et ut ex iis discant judicare de morbis, qui nulla morbi causa moventur, nisi ea sit evidens, & pene sensum ipsum feriat.

4.

Errant qui in fluxu mensium immodico adstringentibus, & refrigerantibus abunde utuntur, & applicant ventri. Nam primum non pervenit eorum vis ad interiora. Calorem pellendo intro eum cogunt. Sic calidior sanguis fluxui paratior est. Hic interdum valent digerentia & metasyncritica.

Filius Damisellæ de Mommor habuit aliquid notabile. Dolor lateris post vehementes exercitationes, & corpore plethorico. Secta vena. Febre aucta, & exacerbata, summa erat difficultas spirandi. Ad nothas pene costas dolor erat. Peripneumoniæ metus erat. Nec nisi fere erecta cervice spirare poterat. Febris paroxysmo inclinante (nam remittebat, non intermittebat) difficultas spirandi minuebatur, & dolor lateris. Sic febris erat essentialis potius quam symptomatica. Non tam juvabat sectio venæ, quam purgatio. Natus est patre hepatico, & aliquid habet revera συγγενές. Verebamur de pleuritide ex dorso. Non erat tamen. Nam talis pleuritis Hippocrati crisin habet per urinas: is vero potius per alvum. Et cavebamus ne errorem committeremus. Nam sputa erant biliosa. Talibus apparentibus Hippocrates cavet ne deorsum purgemus. Hoc an verum videto. Ingens humorum colluvies deturbata est. Et prudentis Medici est in talibus videre, num potius purgandum (quod facit D. Magnus Medicus) ut non tam liberaliter sanguinem mittamus.

Lib. de morbis.

5.

Erysipelas intus foras prodire bonum.

Nobilis viri Perroti morbus notandus. Dolor pectoris. Rauca vox & summissa, non libera. Difficultas spirandi. Tussis nulla. Febris aut nulla, aut exigua. Repente intus foras tumor apparuit in osse sterni. Erysipelatodes quid. Audacter detractus sanguis, quod latentis phlogoseos (quæ inflammationem tandem in pulmone peperisset) nobis erat suspicio. Convaluit.

Blandinus, & æger ad templi scalam, divexabantur capitis dolore periodico. Nulla arte occurri poterat. Immo ne sudorifica uni profuerunt. Statis perio-

periodis dolor repetebat. Febris non erat conspicua. A prava diathesi id erat? Qua arte tam contumax dolor sit oppugnandus, lubenter quærerem.

Damisellæ cujusdam latus dolentis historia commemorabilis. Nam quum pulsus languidissimus esset, & pene de feretro cogitaretur, ratione doloris præsentis, qui eam facile prosternebat, missus audacter sanguis sanitatis auctor fuit. Sic fortuitus ausus sæpe rationem prudenter initam superat.

Illa mulier ad ædem sancti Thomæ satis declaravit quanti sit faciunda etiam minima mammarum offensio. Quum enim contusio in mamma dextra facta ob ictum, neglecta fuisset ut leve malum, cancer hinc teterrimus & funestissimus est insecutus. Hinc mors.

Cancer obortus a contusione mãmæ.

Bergerii pistoris uxor querebatur de pruritu inter intestinum rectum & uterum. Nullis pene auxiliis levabatur; Credo quod erat superficiaria serpigo, & quæ ob celatum aliquamdiu malum gliscebat, viresque acquirebat. Tandem credo illam allevatam pessariorum mitigantium usu.

Ille Consul Regius, qui in vico nostro ægrotabat, dum a febre relevatus videretur, omniaque ex arte facta essent, undecimo tertio die cœpit rigere, natura crisim moliente, quum tamen per quatuor dies ἀπύρετος videretur, sudor toto corpore: dolor lateris. Pulmonicus erat, ut sputa indicabant, & pulmonum corpus semiputre, pituitaque multa offertum. Melius habere putabamus. Urgebat lateris dolor. Luna tunc silebat; & tamen coacti fuimus præ dolore venam aperire. Sudor diaphoreticus. Mors. In morbis omnia pæne timenda sunt. Et non oportet nos securos esse de morbis, præsertim si pars aliqua primaria laborat, donec nostros ægros convaluisse viderimus. Nam timendæ sunt morborum successiones. Simile quid Galenus annotavit in Prorrhetico. Locus commemorabilis.

In morbis nec temere securos, nec præcipitanter timidos esse oportet Ad particulam 17. sect. 2. Prorrhetici.

Macæus olim D. Crassi servus, biliosus, rufus; ad mensem Martium doluit latus, febricitavit. Humoris impetus furibundus vix sedari potuit. Malum artem vincebat, & remedia fere eludebat. Quicumque rufi sunt, morbis vix liberantur. Humor enim qui in eis abundat, habet aliquid virulenti. Testis vidua Barnabæ Panthou, de qua supra dictum est. Et morbi magis formidolosi sunt, quicumque eos adoriuntur, & Medici prudentiores cautioresque esse debent.

Humor qui in rufis abundat, aliquid habet virulẽti.

Illa mulier quæ ad infundibuli insigne commorobatur, morbum habuit commemorabilem. Dolor erat implacabilis ad imum ventrem, isque internus. Suppressio mensium erat. Uterinus erat morbus. Evacuatione multa, encathismatis, clysteribus cum decocto papaverum ei consultum est. Nam in morbis mulierum uterinis, præsertim quum dolores adsunt, maxime utendum stupefacientibus. Et id primo quoque tempore facit Hippocrates. Apud Manardum est similis historia.

Stupefacientibus utẽdum in doloribus uterinis. De morbis uteri. Hippocr. lib. 2. de morbis mulierum.

Commemorabilis est historia Latomi illius, qui manebat in vico Monialium. Is excrevit vomitione ingentem sanguinis nigri, impuri, mali odoris copiam: Nec interiit, quod omnes exspectabamus. Exoneratio erat regionis lienis. Ista vomitio sæpius repetiit. Nil aliud quam de funere cogitabatur. Tandem in perinæo factus est abscessus suppuratus. Melius habuit. Vide quæ annotavimus de melancholicis hæmoptoicis lib. 2. Consiliorum nostrorum.

Vena sectio impedit suppur.

Uxoris D. Neron tumor potius φλεγματώδης, ad latus circum mammas, apparens. Costa intumuisse videbatur. Procuratum est suppuratum. Secta vena. Male quidem. Nam quum procuramus suppuratum, a phlebotomia temperandum est, nisi quid urgeat.

6.

Blandinus dolebat caput. Ophthalmicus erat. Mirum quod nulla ratione dolor tolli potuerit. Arteriotomia celebrata. Concedebat quidem aliquando malum, sed periodo incerta redibat. Is expurgare luto vicos solebat. An non teter vapor qui exhalat inde, caput ferire, & afficere potuit, & nescio quam pravam diathesin capiti inurere? Ita sane.

Qui fiat, ut oculos dolentes afficiat magis aer, & affectum deteriorem reddat; & tamen tota antiquitas aquis refrigerantibus utitur ad oculos male affectos, & remediis actu frigidis, contra quam in aurium affectibus?

Si herpetes, & impetigines, & dartas serum nitrosum, salsumque facit, quare in iis oppugnandis utimur remediis siccantibus, & squalorem inducentibus? Nam contraria contrariorum sunt remedia.

Historia notanda.

Ad ripam Sequanæ quidam uxorem vulneravit. Vulnus factum in vena malleoli. Hæmorrhagia multa. Febris. Deliria. Curata est. Sed dolor postea implacabilis pedium ipsum occupavit. An quod fluxio facta est? An quod dolor ab exhausto dominatu ipsius pituitæ? An quod calor naturalis languidus factus est? Ita enim modo articularis dolor potest oboriri. Et uxor illa Pharmacopæi, quæ quum utero concepisset, fetum abigere voluit, usa pharmacis aperientibus, & menses provocantibus, incidit post magnum profluvium sanguinis, in dolores articulares implacabiles, quibus misere interiit. An dolor arthriticus evacuationem istam sanguinis sequi potest? Nam ab inanitione convulsio fit, & pro convulsione potest substitui ille articulorum dolor indicibilis. Accedere potest historia mulieris cujusdam Pharmacopolæ, cui sanguis immodice fluxit per uterum dato medicamento φθοείῳ. Nam arthritis corpus universum occupavit, tamquam sceleris & patrati erroris nefandissimi pœna.

Historia.

Equitis Torquati D. de Rochefort filio annos 12. nato erumpunt exanthemata. Quum desævire viderentur, spuit & expectorat cruentum, nec non meiit cruentum, idque abunde. Coguntur Medici, etiam præsentibus exanthematis, venam aperire. Evacuato per viam urinarum sanguine tandem moritur. Aperto cadavere, internum etiam corpus ectymatis scatebat. Rupta erant vasa sanguinis, & in regione renum multus collectus erat. Hoc symptoma novum deprehensum est.

Uxor Domini Brezé intolerabili capitis dolore vexatur. Videbatur per quaternos dies redire, aliquando tertio quoque die. Febris velut capitalis videbatur. Jam multa de iisdem doloribus scripsimus. Et causa horum investiganda est.

Coquus D. Daubray nephritin pati videbatur. Forte fortuna est secta vena. Melius habuit. Repetit dolor. Aliquando ea in parte læsus fuerat. In subitis doloribus & magnis, præsertim si febris est, tuto tentari potest phlebotomia.

Illa mulier ad poculum stanneum, quæ animam agere videbatur, in summa

ma virium infirmitate testata est, tuto etiam celebrari venæ sectionem. Forte enim venam voluimus secari, & quasi aliud agitantes, miraculo quodam levius tulit. Audaces fortuna juvat.

Idem etiam experti sumus in uxore cujusdam Hispani e regione Hospitii Lothareni. Lochia non bene responderant. Dolor ad lumbos, & regionem lienis implacabilis. Audacius secta vena profuit.

In suppressione lochiorum audacter secanda vena.

Gratiani latus dolentis notanda historia. Sexies secta vena, sæpe repurgatus est. Miraculo evasit. Fere ictericus erat, & sanguis ἰκτεϱώδης. Etiam in magna cacochymia audendum est, nec diffidendum ita viribus. Hæ enim recreantur, prout de saburra detractum fuerit.

Filii D. Poisse observanda historia. Falluntur quippe sæpe Medici, qui audientes ῥέγχος quoddam junctum cum dolore lateris, cum expectoratione exigua; de sinistro rei eventu præsagiunt. Iste convaluit præter spem. Et febris erat potius essentialis. In omni febre essentiali, quum junctus est lateris dolor, febre aucta, dolor augetur. At in vera pleuritide augetur febris aucto dolore. Filius Damisellæ de Mommor id testatus est, de quo ante. Et Medici plurimum debent animadvertere, ut dignoscant an febris sit essentialis, an non, quoties agitur de dolore lateris.

Admirabilis morbus in Damisella de Lovans. Collecta erat incredibilis copia humoris fere purulenti in pulmonibus. Calor erat intolerabilis. Animam videbatur efflare, & pene deficiebat animo. Increscente febre, juvabatur plurimum ingesto cibo, & data vini portiuncula in febris æstu. Propterea Hippocrates respiciendam consuetudinem admonuit. Nec tam sæpe severis Medicorum legibus insistendum, maxime iis quibus corpus est λεπτομερὲς, delicatum, difluens, καταῤῥώδες, iis plenius alimentum dandum. Immo etiam in paroxysmis consulendum.

Historia

Credo jam annotasse de servo D. de Granville ἀσάρκῳ, pituitoso. Huic pedes perpetuo aqua madent vi naturæ secernentis. Et annotavit Chirurgus de alio, e cujus pedibus effluebat aqua conspicua, magna satis quantitate.

Dominæ de Masseparault lingua velut exusta, & φρικώδης etiam dum sana est. Admirabilis est hypochondriacorum dispositio, præsertim quum jam καῦμα quoddam est. Interna enim adustio est, & ventriculus facile communicat tunicæ linguæ.

Cognatus D. Dodyer Procuratoris ulcus antiquum in tibia habet. Hoc aliquando cicatricem videtur capere. Quum evanescit, cardiogmos est, & virium infirmitas. Et semper dolet cor, ut ait. Admiranda est suppressio excrementi fluere soliti.

Malum sæpe quum antiquum ulcus cicatrice obducitur.

Filia Jogonę lassitudinem habebat ulcerosam, & veluti quoddam erysipelas phlegmonodes utramque tibiam pervaserat. Huic profuit terna venæ sectio. Detractio facta ex utroque brachio. Impurissimus erat sanguis.

Uxori Domini Boyer idem contigit. Dolor ad inguina. Phlebotomia, & ea sæpe repetita, profuit. Dolor implacabilis oculorum, & is profundus. Verebamur exituram oculi.

Ad insigne infundibili cuidam regio ventriculi percussa est & contusa pugno. ἄφωνος factus. Liberatus. Iterum atque iterum ἄφωνος factus est. Mirabamur quid rei esset. Nulla re poterat excitari.

Quidam

7. Quidam nuper matrimonio junctus quum ira incanduisset, febri corripitur. Nondum a nuptiis dies octo intercesserant. Verebamur ne ei phlebotomia noceret. Tamen ob ingentem febrem celebratur. Satis alacriter tulit. Sed intra modum constitum est. Excrevit innumerabilem humorum copiam per alvum. Languit plane. Insomnis. Levia deliria. Post corporis purgationem ingentem sanitati est restitutus.

Servus D. de Longueire morbo prehensus est, qui satis facilis videbatur. Nec quicquam de sinistro eventu cogitabatur. Facies non collabebatur, immo paullum intumescebat. Pulsus erat creberrimus, sed non elatus. Diligentissime purgatus est. Febris ad manum mitis. Quotus dies ageretur, ignorabamus. Ἐφιδρώσεις nonnullæ, deinde copiosus sudor. Nil in pulsu variavit. Ecce dum nos de salute aliquantum essemus securi; ingentem copiam sanguinis per anum, grumosi, & partim floriduli, excrevit. Vires detritæ in momento. Hepatis aliquantum resoluti aliqua indicia erant. Sudores inanes. Ἀφωνία. Mors. Sic in morbis semper adversi sunt eorum eventus metuendi, etiam si specie ipsa aliquid sperabile & illustre habeant. In Petro du Four fere idem die undecimo morbi contigerat, & majorem copiam excreverat. Et tamen præter spem convaluit. Narrabant illum servum prædictum vino meraco, eoque generoso, uti solitum.

D. De la Mothe, quum conceptus opinio esset, magnum sanguinis per uterum profluvium. Obstetrix narrabat cogitandum esse de expellendo aliquo; quod in utero inutile exsistens istius profluvii auctor esset. Medicamentum datum. Clyster. Dolores cessaverunt. Quod dolores cessavissent, querebatur. Exspectare debemus, donec una cum tempore res magis inclarescat, ut vel de perfecto conceptu, vel falsa imprægnatione certiores simus. Tunc hic leges aliquas constituemus, quibus cautiores nos esse oporteat in medendo mulieribus, quod medendi ratio sit periculosa & operosa. Nec dum quicquam statuimus, donec quid acciderit, intellexerimus. Periclitatio fugienda est valde. Et quemadmodum conceptus, retentio mensium, conformatio, & omne circa σύλληψιν negotium unum naturæ sit miraculum; ita retentio fetus, & exclusio; immo & rei contra naturam expulsio unum e naturæ operibus maximum est. Et quod sæpe ars non facit, nec aggreditur quidem, id natura, magno omnium stupore, perficit. Sic Medicos potius spectatores, quam actores esse oportet. Quum fluere desiisset, aliquo post tempore majore impetu fluere cœpit, & nil excretum est formatum.

Filiolæ D. Santueil historia notanda est, nec dum eventus est manifestus. Tamen quum in utroque brachio circa cubitum tumor insignis obortus esset, e pustularum eruptione reliquus, magnus nobis fuit corruptionis ossis metus. Applicatum uni brachio pyroticum, quum de pure opinio esset, nullum tamen fluxit. Propterea alteri brachio admotum non est, quum tamen applicare consilium esset. Sic in medendo valde cautos esse oportet, nec quicquam accelerandum. Ac præsertim in puerilibus tractandis corporibus cautos & remissos esse oportet.

Quartanarii inappetentes, & tamen

Qui fit, ut in febribus quartanis, & multis erraticis, ab humore melancholico natis, summa sit inappetentia, ut in Damisella de la migenne, quæ ἀποτεθυμένως ἔχει πρὸς τὰς προσφορὰς πάσας; Et tamen succus melancholicus orexin excitat.

excitat valde. Nescio hoc, nisi sit in febribus his proprietas quædam putredinis, dejiciens appetentiam. Et tamen ante notavimus, eos cibos appetere valde, & multum edaces, quibus corpus ipsius lienis putre est. Hoc requirit subtilius ingenium. Sunt qui recurrunt ad pituitam putrescentem, febrium erraticarum, & quartanarum inordinatarum auctorem; quæ quum in primis venis putruerit, illicque ignava maneat, non mirum si appetentiam dejiciat: Immo maxima chyli pars non bene mitificata & attracta, & in lactibus ipsis retenta, pituitæ quamdam speciem refert, & inter causas reliquas appetentiam aut tollit, aut minuit. Unde nos asserere possumus, ægros quosdam observasse, qui copiam istius chyli corrupti, non bene attracti, nec in commodum naturæ καταληφθέντος, καὶ μὴ ἐκτραπέντος, omni opinione majorem excreverint; unde in maciem inciderint, tandem primæ sanitati fuerint restituti. Testis piscator Lysovart, & ista maledica serva, quæ in ædibus Stephani Collot habitabat. Item & Dominus du Plessis, matruelis D. Byronio Gallicarum bombardarum Præfecto.

melancholici edaces sunt.

Medicus narravit de quodam fluore dysenterico laboranti. Post multa remedia, consilio Medicorum, ad usum lactis bubuli recens mulcti adactus est. Coagulatum in ventriculo. Incredibile dictu quanta inde symptomata, defectiones animi, & similia. Unde lac coagulatum in ventriculo aut intestinis, instar veneni esse, Dioscoridem asseveravisse credunt. Tamen, quum necessitas ad usum lactis inclinaret, acutior Medicus consuluit, ut lac coqueretur, chalybearetur, deinde aqua injiceretur in lac dum coqueretur. Usus est, profuit valde. Et illud est de consilio Aetii, capite de coctura lactis. Et admirabile id est quomodo lac ita paratum conferat.

Coagulatio lactis coctione, & aqua injectione impeditur.

Quum corpus turbatum est, & bilis in sanguinis societatem se dat, ut loquitur Hippocrates, εἰσέρχεται, quamtumvis sanguis detrahatur, is fere est impurus: quum ista perturbatio quievit, puritatem primam acquirit, præsertim si sudor multus eliciatur. Sic quæstio moveri potest non parvi facienda, an in omni febre (præsertim si venæ sectio postulatur, quædam enim febres dissuadent) num præmittenda phlebotomia purgationi. Hæc ratio quosdam ad id adducit, nec omnino frivola.

Audio Hippocratem scripsisse malum esse in pulmonum morbis, quum ex sputo salso dulce fit. Quod contra naturam & rationem fieri videtur. Nam declarat id quod mitescit humor. Dulcedinis nomine subaudit conditionem puris. Et omnino malum est pus succedere expectorationi salsi humoris. Vide an hoc sit verum.

Litus ad thoracem an pulmonicis confert? Videtur quod non. Nec enim attingit corpus pulmonis. Primarius Medicus duas ob causas linit thoracem, tum ut τῇ διαφορήσει thorax evacuetur. Διαφόρησις autem in pellendis morbis primas tenet. Si enim ægrotans calido est, acri & mordaci sanguine, litus iste est bonus. Si cruditas est, valet ad mitificandum, & aliqua ratione coquendum: tum ut pituita, quæ præ calore & siccitate membranis adhærescit, difficultatem spirandi, & dolorem inferens, facilius eluatur.

Litus ad ad thoracem pulmonicis conferunt.

Narrant morbum quemdam esse equis proprium, qui vocatur *tiq*. Fit cum id quod devoratum est & deglutitum, vix os ventriculi præterlabi potest.

Immo

Morbi Gallis Tiq dicti causa.

Immo sensum ponderis affert, & dolorem aliquem inexplicabilem. Gulosis id accidit, & qui cibos vix præmansos statim devorant. Visitur & id in iis quibus hepatis cavum videtur obrui multitudine humorum, venæque primæ sunt obstructæ. Maximum remedium alvum sollicitare, & ventriculum diligenter evacuare.

Chirurgus Ducis Aumalæi aperto cadavere nephriticus deprehensus est. Lapis una cum urina excretus est. In corpore renis alius est deprehensus. Alvus fluxerat diu, febris perseveraverat, dolores, clamores, ejulatus, scabies. Et ex ista historia doceri debemus, quod morbi renum in pueris nobis suspecti esse debent, & nonnumquam animo atque cogitatione istas sedes lustrare diligenter, inspectis urinis, & manu regione renum contrectata. Quid enim est, quo minus rudimentum majoris cujusdam lapidis in vesica concreturi & augendi, a renibus manet? Id morbus Petri le Venyer nephriticus docuit. Erat enim vera nephritis. Et quoniam præ ætatis parvitate non possunt nec locum indicare, nec morbi speciem explicare, in Medicorum notitiam hic morbus non venit.

Decoct. semin. frigid. & rad. cichor. acetosæ, &c. infringunt vim medicamentorum.

Quid? An non semina frigida majora, radix oxylapathi, acetosæ, cichorii, scariolæ in decoctum purgans ingredientia, in quo aut folia senæ, aut rhabarbarum debet macerari, vim medicamenti retundunt? Calorem enim medicamenti temperant, & acutiem quæcumque inest, medicamenti hebetant. Ideo minus commode isto decocto rhabarbarum, & alia consimilia medicamenta macerantur, nisi forte sint validiora, ut sunt colocynthis & scammonium. Nam ut amygdala, & dactyli dacrydii vim retundunt, ita ista decocta macerata medicamenta infringunt. Galenus commen. ad particulam 12. lib. 2. de acut. vult quidem admisceri, quæ medicamenti malignitatem corrigant: sed quæ operationem impediant, non vult admitti. Atque ex eodem loco probare quis possit, statim a sumto medicamento potius jusculum dandum esse, quam tardius. Immo longe postquam sumtum est medicamentum vult abstinendum esse. Et locus est ita difficilis, ut vix possit intelligi.

Ubi virium infirmitas cum cacochymia, non tutus medicamentorum usus.

Ubi virium infirmitas, licet argumenta sint cacochymiæ multæ, nisi ea valde obsequatur blando etiam medicamento, cavendum ne vehementer corpus conturbemus. Unde plerosque vidimus eodem die sublatos quo datum medicamentum, falsa quadam opinione multi & pravi humoris exsistentis. Damisella Malon, uxor Gulielmi Guynet, servus D. Poille, I. le Myre mercator ita dato medicamento non multum post interiere. At turpis calamitas est dato medicamento ægrum interire, ait Hippocrates.

Neronii uxori tumor infra mammam dextram. Falso suspicabamur aliquid esse venereum. Emplastrum Vigonium applicatum est. Nullo profectu. Tumor erat frigidus. Secta vena, credo quod nullo profectu. Et si natura suppuratum molitur, idem retardat phlebotomia. Pus procuratum. Convaluit.

In morb. principiis virium infirmitas ab oppressione.

Si a viribus sumitur indicatio, forte id fallax est. Nam videmus sæpe in principiis morborum & pulsus intermissionem, & inæqualitatem summam: & tamen audacter purgatio instituitur, & venæ sectio. An hoc tuto fit? Ab oppressione potius est ea infirmitas, proinde natura deoneranda est, ut recreari possit.

Filia

Filia D. de Longueyre peperit. Lochia suppressa. Difficultas spirandi, febris assidua, deliria levissima. Purgata est. Secta in brachio vena. Quod fecisse pœnituit; nam e malleolo potius erat detrahendus sanguis. Tandem ad malleolum venimus. Deinde quum in sinistro latere dolor esset, basilicam sinistram aperuimus. Subjecimus pessum convenientem. Omnia erant desperata. Sub decimum tertium diem lochia apparent. Convaluit. Quid hoc rei? Juvit illam & purgare, & detractione sanguinis naturam exonerare.

D. Duretus febre assidua laborabat. Sputa erant prava. Noluit corpus medicamentis agitare, & naturæ maximam negotii partem commisit. Sed ecce dum natura non revocatur ab instituto, die 7. 11. 14. & 17. sudor apparuit juvans plurimum. Agant quicquid velint Practici. Sed revera dierum observatio magni facienda est. Et credo naturam plus secernendo, & sudorem unum excitando prodesse, quam Medicos suis medicamentis. Immo naturæ officium perturbatur.

Dierum criticorũ observatio magni facienda.

Corpora biliosa quum febricitant, plus in iis alterandis operæ ponendum, quam in evacuandis. Quod docuit servus D. de Chaulne, qui, licet bene purgatus, interiit. Potius fortassis potuissent alterantia, quam insigniter evacuantia. Et id notandum maxime.

In doloribus capitis curandis plus cunctando sæpe proficitur, quam maturando. Et in paregoricis potius consistendum, & expectandum donec morbus aliquantum maturescat. Cur enim dolores capitis sua non habent tempora, ut & alii morbi? Id declaravit serva D. de Guibbeville, cujus dolor in capite omnia nostra elusit medicamenta.

In uxore D. Rose mirum fuit, quod pilularum uterinarum, & blandarum usus dolores excitavit in utero, inguinibus, suris tibiarum. Adeo partium istarum maximus est consensus! Et cavendum, ne pigra & inefficacia sint medicamenta, alioqui dolores frustra excitantur.

Humor motus, & non excretus, deterior seipso quiescente.

Damisellæ Dolot, & Claudiæ D. de Bobigny in febre longa futura, opinione nostra, dolor ingens ventriculi. Inopinato utraque brevissime convaluit usu pilularum stomachicarum. Et revera tollunt quamdam causam conjunctam mali. Et idem in contumacibus doloribus stomachi faciundum.

Servus Gratiani cecidit in caput. Vulnus factum, vomitus satis frequens. Nil tamen cranium læsum erat. Recens erat cœnatus. Itaque vomitus in læsione capitis aliquando argumentum debet esse ad majorem cautionem, quam ad concludendum de fracto cranio. Et hoc notandum est, quia multi hac in re alucinantur. Sic multis de causis post talem casum potest vomitus succedere, & tamen non erit fractura ulla.

Gener D. de Brezé febricitabat, insigniter tussiebat. Circa quartum diem ecthymata. Nobis non apparebant. Cassia sero data. Multum purgatus. Mane aperta vena. Credebamus impurum sanguinem detractum iri. Sincerus erat, nec enim serum habebat. Animo defecit post primum fere vasculum. Temere quidem secabamus venam. Bilem ἄχρηστον fere per inferiora dejecit. Iterum atque iterum purgatus, integre convaluit. In discrimen conjectus est. Et nil tale moliendum. Naturæ totum relinquendum. Tamen quum & purgatus & phlebotomatus fuisset, convaluit. Valuit id quidem experimentum

10.

ad

ad sanitatem breviorem & integriorem. Sed periculosum erat valde, & minime imitandum.

11. Nicolaus Marguenatus mercator caput dolet. Febricula. Astantium errore & negligentia malum augetur. Cerebrum obsidetur maxime. Fere phreniticus factus est. Turbatur plurimum, nec potest contineri. Ecce Medicus ut id sedaret, semidragmam pilularum de cynoglosso cum syrup. papaverino, & aqua cardui dissolutarum dat. Sopitus jacet. Tunc mane purgant illum vehementissimis medicamentis, & clysteribus sæpius repetitis. Forte hoc imitandum, & somnus in tali casu conciliandus, ut ne inflammentur magis spiritus vigiliis ipsis, & ut pertinaces non fiant ægri, nisi obstupefacti fuerint medicamentorum usu.

12. Admirabilis est historia cujusdam nomine Bordier, qui jam annum unum conqueritur de dolore quodam ad ventriculum torminoso. Aliquando mitescit, aliquando maxime sævit, nec eum dormire sinit. Nullis remediis levatus est. Metuimus ne aliquando in hydropem siccum incidat, aut plane tabescat. Simile quid passus est ille faber lignarius, de quo ante. Dum disputaremus de morbo isto, D. Marescotius historiam commemoravit cujusdam Sandionysium habitantis, qui post multos & longos dolores tandem in hydropem siccum lapsus est. Huic, aperto cadavere, glandulæ illæ multæ, quæ sunt in mesenterio, plane aruerant & tabuerant, unde nullum pene ex alimento fructum capere poterat.

Cap. 3. sermo. 3. tetrab. 3.

Consul Boyerus sanguinem aliquando una cum urinis excernit. Timetur aliquid mali. Tamen si vera sunt quæ scripsit Aetius, minus formidolosum id esse videtur.

An optabilius sit nancisci temperamentum calidum humidum, quam calidum siccum.

Si cui optandum sit, aut corporis calidi & humidi, aut sicci & calidi temperamentum nancisci, dubitet fortassis utrum malit. Nam calida & humida videmus maxime putredini obnoxia, & febribus a putredine ortis. Facile in eas incidunt, & quum sint ea corpora dissipabilia, facile de sanitatis gradu dejiciuntur. Morbi sunt acutissimi, nec eos facile ferunt. Contra sicca corpora & calida non ita facile putridis febribus ἁλίσκονται (putredo autem maxime est naturæ inimica) & si forte febricitant, eorum febris lenta est & longa, & tabescunt potius quam acute laborant. Unde videas homines multos squalidos, arentes, siccos, strigosos, & quasi σκελετοὺς, contra quam multi opinentur, diu vivere: contra, multos εὐσάρκους, καὶ εὖ τὰ σώματα ἔχοντας

13. inopinato opprimi, aut valetudinarios vivere, aut morte tolli. Et tamen τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ θερμὸν principia sunt naturæ maxime convenientia, & iis natura magis delectatur quam sicco. Immo siccitas longius a natura abest, & privationem ipsius humiditatis, in qua natura opes suas condit, quodammodo significat.

Historia notanda.

Quidam gonorrhœam patiebatur. Suppressa est. Adeo humor cuniculos egit, ut perinæon multis locis perforaverit. Et horrendo modo, tamquam per cribrum, urina illac permanabat.

Alteri urina, obstructo meatu communi, viam sibi fecit per crura. Et aliquid simile, ni fallor, apud Fernelium legimus in Pathologia.

Historia.

Notanda historia D. Briconnet Consiliarii. Diu laboravit. Erat catarrhosus.

sus. Difficultas spirandi. Alii referebant ad ζύμωσιν τοῦ χυμοῦ μελανχολικοῦ, alii ad pulmones. Pulsus erat inæqualis, & valde inordinatus, & perturbatus. Interiit repente. In thorace magna quantitas reperta est aquæ cruentæ, loturam carnis referentis. Unde hoc, & quomodo factum fuerit, non est facile conjectura assequi.

Mater Domini Hellain in febrem incidit. Orgasmus humorum. Dolor tibiarum implacabilis. Jactatio. Nox inquieta. Mane, cessante veluti tibiarum dolore, sinistri lateris dolor oboritur. Difficultas spirandi. Aperta vena. Die sequenti aperta etiam vena. Datum a meridie medicamentum. Ecce insignis pulsus mutatio, eaque terrifica. Intercisus pulsus, quasi tendens ad caprizantem, inæqualis, inordinatus, aliquantum intermittens. Talis perseveravit per quinque aut sex dies. Et quum id ab humoris melancholici tetro vapore contingere videretur, non desitum est eam purgare. Purgata est. Pulsus ad suam naturam, & symmetriam rediit. In senibus pulsus mutationes non ita cito nos terrere debent.

Damisella Akarye orthopnoica erat. Magna copia putris pituitæ in pulmone. Purgatione & ventris inferioris, & multa anacatharsi melius habuit. In difficultate spirandi non est formidanda etiam frequens & magna purgatio.

Dyspnœam juvat purgatio.

Damisella Boyer laboravit destillatione in gingivas, & linguam. Serosa erat ea destillatio. Ac quæritur sæpe, an calidus, an frigidus sit humor qui influit. In coryza enim asperitas est sæpe, squalor, & velut adustio quædam, quum tamen materia origine frigida sit. Sed est potius serum nitrosum. Parulis erat, & tanta fuit vis destillationis, ut quatuor dentes concusserit, & mobiles reddiderit. Dolor implacabilis, ne narcoticis quidem cedens. Tandem vi naturæ abscessus est procuratus, qui suppurato allevationem quamdam attulit. Revera non videtur alienum in parulide procurare suppuratum ad vitandos dolores implacabiles, qui parulidis comites esse solent. Sed & tametsi gravida sit, non timuimus ei dare pilulas etiam scammonium recipientes. Sed observaverunt Medici multos catarrhis obnoxios esse, quod medullam ipsius cerebri delicatam & mollem habeant: Propterea ea confirmanda est, vitanda cruditas, vitandus rerum valde liquidarum frequens usus.

Catarrhosi mollem & delicatam habent cerebri substantiã.

Serva Stephani Colot cœliaca mihi visa est ex iis signis, quæ proponit Fernelius. Et hic locus sicce non est prætereundus, quoniam in controversiam venit sæpe. Et Medici frustra nituntur supprimere. Falsa opinione febris ducuntur, & ad phlebotomiam veniunt. Denique non satis accurate distinguunt τὸ κοιλιακὸν, ϗ λειεντερικόν. Ista autem serva ita erat affecta. Primum dolor insignis ad os ventriculi. Putabant illam ea in parte percussam, sed frustra. Jactatio erat assidua, dormiendi impotentia. Quotidie excernebatur copia ingens materiei albicantis, veluti pulticulam referentis. Non leienteria erat, sed erat excretio cœliaca. Etenim ventriculus suo satisfecerat officio, sed ἀνάδοσις erat impedita. Et in hoc jacet discrimen inter leienteriam & cœliacam affectionem. Febris repente oboritur, tum ob vigilias perpetuas, & labores, tum ob motum materiei tam fœtentis, cujus vapor cor feriens, non potest non febriculam quamdam excitare. Et in hoc affectu, si maxime alias, oportet cunctari, & vires sustinere, ut tanto morbo sufficiant. Talis affectio

Cap. 10. lib. 6 Pathol.

ctio sæpe observatur, ac sæpe Medici quid facto opus sit, ignorant.

Ulcuscula eorum qui lue venerea laborarunt, difficulter sanantur.

Observaverunt peritiores Chirurgi, ulcuscula etiam levissima, immo, ut ita dicam, excoriationes ipsas, in iis qui olim lue venerea laborarunt, & curati sunt, etiam difficillime sanari. Adeo veteris ipsius fermenti vestigium aliquod remanet, quod mala levissima exacerbat, & deteriora reddit. Quod animadvertendum est, ut quum agitur de curatione ulcusculorum, corpora olim isto tabo affecta obsidentium, ne quum eluserint remedia, aliis corporibus magno profectu & adjumento adhiberi solita, malum ægrescat medendo; magno eorum qui talia usurpant remedia, vituperio & dedecore.

Humor melancholicus cordi capitalis hostis.

Quid? Vulgo dicitur quod humor melancholicus, præsertim quum naturam malignam acquisivit cordi, & nativo calori est tamquam capitalis hostis. Si hoc verum est, quomodo tam diu durant & vivunt? Quomodo morbos tam longos sustinent? Quomodo tantas evacuationes, & tam validas ferunt? Illud enim absonum videtur, calorem naturalem, immo naturam ipsam virulentia ipsius humoris melancholici, aut atrabilarii affici, & tamen tamdiu persistere: quum videamus solo sæpe vapore aliunde elato vitæ nostræ filum abrumpi, aut cardiacas contingere syncopas, easque valde formidandas. Hoc non caret difficultate. A pure aut abscessu, aut a grumo solo sanguinis vapor elatus mortem intentat: cur non ab humore melancholico vapor elatus idem faciet? Forte analogia est inter vaporem, luis venereæ fomitem, & vaporem a succo melancholico aut atrabilario excitatum. Luis venereæ venenatus vapor vim habet non ad dissipandum, non ad necandum; sed ad alios quosdam effectus, idque per quamdam ἰδιοσυγκρασίαν: Et tale venenum ad cutim & musculos natura depellit, unde juncturarum dolores implacabiles. At vapor pestilens, aut a pure, aut a grumo sanguinis excitatus dissipat spiritus, & propterea alia quadam proprietate nocet, & mortem affert. Idem de menstruo, & semine corrupto, quod hysterica pathemata, non mortem affert.

14.

Sed & circa melancholica accidentia notare unum oportet, quod plerique dolores melancholicos patiuntur, quos a catarrho esse putant, & sic decipiuntur valde. Nam & origine, & curandi varietate differunt. Tensiones sunt circum membranas, eæque a flatulenta aura, aut tenui admodum materia, quæ tendit, atque quodammodo divellit membranas. Potest & serum quoddam malignum id facere.

Vide historiam Mariæ Berthier lib. 1. Consiliorum nostrorum. Cons. 114.

Observavit D. Magnus, eos dolores distendentes aliquando mulierem quamdam afflixisse. Et quum omnibus remediis tentatum fuisset, ut ii mitigarentur, tandem desierunt in tuberculum cancrosum. Admirabilis est effectus humoris melancholici. Et cavendum est maxime, ne tum quum dolores isti premunt, corpus exsiccemus, imprudenter persuasi, quod talis dolor a fluxione est. Immo est corpus potius contemperandum & humectandum. Et in hoc falluntur vel etiam experientissimi homines. Testis Maria Berthier, quæ humectata melius habuit, quam siccata; exhausto multo sero, melancholicam naturam adepto. Quid enim impedit, quin humor aliquis in toto habitu eam naturam acquirat, quam habet particularis quidam in parte humor? Et in

15.

hoc fortasse decepti sunt Medici in Damisella de la Migenne, cui brachiorum dolores aderant pæne arthritici. Sed ea quum senio in dies siccaretur magis, quid

quid mirum fuit si dolor iste erat potius per desiccationem quamdam, quam per materiæ dominatum? Forte oleum violarum, litus, & embroche magis conferre debebant, quam gravius aliquod remedium.

Mercatori Bourlon dolores implacabiles ad regionem lienis, & fere infra ad umbilicum pæne. Tumor quidam percipiebatur. Tandem interiit. Non credebant dolorem esse nephriticum, & tamen erat. At situs doloris & partis decipiebat. Aperto cadavere, inventus est ren insignis, loco dimotus, & ad regionem lienis, aut natura, aut aliqua alia vi (si credere fas sit) detrursus. Sic imposuit valde Medicis. dem contigit Cardinali a Guisia. Curabant eum splenicum pro nephritico. Ren quadruplo major erat, quam a natura esse deberet.

Monspessulani fugiunt acetum in oxyrhodino, & iis quæ somni conciliandi gratia adhibentur. Ajunt enim membranas ferire, & sic potius vigilias excitare, quam somnum inducere. Hoc annotavit Aetius ex Archigene.

Quidam in oppido Sandionysiano tympanite interiit. Glandulæ mesenterii plane aruerant, ut sicci hydropis causa inde accersenda foret.

Mulieres vino dedita gravibus morbis obnoxiæ.

Mulieres vino deditæ maxima ex parte a cibis abhorrent, & morbis detineri solent curatu difficillimis. Arthritidi sunt obnoxiæ, contra Hippocratis sententiam, catarrhodees sunt, doloribus capitis opportunæ. An quia corpus earum est δυσδιαφόρητον, & idem non contingit viris, præsertim quibus spiracula cutis patent? Admirabile enim illud est, quod scripsit Hippocrates: Raritas cutis ad perspirationem, quibus amplius aufertur, saniores sunt. Densitas cutis ad perspirationem, quibus minus aufertur, morbidiores. Qui probe perspirant, debiliores & saniores sunt, & a morbis facile reconvalescunt. Qui male perspirant, priusquam ægrotant, fortiores sunt; ubi autem ægrotarunt, difficilius a morbis reconvalescunt. Et hæc ratio adduci potest ad eum locum, in quo quærebamus de corporibus servorum & servarum in præcedentibus.

Lib. de aliment.

ANNOTATIONES

1. *Quari potest, an materia sit ita effera, ut vulgo creditur? Cur enim suppurat?* Κακοήθεια *enim ista suppurationi officere videtur. Item cur refrigerantia intro sumuntur, & tamen tantopere a frigido cavemus? Officere enim videmur.*

2. *Annotavimus lib. 1. Epid. quæ incommoda afferant ista exanthemata popularia. Id in filio Puthomme Notarii observatum, cui pæne sideratum brachium. Applicatio cataplasmatis ex mithridatio valet. Hoc explicavimus ante lib. 1. Epidemiorum nostrorum.*

3. *Unum præterea est animadvertendum, in quo graviter peccari solet: Nam in febribus continuis, urinis alioqui apparentibus satis laudabilibus, sanguis colore & substantia vitiosus demitur. Et putant esse confusam urinam. Hinc ex sanguinis vitio male sumunt indicationem detrahendi sanguinis. At*

errant. Nam quum in statu morborum perfecta est urinarum concoctio, necdum evacuatio excretioque contigit noxii humoris, urinæ non confusæ apparent: & tamen ob agitationem, quæ fit in succis qui in venis continentur, sanguis ita illaudabilis apparet, an ideo detrahendus? Erras, si id credas. Præterea cavendum, ne confundas urinas perturbatas cum iis, quæ vulgo confusæ dicuntur. Nam confusæ venam secari jubent, non autem turbatæ. Et in hoc sequendus Fernelius.

4. *Hoc fortassis ab oppido paucis est observatum. Et eo consilio forte quædam mulieres adhibent vincam-pervincam ad sistendum sanguinem.*

5. *Huc accedit historia Gratiani, cui pleuritico mirum in modum profuit evacuatio multa per alvum facta.*

6. *Ophthalmia in illa paupere familià erat contagiosa. Nam & uxor, & maritus, & omnes liberi affecti sunt.*

7. *Cur e brachio potius demebatur sanguis, quam e malleolo? Nam si repulsio & repercussio lædit, cur non revulsio, & retractio intro? Nisi quod repercussio nil evacuat, sed revulsio & retractio evacuat, præsertim quum per phlebotomiam fieri solet.*

8. *Et si vomendi molestiæ adsint, vel nauseæ, & si jactatio multa, urina aliquid indicante, (quamquam in hoc affectu sæpe in pueris sunt fallaces) tunc de lapide in renibus vereri oportet.*

9. *Phlebotomia retardat suppuratum, ut patet de homine Halicarnassensi 7. Epid. cui auris dolebat.*

10. *Tussis signum est ecthymaton erumpentium. Sic falli non oportet, sed singula alia signa conferre.*

11. *Est enim ubi in febribus etiam continuis valet detractio sanguinis, est ubi non valet, quicquid contradicat Galenus. Provocatio enim alvi, & pulsuum immutationem affert, & febrem jugulat.*

12. *Id factum de Aetii consilio, ex sententia Philumeni Medici. Nam narcoticorum & somniferorum usus in ejusmodi affectionibus amplectendus.*

13. *Galen. comm. ad Aphorism. 44. lib. 2. Aphor. explicat quid sit gracile habere corpus, & crassum. Crassum enim corpus* ταχυθάνατον *est. Non ita gracile. Minus illud quod in medio consistit. Vasa enim ampla sunt. Et licet impinguescant, non ita calor naturalis patet extinctioni. Graciles vero offenduntur a causis externis. At videmus eos qui succulenti sunt, & multis jusculis cibisque humidis utuntur, in ingentem molem excrescere: & hi morbis sunt obnoxii. Porro videtur magis e re sanitatis esse, si corpus potius siccetur, quam si humectetur. Quoniam plurimi in hoc sunt, ut consulant potius humectationi, balneis, crebro jusculorum usu, & aliis humectantibus, si multum seri succrescit, & dum putrescit, morbos & virus parit. Sed ut concedam istam humectandi rationem commodo valetudinis procurari, est ubi mediocritas servanda est. Nam ista foris humectantia, aut non generant tale serum, quale morborum parens dicimus, aut humiditatem nescio quam benignam, & difflatu facilem pariunt. Sed sunt corpora, quæ ex se, & in se generant tale serum biliosum, quod quidem dolores, orgasmum, saniem, ichorem, virus generat. Unde quibusdam ulcera sunt dysepulotica, alis*

aliis non. Et multi in hoc decipiuntur, & errant. Revera corpora sicca & diutius durant, & minus sunt morbis obnoxia, & sunt expeditiora, καὶ προθυμότερα. *Unde illud vulgare,* Il est dispos comme un Biernois: *& tamen isti homines sunt fere omnes squalidi, &* ἰκτερώδεες.

14. *Materia & vapor materiei cancrum committentis, non tam domatur & vincitur a natura, quam sanguis aut bilis: & tamen vapor elatus ab abscessu, & pure laudabili, potius hominem necat, quam qui a cancro est. Quomodo id fit?*

15. *Postquam enim sævæ intulerunt symptomata, & vagati sunt dolores, præsertim distendentes, si aut cancer, aut aliquid simile oriatur, cessare facit id genus dolores. Unde non mirum, si hypochondriaci varios in variis partibus habent dolores: & maxime patiuntur, si corpus sit densum. Quod si quid erumpat aliqua in parte, allevantur. Sin minus, non cessant conqueri, nec allevationem ullam percipiunt.*

16. *An a siccitate dolor esse potest? Aetius lassitudinem a siccitate esse docet, & dolorem dentium a siccitate.*

VER, ET PRINCIPIUM ÆSTATIS

Anni Domini 1578.

HIEMS non ita insalubris fuit, licet suam temperiem non omnino bene servaverit. Et quum Auster circa finem hiemis perflavisset, deinde veris initio Aquilo dominatus fuisset per dies aliquot, male morati morbi in hominum genus invasere. Præsertim vero dolores capitis acerbissimi. Nescio quo pacto a dominatu aut austri, aut alius cujusdam signi serum malignum & indomitum in animantium capitibus generatum fuerat, quod virulentiæ suæ argumenta præbebat, quocumque influxisset, & ubicumque constituisset. Si in fauces, & asperam arteriam influebat, tusses violentas, pruritus quosdam in pectore, & inania tussiendi desideria excitabat. Immo Medici, qui popularis morbi sævitiam considerabant, eos affectus ei consimiles arbitrabantur, quem olim *Coqueluche* vocitabant. Saltem magna erat affinitas. Nullis cedebant remediis tusses. Ophthalmiæ sævissimæ, dentium dolores, ardoris sensus in capite maximus. Dolores lateris, maxime sinistri. Nam pro quatuor ægrotis pleuriticis, quibus latus dextrum affligebatur, quindecim aut plures latus sinistrum dolebant. Quod qua ratione contingerit, observatione quoque dignum exsistit. Idem observavimus aliis annis, ut lib. 1. Epidemiorum nostrorum scriptum est. Multis gingivarum inflammationes contigere, & faucium dolores. Denique & tusses istæ inanes valde laboriosæ, & ophthalmiæ, & laterum dolo-

1.

res populariter grassabantur, & pauci admodum fuerunt, quibus aut dolor capitis, aut coryza, aut colli & cervicis dolor, aut aliquid simile contigerit. Et quod mirum fuit, qui humor per nares excernebatur, licet frigidus sentiretur, tamen exurebat & exulcerabat partes per quas fluebat, unde dolor intolerabilis. Maximum remedium fuit in phlebotomia, ob inflammationes & pulsatiles dolores, quos talis bilis aut serum biliosum excitavit. Sic idea differebant multi dolores, ab iis doloribus quos aliis temporibus humor biliosus pariebat. Simile quid observavimus contigisse, in hoc ipso libro, quum loquebamur de specie cujusdam siriaseos, quæ capita multorum affligere visa est.

Filiæ Beasaldæ, ut & matri, nescio quis humor insitus est, qui symptomata affert incredibilia. Aliquando excitatur nescio quis vapor, aut humor vaporosus, & flatulentus, & malignus, qui partes, in quas repit, manifeste tumefacit, cum suffocationis metu quodam. Manus intumescunt adeo manifeste, & multum, ut caput fere magnitudine referre videantur. Sectio profuit. Et usurpari illud potest isto in loco, quod scripsit Hippocrates: Flatuositatem sectio venæ soluit.

Hipp. lib. 2. Epid.

Dolores laterum a fluxione irritantur medicamentis.

D. de Boissy dolens latus satis docuit, quod a medicamentis dolores laterum, præsertim quum fiunt a fluxione, tantum abest ut juventur, ut irritentur magis. Contra, qui laterum dolores principia duxerunt a partibus inferioribus, non nisi medicamentis purgantibus, iisque validis, adjuvantur.

Ridendum porro illud, quod vidimus in uxore D. Benart, nomine Soulefour; quæ non tam reipsa, quam opinione laborabat. Ab utero malum esse credebat, & uterum superiora appetere. Nos in aliam adduximus opinionem. Ventrem mollivimus & subduximus. Bellissime habuit. Simile quid patiebatur cujusdam Itali scortum & concubina; de qua ante dictum est. Magno alvi profluvio; quum alioqui crederet id quicquid esset, uterinum esse, liberata est.

Nobilis vir fere eodem modo laborabat, quo D. de Longueire, & Petrus du Four. Et quum tuta omnia viderentur, aut rupta, aut aliter affecta insigni vena, insignis evacuatio sanguinis per alvum facta est. Duo interiere. Tertius superest. Eorum qui interiere multo securiores res videbantur. Credo id contigisse, quoniam sanguis qui hæmorrhagiam per nares afferre debuisset, postquam tumultum fecit, & exitum non habuit, vi rupit sua vasa. Et ex his historiis, perseverante febre licet miti, Non ita securos esse oportet, „ quin semper aliquid sinistri pertimescamus, ut omni nos calumnia libere„ mus: multa enim bonos Medicos latent. Id quod Galenus comm. in lib. 1. Prorrhetici abunde demonstravit.

Securitas nimia periculi plena in morbis curandis.

Prægnans mulier biliosa, animo satis perturbato ob mariti absentiam, tussi infestabatur vehementiori. Sputum cruentum. Febris. Partui erat proxima. Nos venam aperire verebamur. Tamen major nobis metus erat inflammationis futuræ pulmonum, aut pleuritidis. Vena secta: Detractus impurus valde sanguis. Eodem die vitalem peperit. Omnia secuta sunt fausta. Eventus rem probavit.

Quidam pleuriticus non tam allevatus fuit multiplici phlebotomia, quam

fudoris

ſudoris provocatione a natura facta. Et revera graviter ab iis peccatur, qui nil exſpectantes, & naturam fatigantes, ægros multo detracto ſanguine exinaniunt. Id docuit illa mulier in domo viduæ Colot tonſoris, cui alii ſanguinem detraxiſſent, nos alia arte ei ſumus opitulati.

Uxori D. Scaronii memorabile id quod contigit. Repente phlyzacia oborta. Delirium. Oculi ardentes. Matris obitum ægre tulerat. Proxima erat menſium eruptio. Injecto enemate omnia ſunt ſedata.

Damiſellæ illius viduæ filius intolerabili capitis dolore vexatus eſt. Id fecit parvi mater. Vi doloris & humoris maleficio calvitium contigit.

Calvitiū ab intolerabili capitis dolore.

Nobili viro mirum quid contigit: Doluit latus. Chirurgus imperitus tutudit aliam venam ab ea quæ dicta fuit. Aperuit cephalicam. Inde imbecillitas ſumma ſecuta eſt. Dolor auctus eſt. De funere cogitabatur. Non terruit nos iſta infirmitas. Multa egimus periclitando. Secta alia vena ſemel atque iterum. Dolor quievit. Deinde recruduit. Credo quod deterior fiebat detractione ſanguis quod non tam in venis, quam extra venas contineretur. Præter ſpem convaluit. Multa ſane audenda ſunt.

2.

Multis in latere dolor eſt. Particula quæ dolet, non videtur eſſe tanti, ut propterea mittatur ſanguis tam audacter, & ſimus ſolliciti adeo de dolore parvam circumſcriptionem habente. An non forte idem judicium haberi poteſt de particula illa thoracis laborante, quod & Hippocrates habuit de eo, cui pars femoris, & pedis pollex dolebat? Id parvi momenti videbatur: Tamen inde mors eſt inſecuta. Et Galen. comm. in hiſt. de eo, cui pollex pedis dolebat, miratur cur Hippocrates omiſerit phlebotomiam. Magna id contemplatione opus habet. Nam quum natura ſuis viribus uſa conatur aut materiam, aut virus quoddam a ſe ſe depellere, alias in emunctoriis partium, alias in crure, aut in capite aliquod ſignum edit depulſionis iſtius materiæ. Unde aut epinyctis, aut phlegmone, aut phlogoſis apparet, tamquam morbi prænuntia, niſi tu ipſe alias provideris. Et quod in iſtis partibus facit, idem in thorace fieri poteſt. Hinc fruſtra ad defluxionem id mali refertur. Sed fit per translationem a parte in partem, velut orgaſmo quodam. Et audacter ſanguis mittitur, aut purgatio inſtituitur, quum in bubonibus aut in alia parte apparet ſignum aliquod translationis materiei, non tam forte quantitate, quam qualitate peccantis; ſi poſſis conjicere aliquid ſimile cauſam eſſe doloris lateris, intrepide ea præſtabis quæ diximus. Ac nonnulli Medici hoc parum animadvertentes, de iſto dolore parum ſunt ſolliciti, minime rati particulam eſſe materiei deſectæ, & deciſæ a majore materiei mole: ac interim inopina morte multi præventi, occaſio fuerunt, cur in infamiam & dedecus incurrerint.

Neptis D. Valeton hiſtoria eſt commemorabilis. Splenis corpus incumbere veſicæ deprehenſum eſt, & ſatis contumaciter adhærebat. Olim fœdis coloribus laboraverat, nec non tumorem paſſa fuerat, quem aniculæ vocant *le Carreau*. Valde cacochyma erat, carbones illi in deliciis fuerunt. Καχόχεος erat. Furtim compreſſa eſt. Tumorem tantum ventris eſſe credebant. Secta in malleolo vena. Data medicamenta. Uterum ad legitimum pariendi tempus geſtavit. Æger fuit partus. Ipſo enitendi tempore extincta eſt. Aperto cadavere,

Hiſtoria.

repertus ventriculus σφακελώδης. Lienis locus naturalis erat vacuus. Circa regionem vesicæ latebat lien. Putabatur a suo loco delapsus laxatis ligamentis. Numquid idem Damisellæ Pagevin contigit? Præceps enim devolutio quam ipsa persensit, magnam fidem facit.

Variæ tardioris alvi causæ.

Vulgata est multorum querela, quod eis alvus nimium adstricta sit, nec nisi tertio quartove die dejiciat, aut tardius multo. Multæ solent assignari tardioris alvi causæ. Una vulgaris est, & quam oppido pauci animadverterunt, aut ciborum parcitas, aut pastuum longa intercapedo. Interest enim multum inter cœnam præcedentis, & prandium sequentis diei. Tempus enim medium est horarum sexdecim, plus, minusve. Quod tempus plus æquo satisfacit coctioni, & distributioni alimenti. Nisi forte quædam corpora objicias, quibus calor naturalis imbecillior non tam facile suum facit officium. Sed generalius nos id totum pronuntiamus. Atque dum tantum temporis interest, præsertim si vitæ ratio satis moderata, & calor naturalis satis bonus est, siccantur fæces, calor naturalis augetur destitutus aliqua ex parte præsente pabulo, atque ita augetur, ut jam defectu alimenti se se augens, caloris contra naturam vim induat atque repræsentet. Id quod multis argumentis potest deprehendi. Melius cum aliis agitur, quibus alvus quotidie, aut bis die solvitur. Hinc enim multi arcentur ac fugantur morbi. Et qui cibis potuque frequenti utuntur, non ad necessitatem, sed ad voluptatem, iis crebro magis ac profusius alvus descendit. Ut videatur magis e re naturæ esse, temperantiæ limites parum egrediendo, paullo crebriore potulentorum & esculentorum usu alvi libertatem procurare, quam strictiore ac religiosiore victus ratione densitatem adstrictionemque alvi causari, dolorum juxta ac morborum parentem. Nec tam ipsius necessitatis legibus obediendum, quin aliquando voluptatibus ipsis inservias. Quod enim summus vir scripsit, *Corpora quum purgare volueris, fluida facito*. Id non solum in solennibus purgationibus tenendum sanciendumque est verum in quotidianis, & a natura institutis excrementorum evacuationibus. E cerebro mucus plerisque non exit quotidie mane, nisi aut præsumto cibo aut potu, aut aere præhumectante, aut narium affusione aquæ humectatione. Pituita non facile extunditur, priusquam arteriam re aliqua liquida præhumectaris. Unde plebeji, & proletarii homines, quibus non tam curæ est, quomodo vitam in posterum sustentent, in diesque vivant, quam ut quotidie mane lagenam, aut suum poculum vitreum vino impleant, in diemque vivant, vini albi aut alterius dragmis aliquot ebibitis, (verbum enim eorum πολιτικὸν est) multam pituitam e pectore extussiunt adeo facile, ut id eis sit magnum ad fugandos morbos remedium. Ita enim se facile putant adversus omnia incommoda aeris θωρησσέσθαι. Quod quum ita sit, quemadmodum in procuranda quarumdam partium exoneratione aliquid sumi debet, quod fluidam lubricamque partem reddat: ita ut alvus aut quotidie, aut non ita tarde dejiciat, cibo frequentiore corpus, atque adeo alvus ipsa proluenda est atque humectanda. Aut desinant lassas Medicorum aures ita crebris querelis infestare.

Fluida corpora reddenda tum pharmacis, tum alimentis, & victu quotidiano.

Cur proletarii, & plebeii homines salubrius vivant, quam ii qui exactam vitæ legem servant, & intra temperantiæ limites consistunt.

Notanda historia, quam D. Marescotius narravit. Cuidam pugio pectori adactus fuerat: Ante tempus, nulla aut exigua facta per os & vulnus excre-

tione, cicatrix inducta est. Dies aliquot visus est restitutus. Febris. Difficultas tussiendi, & spirandi. Potius de funere, quam de remediis quæritur. Inito consilio, & iis quæ præcesserant expensis, tandem inter quintam & sextam costam plaga facta est, pus eductum plurimum. Convaluit.

Historia.

Notandum quod contigit uxori D. Guillon quæstoris Regii. Illi dolor obortus est in mamma sinistra ab aliqua suppressione lactis, ut conjicere est. Tumor erat: Disparuit. Saltem nil foris eminebat. Non desiit dolere ea pars, quamvis nil foret conspicuum. Macrescebat in dies. Nil proficiebat. Languebat. Palpitatio cordis insignis: Unde ea oriretur, dubitabant. A liene repetebant illam. Accersitus D. Duretus mali originem altius repetit, & rimatur. Omnis palpitationis cordiacæ causam aut in oppressione, aut in excussione ponit. Illa est quum malum in corde ipso est, aut circum cor. Ut quum nimia aqua inter pericardium crevit, aut cordi pericardium adhærescit. Hæc excussio quum aliunde est, aliqua erant argumenta mali non nascentis & orientis a liene. Sequebatur ergo ut in thorace & corde causa mali foret. Tandem collectum est, parte interiore abscessum latere, qui nisi aperiretur, mortem repentinam esse accersiturus. Contra multorum opinionem ea parte septicum admovetur. Actis aliqua ex parte cuniculis pus manavit multum. Miraculo convaluit. Initio hujus libri consimilis est historia de puella, cui erat similis pulsatio in mamma sinistra.

Palpitationis cardiacæ causa.

In vomitionibus sistendis aut sinendis multum a plerisque laboratur. Videtur enim eodem modo conari natura in evacuatione materiei, regionem ventriculi occupantis, quo & in ventre inferiore evacuando, aut in cerebro repurgando. Et quoniam molestus est vomitus, inclamatur post Medicos, ut omni arte sistant vomitum. At non nisi vitæ dispendio de vomitum compescente remedio decernitur. Ut enim alvum liquidam, & diarrhœam sistere sæpe exitiale est, ita quoque & vomitum. Et prudenter Medici faciunt, qui vomitum vomitu, secundum Hippocratem, curant.

Ut in diarrhœa, ita in vomitionibus sistendis aut sinendis, magna cautio adhibenda.

Domina Brizart vidua satis docuit, quod dolores lateris, præsertim quum fere ad claviculam pertinent, potius egent anacatharsi, quam phlebotomia. Idem in Domino Sangermano, & in filia illustris Dominæ de sancto Amando observatum est.

Abbatis D. de Savigny prompta solutio doloris nephritici detracto sanguine, pulsu pleno & magno; declaravit quod ad compescendum motum humorum, ad renes laborantes se se inclinantium, nil prius sit phlebotomia, quamquam affectus ipse, quatenus talis est, hoc remedium non exposcit. Sed Galenus in lib. de renum affectionibus, hoc remedium valde commendat.

Phlebotomia dolori nephritico confert

Uxor Adriani Vallæi, tota febriculosa, quum peperisset ægre, in morbum incidit valde gravem. Magna & aquarum & sanguinis fuit effusio. Clinica mulier, alimenti copia volens istam evacuationem compensare, febrem auxit, cruditates attulit, hincque speciem aliquam corruptionis. Octavo die quum alvus satis liquida foret, datus est bolus ex conserva rosarum cum rhabarbaro: Hoc medicamento, humor biliosus, concavo hepatis conclusus dum motus est, tantum incendium, tantus calor apparuit, ut illa pene conflagra-

Cibatio intempestiva morborum magnorum parens.

re videretur. Hinc aucta in dies febris, multa symptomata terrifica apparuerunt. Tandem post phlebotomiam unam atque alteram, & purgationes satis frequentes, restituta est. Docuit nos historia hæc, intempestivam cibationem longorum morborum parentem esse.

Corpora firma, solida, compacta venæ sectionem non tolerant.

Quibus corpora compacta sunt, firma & solida, iis dolores lateris sunt curatu difficiliores, & velint, nolint Medici, venæ sectio repetita non confert. Obstructio enim & spiraculorum cutis constipatio impedit, quo minus exhalet corpus. Præterea aeri frigido corpora sua exponunt, nec lecto se continere volunt. Id in multis ægrotantibus observavi.

Reliquiæ febris quartanæ.

Joanni Montpellier, Apparitori Regio, pustulæ quæ φλυζάκια dici possunt, certis temporibus. Hæc erumpere cœperunt ab eo tempore, quo febre quartana laboravit. Admirabiles sunt reliquiæ febrium quartanarum.

Nobilis vidua D. de Granville, per sex pene annos postquam febre quartana liberata est, eo ipso mense & tempore quo in istam febrem quartanam incidit, præludia quædam, & προφαινόμενα ipsius febris signa persentit, ac si in eam denuo esset casura. Et admirabilis mos fuit istius febris quartanæ. Paucæ admodum, aut nullæ similes umquam observatæ sunt. De ea muliere primo libro.

Apud viduam Colot tonsoris uxor cujusdam Latomi valde succulenta in febrem incidit. Hæc de genere continuarum. Neglecta est ad dies octo. Pessime cum ea actum est. Nono die puncticulæ & maculæ, culicum morsibus similes: Comatosa affectio: Incontinentia urinæ. Quærebamus an præsente isto comate agendum esset aliquid. Tremula, & in potibus substrepens, interiit. Prætermissa primis diebus occasio hujus calamitatis forte causa fuit.

Historia.

Uxori Claudii du Four mirum quod contigit. Narrat tibiæ suæ, quum devolveretur genibus flexis, aciculam forte infixam. Dolor parum quievit. Deinde recruduit de nocte. Sævissimus fuit. Multos menses duravit. Tandem signis collectum est os affectum esse. Ita erat. Pyroticum adhibitum, & emplastrum de ranis. Melius habuit. Nondum ossis particulæ abscesserunt. Id fuit tale, quale a lue venerea fuisset.

Juxta domum Adriani Vallæi mulier pleuritica præter opinionem interiit. Cessavit dolor lateris aliqua ex parte. Delira facta est. Interiit. Sputa erant biliosa, & corpus erat valde solidum, & sanum videbatur. Et in ea ægra verum fuit, quod Hippocrates in Prorrhetico scripsit, „Lateris dolor ex sputis „biliosis, si repente absque ratione evanuerit, in furorem aguntur, part. 5. sect. 4. lib. 1. Prorrh. Mira est vis humoris morbos committentis. Licet enim multus humor crudus congestus sit, hic tamen morbum non facit, sed nescio quæ vis maligna, & virus quoddam. Declarat subita mutatio, & transitus morbi in alium. Item (quod notandum est) videmus morbos quosdam, vehementissimos & letales creditos, quodam die critico, facto abscessu etiam parvo, aut dolore in crure oborto, aut in simili parte mitiores reddi. Quasi natura mirum in modum sit recreata excussa particula humoris maligni in partem aliquam. Id quod historia Joannis Duteil docuit.

Humorum cacoethia letales morbos parit.

Ista vidua Joannis Brizart dolebat circa primum intercostale. Pleuritin esse putabant. Metu majoris inflammationis sanguis detractus. Alii sæpius detraxissent

xissent. Nos obstinate a phlebotomia abstinuimus. Incubuimus in ἀνακάθαρσιν. Convaluit. Temere in doloribus ad costas sanguinem detrahere non oportet. Idem contigerat filiæ Dominæ de sancto Amando: Idem Sangermano.

Quid quod videmus eos quibus pulsus validus est, magis sæpe obnoxios morbis, alios quibus pulsus languidiusculus, diutius sæpe vivere? An quia major resistentia in iis, quibus pulsus validior est? An quia pulsus iste aliquando fallax est? Nam plerisque ob motus animi præcipites, & satagendi studium, in spiritibus habent conceptam veluti phlogosin, propterea ceteris sunt magis febriculosi? An quia suis viribus fisi plus edunt, & majora in sanitatem peccata committunt? An quia facile est decipi in pulsus vel firmitate, vel infirmitate? An quia in iis quos infirmos judicamus, pars aliqua est princeps, ut pote cor, quæ firma sit & compacta; unde pulsus non ita se se ostentat? Vel potius dicemus, in iis quibus vires sunt imbecillæ, non ita validos esse motus, & humorum, & naturæ. Motus autem vis mutationum magnarum causa est, & subitarum translationum de parte in partem. Nisi forte dicamus, non esse æstimandas vires ex mole. Contra quibus pulsus debiles, & vires sunt infirmæ; ii minus sunt de sanitate sua tuti, & minus in commoda valetudinis peccant, unde vulgare istud: *Un pot freslé dure plus qu'un neuf*.

Evacuationis lactis & sanguinis differentia.

Quid? Non abs re fortassis αἱματοχύται illi, qui audacter sanguinem detrahunt, objiciunt illud de nutricibus, quibus pueri plus quam uncias sex aut octo, plus minusve lactis exugunt. Et tamen lac excrementum benignum est, spiritu plenum est, cur non vires tanta lactis suctione dissipantur, quemadmodum frequenti sanguinis detractione? Verum longe dispar ratio lactis & sanguinis. Nam lactis materia ducitur quidem ad mammas, & ab iis attrahitur. At sanguis, aliarum partium futurus alimentum, attrahi tantum videtur. Ut mirum non sit, si multa copia eliciatur lac nullo nutricis incommodo: Sanguis vero, non ita magna ducatur copia Accedit quod paullatim lac sugitur.

Mirum quomodo gibbosus iste æger a febre continua, & dolore lateris evaserit. Sexies detractus sanguis. Incredibilis excretio materiei, & pituitæ putris qua offerti erant pulmones. Sudores diaphoretici. Præter spem convaluit. Hinc patet, quod audacter sanguinem detrahere, & anacatharsin procurare confert.

Vena sectio suppuratum retardat.

Uxori D. de Brezé dolor insignis pone aures. Parotis minatur. Quæritur an in hoc casu sæpius sanguinem detrahere bonum? Nam impedire ne ad suppuratum tendat, bonum est. Repellere nocet. Si vena secatur, & aliquid est egressum e vasis, & aliquid paratum est adhuc in partem fluere, retardamus suppuratum, refrigeratur, & crudescit materia. Sic occasio majorum posthac dolorum datur. Contra, si primo quoque tempore procuratur suppuratum (nisi forte malum sit adeo leve, ut nec hinc, nec illinc periculum impendeat) non ita multo sanguine detracto, curatio est & facilior, & brevior.

Idem D. Thiersault contigit. Nam in femore obortus tumor forte suppurari prohibitus est purgatione, & phlebotomia. Et incredibile quantum negotii id attulerit.

Katha-

Katharina Tiennette laxato cerebro, & viribus omnibus in summa cacochymia intra viginti horas a specie quadam anginæ oppressa interiit. Malum neglexerat, nec tanti arbitrata est.

Iste honestus vir ad Divi Pauli ædem, quum primis diebus diligenter curatus esset (idest legitima remedia adhibita erant) dolore ad latus sinistrum oborto, & sanguine plane puro detracto, fere salutem pollicebamur: sed corporis cacochymia, & febris exigua allevatio, etiam tantum sanguinis detracto, spem nostram fefellit. Septimo die rudimenta erant coctionis. Nono sudor manavit: ac febris nihilo minor quoad illam, ad manum minor videbatur. Sudor aut potius mador toto corpore manavit usque ad decimum septimum. Quod mirum fuit. Urinæ boni quidem coloris, sed nil subsidens, & ne in medio quidem apparens habebat: Idem contigerat mercatori Antissiodorensi, de quo in primo tomo Consiliorum nostrorum. Nam sudor iste διαφορητικὸς per totum tempus sex aut septem dierum nullo profectu manavit. Interiit. Circa istum ægrum duo notare oportet. Prius est, quod olim lue venerea laboraverat. Alterum est, de detractione sanguinis: An æquum est audacter sanguinem demere, quia putris apparet? Nam perturbatio id facit. Et quamdiu manet perturbatio, tamdiu manet & malus iste sanguinis color. Itaque errant forte, qui inde occasionem sæpius detrahendi captant. Confusio enim & perturbatio in febribus sanguinem malum repræsentat, unde sudoris eruptione defæcatur sanguis, & sublata ista perturbatione purus, si detrahatur, apparet. In quo plerique aberrare videntur. Dum falsa opinione impuritatis sanguinis, largius detrahitur, spirituum fit dissipatio, natura ab instituto revocatur, & secretricis facultatis vires effeminantur. Nam etiam impurus sanguis spiritu vivifico abundat. Quid si etiam partes eo nutriantur? Unde videmus multis etiam & sanis semper impurum sanguinem detrahi, & tamen vivunt sani: nisi quod in morbos celerius incidunt. Immo quum aliquando animi gratia, & metu alicujus morbi, si sanguinem detrahi voluerunt, is etiamnum vitiosus est, & tamen sani vivunt; nomine sanitatis largius sumto. Quod ad alterum attinet, quicumque lue venerea laboraverunt, iis consultius facienda medicina, & alexiteria nonnumquam sunt usurpanda, quia residet semper aliquid veteris fermenti. Immo etiam levia vulnera & ulcera sunt ægre curabilia.

Quid quod in morbis quibusdam, vel etiam quum non est commemorabilis morbus, vomitiones sunt frequentes, præsertim si quid estur aut bibitur, alioqui non vomitur? Id experta est lepida quædam Monialis, & innumeri alii. Id declarat irritationem oris ventriculi: Hæc autem & a quantitate, & a qualitate humoris est.

Uxor D. Vandolii quum falsum germen (ut vocatur vulgo) excussisset, secuta est sanguinis immodica evacuatio, ut fieri solet, & ut annotavimus primo libro nostrarum Ephemeridon. Et, quod mirum magis, expurgata est quædam colluvies materiei albicantis, adeo tetri gravisque odoris, ut ei etiam valde fastidiosa, & molesta esset. Quid hoc est? Idem in uxore D. Courtillier post aborsum vidimus. An illud est, quod Hippocrates in Prorrhetico τὰ λευκὰ vocat?

Fon-

Fontanus tumore inflammatorio testis dextri laboravit. Per penem paullo ante excreta fuerat quædam materia aut πυοειδὴς, aut γονοειδὴς. Gonorrhœam metuebamus. A renibus id fuit. Et curatus est.

In primo tomo Consiliorum nostrorum annotavimus ex Hippocrate, turpem tristemque calamitatem esse, si eo ipso die, quo datum est medicamentum, aut vena secta, æger intereat. Itaque prudenter agendum est, ne commissi erroris culpa nos artemque nostram dedecoret.

ANNOTATIONES.

1. *Omnes quæ tum vagabantur destillationes, febrem habebant comitem, eamque non mediocrem. Tussis quæ tum infestabat, erat ejusmodi, ut conatus esset summus, & nil extussiretur, sed vomitus excitaretur, subverso nimirum ventriculo; aut stillicidia sanguinis, vim passis cerebri venis, orirentur. Cessaverunt aliquot dies istæ molestiæ, sed circum mensem Julium & Augustum acerbiores repetunt, & potius pueros adoriuntur. Quid hoc rei?*

2. *Non est dubium, quin pars thoracis recipiens partem materiei orgasmo incitatæ, inflammetur eodem modo, quo partes aliæ. Unde pleuritis ea inflammatio proprie dicitur. Et ea translatio, majoris quantitatis humorum signum est. Unde quibus est infra modum detractus sanguis isto præsente dolore, ii aut vi morbi perierunt, aut diutius ægrotaverunt. Nam & pars magis affligitur, & suppurati metus est. Id quod experientia patet.*

CONSTITUTIO ÆSTIVA

Anni Domini 1578.

JAM ante de æstatis initio dictum est. Sub finem æstatis iidem fere morbi qui & antea viguerunt. Æstas flagrans & æstuosa fuit. Pueros quadrimestres, decimestres, & paullo adultiores febres adortæ sunt, quæ innumeros sustulerunt. Maxime ista solennis tussis, quæ *Quinta* seu *Quintana* vulgo dicitur, de qua ante dictum est. Hujus gravia sunt symptomata. Pulmo ita irritatur, ut omni contentione nitens excutere id quod molestum est, nec admittat spiritum, nec vicissim facile reddat. Intumescere videtur, & quasi strangulabundus æger mediis faucibus hærentes spiritus habet. Cur *Quinta* vulgo dicatur, dubio non caret. Quidam verbum fictitium esse putant per ὀνοματοποιΐαν, ab eo sono & strepitu, quem edunt ita tussientes. Alii non inde repetunt, sed vocari Latine tussim *Quintanam* putant quod certis horis repe-

In sequentibus probabiles illius vo-

cis etymologias adduximus.

repetat. Id quod experientia verum probat. Nam vacant ista tussiendi molestia aliquando horarum quatuor aut quinque spatio, deinde repetit iste tussiendi παροξυσμὸς, aliquando tam molestus, ut sanguis & per nares, & per os vi excernatur. Sæpissime subversio ventriculi contingit. Nondum quemque auctorem legi, qui de ea tussi verba faceret.

Ac dubitant an a capite, an a corpore ipsius pulmonis, an aliunde serum, aut ichor, aut ὀῤῥὸς, aut ferina destillatio manare soleat. Videtur esse a pulmone ipso. Nam plerosque vidimus ita tussientes, quibus post inanem conatum semiputris materia incredibili quantitate excreta est. Ut verisimile sit, eam materiam residem, & ibi collectam istius tussis causam esse. Aliis videtur esse a capite ipso, veluti liquefacto per quamdam διάχυσιν, ut loquitur Hippocrates. Quid si aliunde? Nam commemorabiles duo sunt loci apud Galenum & Hippocratem, ex quibus elici possit demonstratio horum: Galenus in Epid. siccæ tussis causas assignans, statuit primam causam esse exasperationem gutturis, & faucium. Secundam, intemperiem instrumentorum respirationi servientium. Tertiam, crassitiem humoris. Quartam, humoris tenuitatem. Deinde de humore tenui ita scripsit: Humor autem tenuis per guttur, & asperam arteriam delabens in pulmonem, φθάνει χεῖσθαι, idest, antevertit fundi, ac dividi, vel ante effunditur ac dispergitur (nam Interpres elegantem vocem φθάνει negligenter omisit) quam a spiritu per tussim concitato excludatur. Quod Thasiis contigit, utpote capite repleto ab austrino statu, & sic destillationem transmittente omnibus thoracis regionibus. Et ad part. 17. ejusdem lib. scripsit: Quæ destillationes capitis primum homines raucos ac tussiculosos reddunt, nec tandem consistunt, hæ alteram tabis differentiam afferre solent: Duæ enim sunt ejus differentiæ: una est ex fluxionibus a capite; altera ex affectibus ipsius pulmonis, maxime post expuitionem sanguinis, potissimum vase rupto: Sæpenumero vero fluxione impleto pulmone alia de causa ex partibus aliis, non ex capite: Quasi vero aliunde sit ῥεῦμα, quam a capite. Locus, meo judicio, male Latinus factus est, πολλάκις δὲ, καὶ ῥευματισθέντος τοῦ πνεύμονος διά τινα ἄλλην αἰτίαν ἐκ μορίων ἑτέρων, οὐκ ἐκ τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς. Ego puto ῥευματίζεσθαι posse explicari, non destillatione affici, sed irrigari & repleri per quemdam modum raptus a partibus internis, & per quamdam ἀπότηξιν, idest, colliquationem partium vicinarum ipsi pulmoni; vel etiam proprii ejus excrementi, quod fundi potest ac liquari. His conformiter idem Hippocrates scripsit: Erysipelas in pulmone fit, quum sit nimium resiccatus ab ardore, a febribus, labore ac intemperie. Nam tunc plurimum sanguinis ad se trahit, maxime ex magnis venis. Hæ enim ipsi sunt vicinæ; & ipsi incumbunt; trahit enim tenuissimum ac debilissimum. Quum traxit, febris ex eo fit acuta, tussis sicca, repletio in pectore, dolor acutus in anterioribus & posterioribus partibus, maxime circum spinam, nimirum magnis venis calefactis. Vomunt aliquando subcruentum, aliquando sublividum. Vomunt pituitam & bilem, & animo linquuntur. Quo loco explicat etiam naturam ipsius tussis molestissimæ, quæ *Quinta* appellatur. Et tussis siccæ occasio non a capite est, ut plerisque videtur; sed aliquando a pulmone ipso, aliquando a subjectis partibus. Quod sit a pulmone ipso, declarat ingens copia

Ad particul. 12. sect. 1. lib. 1. Epid.

Causa præcipua tussis siccæ & furibundæ. Sect. 3. 6. Epid.

1.

2.

Lib. 1. de morbis.

Hipp. videtur explicare naturam ipsius tussis, quæ

pia pituitæ putris, & semipurulentæ quæ extussitur: Nam si esset sola ferina destillatio causa illius tussis permolestæ, quæ vulgo *Quinta* dicitur, non ea copia incredibilis materiei excluderetur. Quamquam non nego a capite aliquid madefluere quod irritet. Quid enim impedit, quominus eo modo se habeat materia in pulmone collecta, quo & ea materies quæ in ventre est? At quæ est in ventre, prout movetur aliquando, ita tormina & punctiones alvi excitat, dysenteriam, diarrhœam, exulcerationes leves: Ita quoque in pulmone irritat, pungit dum movetur, & tussiculosos homines reddit, tusses veras excitat, & inane tussiendi desiderium. Quapropter errant qui ad caput tussis occasionem referunt. Vel potius ad id referetur, quod quum dormienti destillatio in pulmonem facta est, moram aliquam trahens acrimoniam majorem acquisivit. Deinde eo modo quo excitatur in cerebro sternutamentum, materia ista in pulmone tumultuatur, movetur ac agitatur, unde facultas partis irritata, tussim istam promovet. Ceterum quod irritetur ῥϛλματισμὸς aliquis in pulmonem aliunde quam a capite, declarat ingens copia materiei, quæ excernitur in suppurato a casu. Vix enim credat aliquis, quanta illius materiei copia evacuetur, quam non est credibile a capite manare, & tam cito ἐκπυηθῆναι, sed aliis e partibus ad thoracicas partes affluit. Porro incredibile dictu, quales & quantæ fuerint febres, quæ adorsæ sint eos, quos illa tussis vulgo dicta *Quinta* divexarit: graves, vehementes, inordinatæ & anxiosæ fuerunt. Et licet alvus fluat, vix mitigantur, immo ad quamdam maciem & tabem ægros ducunt. Mirumque est, quod pueris multis qui ferinis istis destillationibus sunt conflictati, ab istis intereundum fuit, & iis exclusus est paulo ante mortem, aut post humor visu terribilis, ac si abscessus in cerebro fuisset. Alii interiere cum summa difficultate spirandi, eaque terribili & immedicabili. Quæret quis, an pulmonis venæ possunt esse focus, & conceptaculum febrium istarum continuarum essentialium? Possunt esse, si credere est Galeno, comm. in librum Epid. primum.. Porro unum annotandum, quod observavimus in ejusmodi morbis, idest, & febre assidua, & tussi molesta, quæ *Quinta* vocatur: corpus intumescit, deinde valde extenuatur. Quod autem corpus intumescat, & coloratius reddatur in liquationibus istis, & fusionibus pituitæ, docet Hippocrates lib. de morbis, & cur id fiat, docet. Item quod extenuatio postea contingat, idem Galenus docet in Epidemiis, dum explicat, cur Thasii tussientes & catarrho acri, ferino & maligno ad extremam extenuationem adducerentur. Locus est valde notandus, & diligenter legendus. Quamquam tumor & elevatio seu insufflatio cutis potest antecedere extenuationem; quia extenuationem & contractionem cutis, laxitas ipsius præcedit Hippocrati.

3.

Comm. ad part. 73. sectionis 2. lib. 1.

Initio li. 2.

Calidæ destillationes extenuationem corpori afferunt.

Gal. com. ad part. 28. sect. 1. lib. 1. Epid.

Iste servus D. de Villemor, Regii in camera computorum magistri, commemorabilem sui historiam reliquit. Ex curru decidit, læsus est thorace, præsertim dextra in parte. Dolores remediis non cesserunt. Cogitabant de sectione inter quintam & sextam costam. Divisæ sunt sententiæ. Tandem vicit pars minor & periclitandi occasionem captant ex desperatis pene rebus. Applicatum cauterium. Fluxit per dies plus minus viginti aut viginti quinque materia saniosa fere ad pintas quindecim, ut retulerunt Chirurgi. Convaluit.

Sectio in Empyicis loco & tempore est periclitanda.

Filiola

Exempla de ferina destillatione, de qua paullo ante.

Filiola D. Richer, & D. Rose, & Joannes Connart febre continua prehensi sunt cum tussi (quam *Quintam* vocant.) Comites fuere & tussis, & febris ad tabem usque. Incredibilia fuerunt symptomata. Colliquatio pene illos contigit, juxta id quod dictum est ante, nempe destillationes calidas & acres extenuationem corpori afferre. Præter spem convaluerunt.

Incertum remedium certæ desperationi præferendum.

Iste Latomus in vico de la mortellerie conquestus est de dolore ad nothas costas, qua parte hepatis gibbum contingit. Dicebat se ea parte vim aliquam passum esse, ut contingit istis Latomis, dum graves lapides sublevant, aut loco dimovent. Nec tamen certus erat de læsionis & offensionis modo. Hinc cacochymus factus est. Et nobis ista cacochymia imposuit. Duodecies purgatus sena. Numquam vidi medicamentum melius voto respondere. Secta vena quinquies. Allevatio aliqua. Tamen designabat locum jam prædictum. Ego suadebam ut apertio fieret, quod tumor foras prominebat. Aliis visum non est. Tandem vi naturæ ruptus abscessus superiora petivit. Quinque pelves intra triginta dies materia purulenta implevit. Fœtens erat humor. Syncopæ graves. Incredibilia sunt quæ contigerunt. Tandem solum vertit, & penates patrios visere voluit. Illic tabefactus obiit.

Credendum sæpe est ægrotis ipsis de facilitate, aut difficultate in remediis usurpandis.

Iste melancholicus D. Myronii amicus, dum de phlebotomia ageretur, narravit se in summam virium imbecillitatem incidisse a phlebotomia, uno ante anno facta, & vix refici potuisse. Nos aliquantum id movit. Et quum videremus necessario venam aperiendam, aperuimus. Religiose sanguinem detrahebamus. Nondum pleno secundo vasculo cœpit aliquantum convelli, & videbatur moriturus. Quum ægri narrant se bene aut male habere ex phlebotomiis, non est omnino fides deroganda. Testis Mareschalla Dubez.

Applicatio cauterii capiti utilis.

Uxori Ludovici Michel dolor implacabilis circa collum, & in occipite. Etiam minimo digitorum appressu, dolor sæviebat. Secta arteria temporalis, & vena puppis. Applicatum parti dolenti cauterium. Melius multo habuit.

Effusiones sanguinis in mulieribus, falsæ impregnationis sæpe signa sunt. Lib. de genit. aut natura pueri.

Nobilis mulier Dodyer fluxu sanguinis laborabat. Deliquia animi aderant. Medicus imprudens a vacuatione esse putabat. At falsa erat imprægnatio. Quoties repente mulieribus effusiones sanguinis adsunt, suspicari oportet de falso conceptu, quem natura abhorret. Id Domina Guerard docuit, de qua ante lib. 1. & sexcentæ aliæ, in quibus frustra laboratum est in sistendo sanguine. Donec enim id quod contra naturam continetur, natura emoliatur ipsa, non is sistitur sanguis. Et grumi multi sanguinis excernuntur. Annotavit autem Hippocrates, melius esse grumosum sanguinem effundi, quam omnino liquidum ac dissolutum. Ista ægra, de qua hic agitur, tametsi sanguinem supprimentia data essent, tamen non habuit melius, donec excussa fuisset res in utero contenta. Id quod notandum, quia hic errari solet.

Mulier quædam pilulis ex mercurio usa fuerat ad reliquias luis propulsandas. Hinc ptyalismus, & tantus toto corpore ardor, ut metu mortis ob intemperiem, ad summe refrigerantia & humectantia concursum fuerit. Inde crusta universo corpori inducta est, quæ ipsa integra, magna omnium admiratione, ablata est. Tergora veluti boum imposita esse videbantur. Adeo parum usus tutus pilularum de argento vivo, quas tamen ab omni vetustate acceptas ferunt.

Procu-

Procuratoris Domini Tolerom familia habet aliquid συγγενὲς. Sexdecim liberos ex uxore suscepit. Omnibus fere, aut majori parti Hernia fuit familiaris recens natis. Ad quintum aut septimum annum durat ea infirmitas. Exacto anno septimo nil amplius tale apparet. An quia relaxatio peritonæi ipsa per se sanatur? Sic quum matres queruntur de herniis puerorum, non est cur tantopere in hoc curando laboremus. Natura enim est Medicus.

Minime tutus pilularii ex Mercurio usus. Hernia gentilitia. Venarum varicosarum apertio tuta. Cap. 12. lib. 6. de morb. & sympt. Lapidosa diarrhæa.

Uxor I. de Boudenier, & D. du Mesnil memorabile quid præstiterunt. Illi in venis varicosis sanguis est collectus, fusæ pici similis. Et quum dolores essent, consilio quorumdam detractus est, magna copia, sanguis atramento similis. Ac postea illi optime cessit. Alteri audio sanguinem nigrum ita concrevisse in jugularibus venis, ut carbones illic impacti crederentur. Ubi venæ varicosæ turgent, evacuatio ista particularis proficit plurimum.

D. de Claigny Canonicus Parisiensis velut leucophlegmaticus erat. Lapidosus mortuus est. An lapidosi ita fieri possunt? Ita. Nam Fernelius annotavit suppressionem & regurgitationem cujusdam materiei purulentæ a renibus ad venosum genus, id genus symptomatis inducere potuisse.

Uxor D. Godet interiit longo morbo. Mirum fuit, quod illi contigit. In ventre & abdomine apparebant durities tamquam gongronæ, magnitudine castaneam & duritia referentes. Unde id ortum habuerit, ignorabant. Id dicebant similitudinem referre ejus rei, quæ in lecti apparatu dicitur, *un lodier*.

Uxori D. de la Trousse in ipsis excrementis alvi lapilli sunt deprehensi. Quærebant an a cysti fellis venissent, an in ipsis intestinis concrevissent, & quomodo. D. Fernelius multa his similia se observavisse fatetur.

D. Bordier, qui annos duos pene integros alvinis symptomatis discruciatus est, & doloribus ad regionem ventriculi incredibilibus, mortuus est tandem. Quum alvus diu ante fluxisset, dolores isti cessaverant, qui declarabant & collectionem tetri humoris, & perennem generationem. Venenum propinatum esse putabant. Aperto cadavere, inventum est hepar plane albicans, & semiputre. Cartilago xiphoides induruerat valde, & inferiore sui parte eminebat. Unde credibile aliquid contulisse ad istum excitandum dolorem. Maxime dolores erant nocturni. Nullis remediis allevatus est. Pridie quam moreretur, per os excrevit atrabilarium sanguinem. Hic veritas Aphorism. 23. lib. 4. deprehensa est. Quibus ex morbis acutis ait diuturnis, vel ex vulne-„ ribus sive quovis alio modo extenuatis atra bilis, sive uti sanguis niger in-„ fra exierit, postridie moriuntur.

Filius D. Conart populari illa tussi, quæ *Quinta* vocatur, laborabat. Febris continua. Incredibilis pituitæ putris copia e pulmone tussi educta est. Mirum non est, si vi talis tussis pueri nequeuntes expectorare intereant. Nam opprimuntur materiei & copia, & qualitate peccantis pondere.

Quinta tussis.

Uxor D. Dodyer a multis mensibus dolores sentiebat in ventre. Alii uterinum quid, alii mesaraicum crediderunt. Institutus syrupus ex agarico, & foliculis. Multum & vehementer repurgata convaluit. In ejusmodi doloribus audacter purgandum est, nec dolores sunt blandiendi.

Frater uxoris D. Baillon febre non apparente tenebatur, τὴν γλῶσσαν ἀκρατὴς, quod melancholicum esse scripsit Hippocrates. Taciturnus. Sitibundus. Coma-

matosus & aliquantum lethargicus factus est. Ingens capitis calor. Mortuus. Venæ sublato cranio apparent plenæ sanguine melancholico. Magna satis aquę limpidæ quantitas in ventriculis reperta est. An id occasio mortis esse potuit?

Quintana tussis.

Filiola D. Sangermani *Quintana* tussi laborabat. Visa est convaluisse. Recruduit morbus. Ante obitum excreta est e cerebro per nares materia latentis abscessus. Annotavimus paulo ante multis id contigisse tussi populari afflictis ut filio sororis Philiberti Santueil. An non id ferinæ destillationis occasio esse potuit?

Servo D. Myron dicenti phlebotomiam sibi semper molestam esse, & nonnihil afferre formidolosum, secta vena est, ad duo vasa sanguis demtus. Horruit, deliravit. Mori videbatur. An non quia nondum erat purgatus diligenter? D. Palmarius existimat corpore impuro, præsertim circum os ventriculi & simum hepatis, detractionem sanguinis hæc terrifica afferre symptomata. Hoc fortasse non caret ratione. Nam quum repurgata est diligenter pars illa superior, tunc & tutius, & sine magno symptomate demitur sanguis. Quamobrem Medicus aliquando credere debet ægris, ut vel secando venam, vel dando pharmacum restrictior & cautior sit. Idem contigit servo D. de Soulcy, I. Blanche: Incepit convelli post mediocrem detractionem sanguinis.

Sorori Dominæ de Granville fluxio in brachium. Nullis allevabatur remediis. Ingravescebat malum. Datum decoctum sudorificum bis. Convaluit. An non idem ejusmodi defluxionibus faciendum?

I. de Hanssy, post speciem doloris colici in regione hepatis, dolor oboritur sine febre, saltem non manifesta. Forte videbatur consentaneum, quod dolor levaretur, si febris superveniret, per Aphorism. Hippocr. de dolore hypochondrii sine febre. Et peccatur contra eum Aphorismum sæpe. Secta bis vena, & dato pharmaco sæpius, convaluit. Credo quod ab orgasmo materiei biliosæ circum concavum, & gibbum hepatis dolor obortus est. Idem vetulæ Damisellæ Le voys olim servæ contigit. Dolorem colicum esse credebant. Pro desperata erat. Secta vena bis, & provocata alvo convaluit. Audendum est aliquid præsertim arte dictante & ratione.

Corpora ruferum & lentiginosorum tetra bile abundant.

In Hieremia Tonsoris servo multa observanda fuerunt. Primum erat lentiginosus, & rufus. Ea corpora tetra quadam bile abundant. Et qui humor dominatur, & morbum facit, vix coctionem admittit. Sedari non potuit febris. Hemicraniæ erat obnoxius. Ejus ergo guajaco usus fuerat. Et decoctum hoc siccitatem, & squalorem summam induxerat. Febris assidua. Undecimo die dysenteria a prava bile. Non est allevatus. Macruit omnino. Et tandem in maciem adductus ad diem 24. interiit. Pulmones sunt deprehensi putres. Intestinorum corpus vitiatum erat.

Imbalis virgo insigniter febricitavit. Cum fœdis coloribus laboret, in ejus sanguinis massa virus est quoddam. Quarto die menses erumpunt. Omnia deteriora fiunt. Omittitur phlebotomia. Deinde omissæ illius nos pœnitet. Tandem quinto aut sexto die aperitur vena. Proficit detractio sanguinis. Scire oportet, quod si febris non frangitur erumpentibus mensibus, non est differenda phlebotomia sed statim ea facta danda sunt apozemata cientia menses.

Preceptum therapeuticum.

Filiola Damisellæ du Buy undecimo febris die interiit. Repertus lapis in renibus-

nibus. Vomebat frequenter. Quum vomunt sæpe, & contorquent corpus pueri, loco non consistentes, de nephritide conjectura esse debet. Et fomenta ad renes applicabis. Quod notandum, ut prudentia Medici infantium imbecillitati, & infantiæ (ut ita dicam) humaniter succurrat.

Mulieris imprudentia agrum peremit.

Honestus vir crassus, & succulentus febre capitur. Dolet regionem hepatis. Datur medicamentum. Secatur vena. Dum visitur a Medicis, consulunt ut iterato mittatur sanguis, & sequenti die purgetur. Imprudens mulier omnia pervertit. Nam differtur phlebotomia in sequens matutinum hora septima. Detrahuntur tria sanguinis vasa. Insciens Pharmacopœus eorum quæ gesta erant, dat medicamentum. Vires dissolvuntur. Dolor ascendit paullo altius, ῥέγχος. Sequenti die mors. Imprudentia eorum qui assidebant ægro eum præcipitavit. Nam morbus erat sanabilis.

Ptyalismi perpetui causa hydrargyri litus.

Observatione dignum est, Nobili cuidam viro hydrargyri litum ptyalismi perennitatem attulisse.

Humores interdum veneni naturam adæquāt.

Uxor Claudii Bombard repente in leipothymiam incidit. Sequenti die mente mota est. Opportuna est tetræ destillationi in genam sinistram. Erat quoque quædam anxietas, & ægritudo. Ad se rediit adjuta remediis. Πάντα παροξύνθη. Tamen restituta est. Mirum quomodo venenatus humor in nobis generetur; tam cito mentem percellens.

Joannes la Ville cum de dysuria quereretur, nec non una cum urinis pituitam veluti in capillos ductam excerneret, immo mictio esset sæpe cruenta, de calculo opinio fuit. Catheter immissus. Lapis non deprehensus. Usu blandorum medicamentorum & hydromelitis assiduo sanatus est. Vinum album frequentissime in pastibus bibebat. Quæ causa fuit traducti in vias urinarias phlegmatis.

Vermes etiam in adultis terrifica excitant symptomata.

Castilius Mercator febre continua laborabat. Apparuerunt symptomata terrifica, præter rationem & morem febris. Manebat velut caroticus aut comatosus. Desperata omnia. Medici nesciebant quo referrent causam tam sævorum symptomaton. Vocatus Gorræus, quo judicio valebat, præsensit id a vermibus fieri. Contra vermes pugnatum. Cessaverunt ea symptomata. Etiam in viris suspicari oportet de vermibus, ut in pueris.

Faber tignarius ex alto in sinciput incidit: Læsum erat os & fissum. Capitur consilium de admovendo modiolo. Admotus est. Media tantum sui parte os erat fissum. Itaque licet trepanum non fuisset usurpatum, nil perinde erat periculi. Et tamen quis quærat: nonne & ratione interioris cujusdam contusionis caput fuit aperiendum? Fortassis. Et tamen ob ea incommoda quæ ossis apertionem sequi possunt, maturius consilium capi debet, quum agitur de trepano. Et nostri Chirurgi ut aliquid agere videantur, satis facile id usurpant remedii.

Multis difficultas fuit urinæ, quod corpus vesicæ aut crassius fuerit, aut quod multa pituita corpori vesicæ adhæserit, unde aliqua ex parte occupata fuerit capacitas ipsius vesicæ, & sic pauca urina contenta fuit. Id vero vitii maxime iis contigit, quibus carnositas aliqua in urethra fuerit. Nam tenuior & subtilior pars materiei excreta fuit per penem: crassior vero remansit, quæ obhærescens id symptoma attulerit. Et hujus dysuriæ, & brevis mictionis causa ignoratur. Id Domino Le Veau contigit. Medici putabant esse calculum aut resolutionem aliquam. Et id nisi diligenter animadvertitur, datur

Dysuria a vetere carnositate calculi opinionem facit.

datur occasio generationi lapidis utendo diureticis, & perperam falsa calculi opinione utimur iis, quæ frangunt calculum, quum dysuria a vetere carnositate fortasse fuerit.

Misellus iste Bidaut, qui carcere novem annos conclusus fuit, ulcere tibiæ infestabatur, herniosus quoque erat. Ulcus consanuit. Aliquot post diebus quum e lecto micturus surrexisset, concidit ob deliquium animi. A casu febris: Facta est singultiens febris aut ob casum, aut ob ramicem, aut suppressum malignum serum ab antiquo ulcere. Septimo die interiit singultiens. Notandus iste morbus.

An morbi qui adoriuntur puerperas, periculosi, ut vulgo creditur.

An verum illud quod vulgo jactatur, morbos qui adoriuntur puerperas, sive in puerperio ipso, sive quamdiu veluti spectacula vulgi, in lecto decumbunt, aut ægre solvi, aut præcipites dare ægras in periculum. Et nos vidimus plerasque de catarrho, aut dolore capitis, aut tinnitu aurium post puerperium, aut tempore puerperii incidente, conquerentes, quæ idcirco sibi malum immedicabile & esse, & videri crederent, quod ea occasione natum foret. An id verum est?

D. de Longueire dolore capitis periodico vexabatur, quomodo & plerosque alios laboravisse observavimus. Magna alvi subductione, & sanguinis detractione liberatus est. Juvit quoque & cataplasma anodynum ex mica panis.

Filiolus D. Coiffart tumorem quemdam vagabundum patiebatur. Tandem pedes appetivit. Nutrix litu discutere voluit. Superiora petivit. Febris, difficultas spirandi, mors. Hippocrates libro de aere, & locis, meminit hydropis testium in pueris recens natis, ob usum aquarum crudarum. Hic morbus aliquid affine habet. An non si flatus iste ad imas erumpit partes, hic cohibendus est?

Nobili viro sursum sanguis vomitu exclusus est satis floridus; deorsum, qualis pix. Defectiones animi. Et tamen convaluit, præter Aphorismi auctoritatem.

Si retinentur menses & febris oboritur, an non sectio venæ in poplite, aut malleolo facienda? Tamen vulgo secatur vena in gibbero. An non id præter rationem est?

Castilii servo febris oborta, dolor incredibilis ad sinistram colli partem, ad humerum usque pertinens. De phlebotomia consulebatur. Videbatur ex opposito potius facienda metu attractionis in partem. Contra factum est. Statim est allevatus. Detractus est vitiosus sanguis. Forte id non imitandum. Quamquam ex opposito latere parum confert.

Malum esse intra dolorem.

Uxor Domini Dhierres quo die nupsit, ex retentione urinæ præ pudore gravissime habuit. Dolor enim ad vesicam & uterum pertinebat, & stranguria fuit. Magna inflammationis suspicio fuit. Tamen malum intra dolorem fuit, ut Celsus loquitur. Venæ sectione curationem recepit.

Infirmitas cum a plethora & cacochimia, tum ab inanitione.

D. Delaulbe maximus natu dies aliquot impurgatus, ægrotabat. Febris assidua. Delirabat perpetuo, sed ejus desipientia inter verba erat. Videbatur animam agere. Tamen multum purgavimus illum, & cacochymiam exegimus. Liberatus est. Non oportet terreri metu infirmitatis, quum ea potius a copia, aut cacochymia humoris pendet, quam ab inanitione.

Domina Dubois febre assidua laborabat, cum dolore paullo supra hypochondrium dextrum. Invasio morbi fuit terrifica. Menses suppressi. Suppressum

sum & sanatum vetus in tibia ulcus. Ignorabant tamen Medici. Victa malo ars nostra fuit. Forte si suppressionis virulentæ materiæ ex ulcere manantis ratio habita fuisset, non ita oppressa & extincta fuisset. An non reserare tibiam oportuisset, & emissarium facere?

4. *Antiqua ulcera ad cicatricem adducta admoto ruptorio aperienda.*

Quæstio est, an non tuto in angina, conclamatis omnibus, in gutture foris sectio fieri possit? Periculosum id quidem. Sed dummodo id fiat a perito artifice, qui norit nervos recurrentes vitare, id periculo vacat. Certam autem salutem pollicetur. Satius enim est anceps tentare remedium, quam nullum. Et fortassis hoc omittitur præsidium magno ægrotantium incommodo. Fortassis idem & in pleuritide factitari potest inter quintam & sextam costam. Exigua enim puris evacuatio magna affert commoda mortalibus.

Venarum gutturis apertio anginæ prodest.

In morbis malignis potius in alterationem per alexipharmaca incumbendum videtur quam in evacuationem. At dicet quispiam, videmus iis qui laborant febribus malignis, & morbis id genus, urinæ magnam contingere excretionem, alvum multis & biliosis ferri excrementis, morbo præsertim ad crisin eunte; idque eodem modo fieri, quo videmus in aliis morbis evenire, in quibus simplex putredo vitium facit. At dicendum sciendumque est, eam quæ contingit excretionem, non tam moliendam esse, quam naturæ opitulandum, & oppugnandæ malignæ qualitati studendum. Tales enim humores, etsi fortassis sunt ejus qualitatis participes; hi tamen non tam per se ipsi morbum alunt foventque, quam extranea quædam putredo, & qualitas maligna ordinariam putredinem sua malignitate superans. Sic agendum primum cum maligna qualitate. Deinde quum fracta domitaque fuerit, cum humoribus agendum. At dices, ut in lue venerea multa tentatur excretio per cutim & alvum, licet potius luis venenum qualitate infestet, quoniam coeffunditur humor bonus fovens, tamquam subjectum, istud virus; sic in morbis malignis fieri debet. Quamquam credo a multis graviter peccari. Et non abs re Hippocr. τὸ θεῖον in morbis observandum putavit: Idest, videndum esse Medico; num præter humorum solitam putredinem, sit aliquid quod propter putredinis excellentiam aliam curandi rationem postulet. Est enim ubi vacuare & coquere oportet, est ubi alterare oportet, idest, oppugnare alexiterio. Si enim insignis aliqua fit evacuatio, ubi in virium robur & qualitatis malignæ evictionem incumbere oportet, hic graviter peccatur, & in perniciem ægri struuntur insidiæ. At difficile cognoscitur ea maligna qualitas. Difficile quidem. Sed vitalis facultatis status id facile indicat. Quamquam qui morbi oppressionem causam sui agnoscunt, aut in quibus bilis tumultum facit, osculumque ventriculi infestat, sæpe similitudine symptomatum nobis imponunt. Hic autem experientissimorum expectatur judicium.

Maligni morbi egent alteratione, potius quam evacuatione.

Bilis os ventriculi infestans vitalis facultatis robur infringit, ut maligna qualitas.

Suppressio menstruorum etiam trium aut quatuor dierum molesta est; in conceptu saltem quum infans fruitur, non est. A partu lochiorum suppressio statim necat. Quid id rei? Quia aliquando humor regitur, aliquando non regitur. Idem de corporum nostrorum humoribus dici potest. Nam quid est, quod quibusdam si semel alvus supprimatur, aut nisi sæpe purgentur, tam gravia eveniant symptomata, aliis non? Quia humores habent aliquid ἄπεπτον & naturæ contrarium. Unde quibus in humore est quædam qualitas salsa,

Suppressio lochiorum deterior mensium suppress. & cur.

nitrosa, aut similis generis, ii levi de causa inhorrescunt, & febricitant, aut distillationibus sunt ferinis obnoxii. Contra, quibus humores sunt magis morati & mansueti, ii non tam facile in morbos incidunt, nisi graviter in victu deliquerint.

Vulnera splenis non lethalia.

Cuidam vulnerato ad nothas costas splen foris apparuit. Ignorabat tonsor splenem esse. Intumuit valde, & vitium contraxit. Alter venit audacior, qui secuit prius superiore parte ligatum. Convaluit æger. Est ne igitur splen tam necessarius?

Capitis vulnera etiam levia non negligenda.

Dominus de Villeneufue in expeditione contra Flandros instituta, catapultæ ictu circa tempus dextrum læsus est insigniter. Effractum os partim temporis dextri, partim frontis. Occalluit tandem pars longo post tempore. Quum Londinum venisset, speciem quamdam pareseos in parte eadem, nimirum in brachio pati visus est. Tandem venit Lutetiam. Sexagesimus aut septuagesimus dies exactus erat, ut plane restitutus & securus videretur. Quum vino venerique paullum indulgere vellet, dolor in veteris vulneris loca obortus est. Intollerabilis erat. Inquies, vigiliæ, dolor lancinans, levia deliria intra verba solum. Febris assidua. Omnibus provisum remediis. Denuo aperta cicatrix. Nil profectum. Dolor mox in parte antiqua sæviebat, mox in alteram partem, velut desultorius, redibat. Comatosus factus. Mors. Aperto cranio, nescio quæ sanies, sed exigua, in parte in qua dolor fixus videbatur, apparuit. Sed in cerebri penetralibus abscessus erat, a quo credibile manavisse saniem, tam sævi doloris parentem.

Claudii du Four pulmonici notanda historia. Quum pulmonis morbo antiquo alvi profluvium dysentericum successisset, pulsus inæqualis, intercisus, mox dicrotus, mox intermittens deprehensus est. Diu admodum perseveraverunt ista. Tandem ad suam æqualitatem rediit, sed frequentior & minor erat. Paullo post interiit. Adeo de pulsu judicare est difficile.

Admirabile quod contigit uxori Maclovii. Primum dolores colici. Deinde nephritici. Vomitiones. Febris assidua. Tandem mictio cruenta, sanguine multo nimirum effuso, apparuit. Diutissime perseveravit. Sex aut septem septimanas laboravit. Tandem tota tabefacta interiit. Nullum lapidem excrevit. An id nephriticum fuit?

Filiola D. de Crevey, utroque parente orta calidis visceribus prædito, etiam dum sana est, singulis pene mensibus diem unum febricitat satis insigniter. Id latentis cujusdam vitii inexplicabilis signum est. Lutetiæ eodem modo affecta visa est. Febris perseveravit, Inclinatio & propensitas in somnum. Rubor genarum summus. Exanthematon suspicio erat, aut peripneumoniæ metus. De salute desperabatur. Convaluit præter spem. Sic præcipitanter de morbis præsagire non oportet.

Sectio inter anularem, & digitum minimũ quartanã solvit.

Sectio inter anularem, & minimum digitum ab antiquis credita est febrem quartanam solvere. Quædam mulier septem jam menses quartanaria fuerat. Masilii Medici consilio secta est vena, detractusque satis copiose sanguis. Febris jugulata est. Sed annum fere unum manus tota, veluti livefacta, mansit. Eadem asseruit cuidam nobili viro sibi noto idem contigisse.

Admirabile s

In re quaque, sive ea nutriat, sive dolorem excitet, sive morbum faciat, nosse oportet aliquid esse tenue; sive sit ὀῤῥὸς, sive flatus, seu vapor aut ex-

halatio

halatio; sive quid aliud vix sub sensum cadens, quod tantas habeat vires. Id quod primum in doloribus capitis a solo odore cernere est. Nam quid illud est, quod sola exhalatio e rosa exhalans catharrhum ciet, & moschi odor tantopere lædat? Et tamen aromata dicuntur cerebrum roborare, & ei dicant operam suam. Præterea, in febribus quid illud est, quod lassitudinem tantam, & membrorum confractionem quamdam afferat initio paroxysmorum, & quod tribus post horis, post luctam naturæ cum ea re, discussum omnium dolorum sedationem affert? Non est credibile molem esse humoris, sed qualitatem nescio quam, quæ non desinit naturæ molesta esse, donec ejus vi domita fractaque fuerit. Indicat & id vigor febris; vigor doloris hemicranici, pulsus & calor auctus est. Victo superatoque aut humore tenui, aut ichore aut re alia consimili, ista omnis seditio sedatur. In nutritione quoque ipsa, vapor benignus, aut tantillum vini, aut paucum panis sępe naturæ facit satis. Et licet multum adsit humoris, idipsum natura tamquam alimentum non reputat, sed tamquam excrementum. Sic statuere oportet, sive in nutritione, sive in doloris generatione, aut in morbis aliquid esse tenue, quod tantas vires habeat, ut non abs re excitati fuerint Medici πνευματικοὶ, qui tantum flatui & simili rei tribuerunt, ut omnes morbos, & symptomata pęne ab iis repetiverint.

Et quod magis mirum est, qualitas propria humorum tenenda est. Quid enim est, quod quidam domiti sint, alii indomiti? Alii chæradas in quibusdam generent, alii cancros, epilepsiam alii, arthritim alii? Id tenendum exacte, ut de remediis certum sit. Observatum est quibusdam obortos dolores fuisse non admodum acerbos, alias acerbos, qui vagi fuerint, nec certa sede morati fuerint: post tempus aliquod tandem desierunt in partem aliquam, & tuberculo, cicer magnitudine non superante, ibi relicto tandem reliquas partes reliquere. Sed tuberculum illud aut cancrum minabatur, aut aliquid simile. Adeo difficilis est morborum cognitio, difficilior sæpe curatio.

Humorū qualitas propria cognoscēda.

Difficilis morborum cognitio, difficiliorque curatio.

Admirabile quod contigit Joanni Regnard mercium venditori. Obortus est dolor femoris & tibiæ. Is satis erat tolerabilis. Pugnatum est lenientibus & paregoricis. Vomitiones aderant. Deinde earumdem partium stupor contigit. A stupore sensus deperditio, ut ne impacta acus dolorem moveret. Defectiones animi frequentes. Mors. Unde hoc? Similis pene historia observata est ante.

Socrus D. Passart Medici frequenter colico dolore tenebatur, eoque valde crudeli. Ad hepar illud referebant. Ea videbatur mœsta perpetuo, nec ridere poterat. Tandem incidit in febrem continuam. Dolor totam partem dextram pęne occupabat. Ab jecore omnino id esse autumabant. Nulla re juvari potuit. Nono icterus κατακορής. Mors. Aperto cadavere cystis fellis lapillis plena reperta est. Hepar albicans. Adhærescebat contumaciter diaphragmati, ut hinc avelli non potuerit. Item pulmonis pars dextra adhærebat. Superius annotavimus de quodam nomine Bordier, cui colicus dolor per duos pæne annos perseveravit. Hepar albicantius deprehensus est. Sic serum nescio quod tetrum nascitur, quod istos excitat dolores.

Cystis fellis lapillis plena.

Mulieres nostrates hoc in ore habent, recens natos blando suo halitu efficere ut

ut nutricibus lac abundet. Immo si nutricibus duorum annorum dentur, non modo lac, ut ajunt, renovare, sed etiam iis conceptum accelerare. Cur id fiat, & an verum sit videatur.

Ad verrucas sanguinem leporis Dioscorides cõmẽdat.

Ad verrucas, ajunt, juvare plurimum excipere sanguinem animalis recens jugulati, & sinere eum sanguinem concrescere, idque sæpius repetere. Experiendum est, deinde causa ejus investiganda.

Quidam interiit tertio die phreniticus, non vi phrenitidis, sed vi & qualitate succorum virulentorum. 7. Epid.

Quidam annos natus 25. cœpit febricitare. Sequenti die ad Medicum ventum est, qui remedia præscriberet. Is solo clysmate contentus fuit, ne humores citatos magis commoveret. A meridie voluit æger sibi venam aperiri. Id factum est inconsulto Medico. A detracto sanguine paullo post mente motus est, & desipuit. Vix contineri potuit. Ad se non rediit. Quatuor post horis interiit. Nescitur quo tam subitæ mortis occasio sit referenda. Hippocrates quidem in Epidemiis de Halicarnassensi narrat, qui quum jam ætatis grandis esset, & hiems quoque esset, propter auris dolorem detractionem sanguinis sustinuit. Facta non est suppuratio, & phreniticus factus est. Quodam in loco annotavimus de duobus, quibus quum paullo plus sanguinis detractum esset quam par esset, statim a detracto sanguine deliraverunt. Sic in eo remedio usurpando cautos esse oportet, nec ita, ut fere fit, liberales.

Refrigerantia nocent doloribus capitis cum febre.

In doloribus capitis, præsertim cum febre, etsi magna vis febris, impressionem facit in capite; cavendum ab iis, quæ multum refrigerant, ut ab anacollematis & populeone. Si enim mador aut sudor manans dolorem aut minuit, aut sedat, quis dubitat quominus refrigerantia & repercutientia adhibita, difflatu materiam prohibentia, noceant plurimum?

Quibus urina acris & mordax, qui sicci squalidique sunt, nec non temperamento bilioso, iis maxima ex parte arenulæ in urinis apparent. Hæ autem sunt veluti particulæ humoris biliosi & salsi in sabulum conversæ & concretæ. Et tamen ejusmodi acrimoniæ quædam est opportunitas. Nam detersio magna fit, & si quid glutinosum est, mediis hærens viis, id veluti destringitur ac diluitur. Contra, si urina non ita acris, lentescit facile ac pituitescit. Et ut concedam non ita facile in arenulas cogi, facilius obducendæ pituitæ & cogendæ dat occasionem. Notandum id.

Quę nutrices diu fuerunt, debiles existunt, aut fluxui muliebri opportunę.

Numquid illud forte verum est, quod experientia aut verum, aut probabile comperitur? Nimirum eas mulieres, quæ diu nutrices fuerunt, gravibus aut morbis postea opportunas, aut debiles vivere, aut fluxui muliebri obnoxias. Atque id præsertim contingere, si aut delicatiores aut debiliores exstiterint. In iis enim facilis est humorum liquatio, & partium excipientium idoneitas. Id quod cuidam vetulæ contigit. Hęc adeo lacte exuberabat, ut diu tres infantes lactaverit. Hinc vasorum inanitio & infirmitas consequi potuit.

Vena sectio, &

Si natura in parte quapiam in quam humor influxit, suppurationem vult moliri, si dolor, si inflammatio, an sectione venæ, & purgatione ab eo instituto natura revocanda? An non purgandum vacuandumque (non quod materiam quæ influxit amoliri consilium sit) ne vi doloris & imbecillitatis partis pars aggravetur obruaturque magis? An non sinendum totum naturæ? An non (quod verum esse quidam asseverant) natura suppurationem promovet, licet detractio sanguinis, aut evacuatio aliqua præcesserit? Quasi vero nil sit

quod

quod naturam ab eo instituto removere queat? Id Medicis plurimum dat negotii.

purgatio suppurationem non impediunt.

An verum quod vulgus mulierum jactat, morbos eos qui aggrediuntur enixas, & eo tempore quo decumbunt, aut θανασίμους, aut δυσκείτους, aut δυσανιάτους. Probabiles multæ rationes hinc illinc adduci possunt.

Quid illud est, quod quidam juvenilibus annis suis morbosi vivant, & valetudinarii: contra quo magis ætate, & annis processerint, eo ægrius de valetudinis firmæ gradu dejiciantur? Id quod viduæ D. Hureau contigit, & aliis innumeris.

ANNOTATIONES.

1. *Nam ait alio loco Galenus, Tabes maxime consequitur eas a capite destillationes, quæ vocis vitium afferunt.*

2. *Unde initio paroxysmorum in febribus tusses excitantur, non tam a capite labente materia, quam a partibus subjectis. Unde non parvi refert scire, unde fit tussis. Aliunde enim quam a capite repetenda est.*

3. *Quidam affirmat legisse se apud quemdam auctorem nomen illud,* Quintæ *vel* Quintanæ tussis. *Cujus nominis ratio vix reddi potest. Alii dicunt vocari* Quintam, *quod redeat quinta quaque hora, aut circum circa (est enim numerus certus pro incerto.) Unde nomen traductum ad eos, qui molesti sunt, & infensi aliis per certa quadam intervalla, & vocant,* hommes quinteux. *Alii a Musicis hoc desumtum volunt. Ut quemadmodum inter octavam & Quintam proportio quadam, & concentus convenit, disparibus tamen gradibus & numeris; Ita qui hanc molestam tussim patiuntur, in faucibus sonum edunt; qui alteri sono quodammodo respondet, in profundo pulmonis edito. Aliorum sit judicium.*

4. *Idem contigit Nobili viro, cui suppressa erat materia, per ulcus tibiæ manare consueta. Et hoc loco annotari unum potest: quum certum est de antiquo aliquo ulcere, quod temere ad cicatricem fugacem tamen adductum est, non alienum fuerit, si denuo pars ulcerata aperiatur. Ita enim leve malum inductum, grave aliquod & periculosum antevertet.*

CONSTITUTIO ÆSTIVA

Anni Domini 1579.

DOLORES laterum vagi ægros molestabant. Non exiguam partem occupabant, sed totum latus ad regionem hypochondriorum. Dominabatur nescio quis teter vapor & humor. Expectorabant satis facile. Nonnullis toto morbi tempore sudor emanabat; qui Medicis dabat negotium, quod curandi occasionem præriperet. Contagiosi erant aliquantum. Et nisi aer Etesiis & anniversariis ventis perflantibus temperatus fuisset, metus erat morborum pestilentium atque malignorum. Non juvabat multum venæ sectio, præsertim quum morbus aliquantum processerat. Et circa mensem Augustum multis in fauces, & partes ori vicinas fluxiones fuerunt acres, inflammatoriæ.

Puella D. Devueil febre laborabat, cui successit alvi profluvium. Levata est. Diebus interjectis aliquot perpetuo querula est, & lacrymabunda. Exclamat & ejulat aliquando, & pavoris plena a somno excitatur. Alii ad vermes id revocant, alii ad intestinorum torsionem. Tandem mater ei minata est, incussitque metum; usurpatis aliquot remediis, & conciliato somno pedetentim primæ sanitati est restituta.

Uxor Equitis Ducis Aumallæi, quum ægre ferret morbum mariti sui, statim animo consternata est, & ἄφωνος reddita est, & velut catoche apprehensa. Vocem non recuperavit, nisi sex exactis horis. Et antequam recuperaret, bis aut ter modo epileptico convulsa est. Admirabilis morbus iste, & successio symptomaton.

Offensionis cerebri signa.

Filia D. Le Noir quum cacochyma foret, & veluti icterica, dum e lecto desurgeret cecidit, & in terram prostrata est. A casu non ita longe post epileptico modo convulsa est, & ἄφωνος facta visa est restituta. Ab eo tempore attonita veluti concusso cerebro mansit. Tandem interiit, postquam aliquoties convulsa est. Læsum insigniter erat cerebrum.

Mirum quod contingit puello D. Devueil adhuc lactenti. Tumor oboritur alias in brachio, alias circa collum. Evanescit. Deinde convellitur. An non id a veneno est? Et nisi bonitate naturæ alio amandaretur; numquid mortem, aut grande periculum intentaret huic puello?

Cardiaca in suspic. variolarum.

Filiæ D. de Champigny exanthematon eruptio minabatur. Datum medicamentum. Alvus postea diarrheæ modo fluxit. Certis temporibus & locis maculæ rubræ se se proferebant. Magna erat suspicio variolarum. Quum pæne desperaretur, præter spem nostram convaluit. Pugnatum est multis cardiacis intus & foris.

Comitis Chaulnei filius ictericus factus est, & mortis appetens. Is natus annos quatuordecim. Olim venustulus, lepidulus, & bonæ indolis, facilis.

Postea

Postea vero illepidulus, morosus & subtristis, cervicosus. Ictericus factus de repente. Febricula. Alvi profluvium albicans, fętens & corruptum. Ita perseveravit per dies 15. Medicamenta obstinate abhorruit. Quum nil tale cogitaretur, stridebat dentibus, ad interrogata non respondebat. Mane vox querula horribilis. Tota die ἄφωνος. Convellebatur nocte. Veluti exstaticus erat. Vox inarticulata & ejulatus magnus. Convulsiones. Mors. Expirando e naribus excrevit nescio quid subnigrum, & subviride. Dubitabamus, an id a cerebro esset, an recursus liquoris medicamenti quod datum erat, ad os, & ab ore ad nares. In cerebro nil commemorabile deprehensum est, quod mortis causa fuisset. Pulmo vitium insigne contraxerat. Vitiosius erat hepar, & velut ὑπόχλωρον. Anno superiore ante mortem exanthematis fędissimis laboraverat, & ab eo tempore non belle habuerat. Galenus simile quid annotavit in historia de eo, qui repente phreniticus factus paullo post interiit. Non interiit, inquit, vi phrenitidis, sed ob dominatum humorum virulentorum, qui sua malignitate virus adæquant.

Humores quidam sua malignitate virus adæquant.

M. Sulpitii filiola tussim *Quintanam* patiebatur cum febre. Destillatio in pulmones. Ab eo tempore ita vi destillationis & febris emarcuit, ut tabida evaserit. Magna vis est destillationum calidarum & ferinarum.

Tussis Quintana.

Uxori Domini Dhierre fluxio in genam dextram, ac præsertim in musculum masseterem. Vix dentes diducere potuit. Materia eadem quæ & parotidas facere solet, loco differebat. Octavo post die ruptus abscessus intro. Et quia materia suppurabilis in mentum inclinabat, ibi adactus cultellus. Aliquot post diebus natura visa est velle moliri abscessum paullo supra connexionem maxillæ. De apertione cogitabatur. Parentes, deformitatis alicujus metu, fieri recusaverunt. Suppurantia & malactica abunde usurpaverunt. Contra Chirurgi mediocriter illis utebantur, & cataplasmatis solennibus ad arcendam putredinem utebantur. Vocatus Empiricus tribus post diebus, & tardius quam visum fuerat, aperit, pus educit abunde. Ægra habebat ὀρθοσάδην. Dum ita largiter pus educeretur, & viribus nihilominus consuleretur, oborta syncope gravissima, & cruris dolore intolerabili repente mortua est. Sic negligentia verorum remediorum, & contemtu eorum qui adesse debent, domus funesta reddita est.

Remedia vera non negligēda.

Filiolæ I. Santueil quum utrumque brachium intumuisset a reliquiis variolarum, opinione alicujus suppurati dextro brachio pyroticum adhibetur. Nil eductum est. Paucula tantum fluxit sanies. Cogitabatur de altero pyrotico in sinistro brachio. Quum nil satisfactum esset expectationi de priore pyrotico, non est alteri brachio adhibitum. Mirum quod contigit. Liberius, expeditius & indolentius fuit brachium, cui pyroticum adhibitum fuerat. Alteri metuebatur ne ignavum foret. Sic in suspicione qualitatis malignæ, licet pus non sit aut aliquid commemorabile, tamen magno profectu cauterium applicatur: Sic Petro Tonsori aurem vehementer dolenti, pyroticum in sævitia doloris radici auris adhibitum est. Multo alacrius dolorem tulit.

Præceptum therapeuticum.

Uxor Joannis Baude uterinis doloribus afficiebatur. More solito ad muliebria remedia, aut potius ludibria, confugitur. Auctiores dolores. Tandem tumor hypogastrii; dolor ea in parte in inguinibus. Suppressio urinæ,

tumor

tumor in recto intestino digito deprehensus. Febris. Sensio doloris pungentis ab umbilico ad sedem usque. Sectione una atque altera venæ, uterinis remediis, cataplasmatis remollientibus, pessariis medicamentis, cathetere immisso ad educendam urinam, melius multo habuit. Partium ἔφοδοι, ῥοπαὶ ϗ κινήσεις, seu motus naturales admirabiles sunt. Horum quidam sunt occulti, alii manifesti & apparentes. Quid enim est, cur penis virilis ita increscat ac intumescat, aut rei jucundæ cogitatione, aut formosæ mulieris contactu ac inspectione? Quid? quod viso serpente, aut re tristi ita contremiscat corpus, aut viso inimico expallescat omnino? Sed & in excretionibus naturalibus id cernere est, præsertim in sudoribus, qui gravissimis morbis finem imponunt. In variolis, lue venerea, exanthematis elucet id maxime, quum ab interno corpore ad superficiem humor erumpit, a magnis & formidolosis morbis vindicans. Et quum cutis aut fœdatur, & maculis sive genitivis, sive adventitiis inquinatur, id in malis ponendum non est. Unde etiam quosdam dolores arthriticos pati videmus quotidie, sero quodam tetro ab intimis in extima manante, quibus multos in annos vita producitur, ac propagatur. Et nisi hac ratione natura, facultate secernente & expellente, tamquam fidelibus ministris utens, partes intestinas expurgaret, fieret collectio tetri humoris, cujus motus & putredo præsentem mortem, aut periculum intentaret. Sed & fabulosum non est, id quod in mulieribus vulgo observari tanti dicitur, quantum spectat ad motus, & errores uterinos. Si enim tanti momenti uterus esse creditur, quis eas inclinationes & motus, partim naturales, partim quodammodo animales deneget? Id quod maxime est tenendum, sive hysterica passio mulierem affligat, sive morbus sit aliquis, in quo crises exspectentur, & considerari debeant. Naturalis vero ejus vis, & inclinatio tanto ceteris partibus præstantior, quanto hæc pars aliis antecellit, in semine concipiendo, retinendo, & nonnullam aliam operam in formando fetu præstando elucet. Magis vero quum mulier ad pariendum vicina est. Uterus siquidem magna edit simul divinæ suæ virtutis & inclinationis argumenta.

Motus uterini mirabiles.

Admirabiles naturæ motus, & metastases.

Uxor Mercatoris insignis, cognomine Le Prestre, mammam sinistram aliquantum dolitabat. A papilla serum quoddam manabat pruritum excitans. Aliquo post tempore in genu ejusdem regionis tumor excitatus est durus, qui si irritatus fuisset, cancri, aut tumoris alicujus maligni metum attulisset. Interea nil a mamma resudabat. Repente evanuit tumor. Manavit serum, ut prius, a mamma. Numquid admirabiles sunt naturæ motus, & inclinationes, & transpositiones, & metastases?

Vomitio sanguinis vicaria & succedanea eruptioni lunaris purgationis, seu profluvii genitalis.

Nuper vidimus mulierem succosam, & ἐξέρυθρον quæ cum quinto partu mater fuisset, nec tamen umquam menses qua solent erupissent, vomitioni sanguinis, & expectorationi obnoxia est. Et motus iste excretioque per superiora eruptioni per sinum pudoris est vicaria & succedanea. Quod diligenter observandum est.

Quidam in sura vulnus accepit. Fluxit sanguis multus, non tamen immodice, ut ne ad fluxum sanguinis referas id quod contigit. Ab eo tempore enim congredi non potuit; nec semen emisit, saltem non arrexit sufficienter.

Id

Id mirum fuit etiam peritis rei anatomicæ. Non videtur enim ratio, cur vulnus ea parte inflictum eam impotentiam afferat. An id Hippocrates adumbravit, dum scripsit sectionem in malleolo infecundos reddere? Sic aliquis earum partium est consensus, sed is fortassis nondum intellectus.

In sura vulnus acceptum congressus impotentiam attulit.

Joanni Bruguet in dolore capitis acerbissimo, febre assidua, sed cujus argumenta in capite erant, pilularum usus etiam præsente febre, contulit. Item quum septimus morbi dies instaret, datum ex aquis cardiacis poculum cum pauca aqua theriacali. Profuit, & naturæ conatum juvit.

Apud Jo: Richer erat quidam ophthalmicus, a tempore omni abstemius. Humores adeo acres fuerunt, ut nulli pæne remedio cesserint. Verum esse deprehendimus, quod scripsit Gal. ad Aphor. Dolores oculorum, &c. quod suppressio humoris acris usu τῶν ἀποκρουστικῶν procurata, dolores excitat majores, & symptomata terrifica. Tandem invitis nobis, & minime cogitantibus suppuratio facta est. Eodem ipso die convaluit. Itaque graviter peccant Medici, qui fasciis imbutis collyrio refrigerante oculorum regionem constringunt: Dum enim lacryma, & salsus ichor supprimitur, multum incommodi afferre solet. Propterea Hippocr. lib. de locis in homine, multam lacrymam movendam esse ait.

Frigida oculis nocens.

Filiolæ D. De la vau mirum quod contigit. Febris continua. Dolor lateris sinistri. Is fugax fuit, nec perseveravit. Unde dilata est phlebotomia. Bene habere visa est. Febris recruduit. Difficultas spirandi. Mors. Aperto corpore epiploon pure perspersum erat. A thorace fluxerat. Nam totus sinister pulmo, & thoracis pars sinistra pure plena erat. Catarrhosa erat, nec expectoraverat quicquam umquam.

Filiolæ D. De vueil dolores implacabiles, ut credebatur. Nam non dormiebat, jactabatur perpetuo, clamabat, lacrymabatur. Tandem incusso metu, & datis somnum conciliantibus, melius habuit.

D. Passart Medicus quum male haberet, nec sibi provideret, tamdem sumto medicamento validissimo pejus habuit. Dolor obortus circa dextrum hypochondrium. Circum umbilicum dolores quoque. Irrita fuerunt omnia: Purgatus fuit ex arte. Expectationi Medicorum medicamenta satisfaciebant. Tandem ventris tumor. Sitis implacabilis. Dolores perseverantes. Credebatur hepar in vitio esse. Mors.

Carpentarius ventrem doluit, & febricitavit. Ad mulieres itum est. Hæ hominem ut ab utero laborantem curant. Irrita opera. Augetur febris & continua fuit. Quarto die vocatus Medicus, venam secare, purgare cœpit. Septimo quievit. Eodem die factus ἄφωνος per sex horas. Pulsus valebat. Id erat κρίσιμον μὴ κρῖνον. Inanis quippe naturæ conatus. Nam nondum signa coctionis patefiebant. Undecimo fere sic habuit. Et quum data opera diebus criticis nil moliremur, motum nescio quem naturæ observabamus. Ad triginta pæne dies provectus morbus. Convaluit. Religiose sunt observandi dies κριτικοί.

Cuidam mulieri in spinam fluxio. Rigida pæne erat. Nutrix erat. Et lactandi diligentia, & assiduitas occasio fortasse mali fuerat. Datum medicamentum potens. Gossipium cum oleo applicatum. Brevi convaluit. Secta vena

non

non eſt. Lecti tepor, & unctio pepaſmum procuravit. Alius Medicus forte venam aperuiſſet.

Claudius a Cruce ramicoſus vomit aſſiduo. Inteſtinum reponi nequit. Fotus. Litus. Demum contuliſſe viſus eſt clyſter ex vino malvatico cum hiera. Tandem contra ſpem repoſitum. Nam Chirurgus paullatim eaque aſſidua contrectatione, ſenſim atque ſenſim reducendo, ſpem fefellit. Sic conatus aſſiduus, & perſeverantia malum tandem vicit.

A pilulis ex hydrargyro tremor capitis excitatur.

Mirum quod contigit uxori I. Chalentonii. Hæc enim imprudentis Pharmacopæi conſilio uſa pilulis ex hydrargyro; ab eo tempore caput doluit, cerebrumque affectum ita fuit, ut perpetuo vacillare videatur.

Uxor D. De Here eo modo capite laboravit, quo & quoſdam annotavimus initio hujus lib. Nam periodicus fuit dolor capitis, hemicraniæ inſtar. Tandem validiſſimis purgationibus ceſſit. Mirum fuit, cur tamdiu perſeveraverit.

Filia D. Angenoſt Conſulis febre laborioſa eſt prehenſa. Oculi ſcintillantes & lacrymantes. Fluxus ſanguinis e naribus. Item eruptio menſium. Repente convaluit, & a ſymptomatis plethoricis liberata eſt. Vide id quod annotavimus de uxore Guerardi, ex ſententia Hippocratis. Non diſſimilis eſt hiſtoria de virgine Lariſſæa, in Epidemiis, cui plenitudo cauſa morbi fuerat.

Annotavimus ante de filia Dumæi, & Joan. Puthomme filio, quod uterque neſcio qua ferina & indomita deſtillatione laboraverit, qua interierit. Sed puer hic exanthemata patiebatur, quæ ἀξιολόγως non eruperunt. Serum erat malignum, quod corruptionem parti attulit. Indeque mors eſt conſequuta. Id in morbillorum & variolarum ſuſpicione evenire ſolet. Quid hic facias? Nam ſi dum urgent dolores iſti, ſi dum tumet pars, ad ſuppurantia feſtines, corruptionis metus major erit. Si in ſolis anodynis conſiſtas, opera fortaſſis ludetur. Itaque videtur id conſilii ſequendum, quod aliquando eadem in mali ſpecie Medici ſecuti ſunt. Etenim dum quædam tempeſtas ſæviret, puſtularum & eruptionum ferinarum ferax, oborti ſunt tumores & dolores in variolis, quæ pueros necabant corruptis partibus ſolidis. Itaque in eam itum eſt ſententiam, ut emplaſtrum de Vigo cum mercurio applicaretur, aliis litus levis ex hydrargyro fieret. Mirum in modum id remedii profecit. Id quod non negligi debet, ne tam facilis & ad manum parati remedii contemtus calamitatem ægris afferre videatur.

Emplaſtrum de Vigo cum mercurio ad tumores & dolores variolarum.

Ea ſagax & ſedula mulier ad inſigne D. Petri hydropica interiit. Senſim aqua in abdomine collecta eſt. Senſim tumuit abdomen. Menſes ſuppreſſi erant. Suppreſſionis cauſa partim ad dolorem animi mœroremque, ob obitum liberorum conceptum, referebatur. Sed gravida erat. Febris aſſidua. Urina pauca, ſed craſſa & turbata, qualis in febribus putridis apparet. Dolor in dextro hypochondrio, tumorque percipiebatur & durities in regione hepatis. Lumbos & renes dolebat. Urina non percolabatur, ſed major ſeri pars in abdomen refundebatur. Hinc hydrops. Aperto cadavere hæc reperiuntur. Pæne duodecim libræ aquæ in abdomine contentæ. Hæc aqua urinam colore & conſiſtentia referebat. Hepar durum, ſiccum, infinitis coloribus variegatum. Color erat cineritius multis locis. Denique tota ſua ſubſtantia

tia vitium fecerat. Ren unus erat, sed magnitudine duplo superabat renem naturalem. Sinister erat. Dexter nullus, sed species quædam involucri. Credo quod numquam fuerat. Mirum. Sæpe nephriticos dolores passa lapides excreverat. Nullus tamen vel in rene, vel in vesica lapis inventus est. Sicci pulmones. Febris erat assidua. Tandem per duos dies ἄφωνος reddita, interiit. Duodecies purgata fuerat, incolumi tamen fetu, idest vi medicamenti non excluso.

Pueris, ut & ceteris alius ætatis, non nisi prudenter medicatio decerni debet. Sed major in illis cautio est adhibenda. Novimus plerisque data medicamenta, qui eo ipso die, medio purgationis tempore interierunt. Id quod non sine calumnia, & artis dedecore contigisse visum est. Maxime vero id attendendum, quum jam corpus eorum puerorum squalet aretque, & aut vi morbi, aut diuturnitate fractum debilitatumque est. Hippocrates enim observavit siccos, idest jam morbo afflictos & extenuatos non facile medicamentum tolerare. At turpis est calamitas dato medicamento, eodem die, ægrum interire. Id quod nos ad perpetuam memoriam his litteris mandandum putavimus. Quum enim jam corpora elanguere, potius in refectionem incumbendum est, quam in evacuationem. Tametsi fortasse objiciat quis, subesse tetrum humorem qui malum foveat. Sed sæpe etiam cum eo humore anima effunditur. Et potius emendandus est bonitate succi alibilis, quam agitandus. Est autem ubi natura seu potius corpus languet, quam ægrotat. Languere enim aliud quippiam est quam ægrotare. Intemperies τὴν ἀτονίαν invehit: ἐκ τῆς δὲ ἀτονίας alienatio, ex alienatione languor. Sic roborandum est potius, quam vacuandum. Unde enim natura magis opis est indigens, inde magis est illi occurrendum.

Corpora sicca, strigosa, aut quovis modo extenuata medicamentis non sunt agitanda.

Languoris ab ægrotatione discrimen, & causa.

Axioma therapeuticum.

De phlebotomia pueris celebranda, major quædam quæstio est. Nam objici solet ætatula. Galenus valde religiosus est. Nam multas apponit conditiones, antequam hoc de remedio decernatur. Ait enim: Si post decimum quartum annum pleuritis aut peripneumonia oboriatur, si puer sit sanguineus, si ver sit, si regio temperata; audacter venam secabis. Quasi vero id tempus sit exspectandum, & eæ spectandæ conditiones. Duretus, unicus Hippocratis interpres, rogatus sententiam, cur Hippocrates pueris pleuriticis aut peripneumonicis venam non ceciderit, respondet: Hippocratem non agnovisse pueros pleuriticos aut peripneumonicos. Id quod audiendum ratione τοῦ ἐνδεικτικοῦ. Quum enim pueris sanguis sit crassiusculus, quum benignus & halituosus, caret iis stimulis, qui sunt necessarii ad incitandum sanguinem. His accedit, quod nutritioni & auctioni sanguis satisfacit, ut reliquus paucus sit. At non idem de juvenibus judicium. Quum enim justum ceperint incrementum, superfluit. Hinc consectariæ hæmorrhagiæ. Et earum loco dysenteriæ. At si ne his modis quidem supervacuus sanguis evacuetur, morbi progerminant. Unde spuitiones sanguinis, pleuritides, peripneumoniæ. Quæ ratio Dureti an valeat, judicandum relinquitur. Idem videtur indicasse Galenus comm. in Aphor. 29. lib. 3. Quærit enim an illud verum sit quod Hippocrates scripserat; Juvenibus sputa sanguinis & tabes evenire; Ita respondit. „Hæc quidem non secundum ætatis naturam juvenes patiuntur, sed secun-

Galen. lib. de sanguinis missione.

Pueri raro fiunt pleuritici & peripneumonici.

„dum

„ dum aliquid quod patiuntur magis : Idest ex eventu id accidit . Plura illo
„ loco legas.

Uxor Quartarii Pharmacopœi hypochondriaca erat. Tandem successit ad nates tumor ἀνθρακώδης insignis, indeque sex aut septem post mensibus febris quartana. Belle habuit, & affectione ista liberata est. An non hypochondriaci febre quartana liberantur? Idest, juvantur ad tollendam eam dispositionem, si febris quartana succedat?

Consilium & remedium malum, consultori & inventori pessimum.

Quidam tertiana febre laborabat, eaque satis vehementi. Quum molestiam aliquot paroxysmorum pertulisset, novum & insolens remedium experiri voluit. Quum enim ex aquatione & fluvio equi revertissent, jussit eos aqua puteali perfundi. Quum hoc spectaret, istaque affusio aquæ perplaceret, idem voluit sibi fieri. Et ut id servi facerent, coegit. Educunt frigidam e puteo, nudo corpori, medio in paroxysmo, aqua affunditur. Nec id diu impune tulit. Nam paullo post vocem amittit. Convulsiones eum adoriuntur. Spuma in os cucurrit. Epileptice convellitur. Mors. Mirum unde tanta mortis occasio. Licet enim difflari prohibeatur materia tertianam committens, non ita tamen sæva edit symptomata. Credibile est istud serum, eumque febrilem halitum, qui effertur e materia putrente (licet febris ipsa εὐήθης videatur) malignum quid habere. Declarant dolores vehementes capitis, aut totius corporis, & id genus symptomata, quæ tam cito assidere solent febribus etiam mansuetis. Ut mirum non sit, si insolentem experientiam & imprudentem tam fatalis casus exceperit.

Sanguinis fluxus ex utero partum legitimum non impedit sæpe.

Damisellæ uxoris D. Mydorge, quum gravida esset, sanguis ex utero multus fluxit. Credebamus aborsuram. Tamen ad justum pariendi tempus fetus utero gestatus est. Videndum exspectandumque est, quid eventurum sit. Uxori D. Amaulry in quadam gestationis opinione, per quinque menses suppressa solennis per uterum evacuatio. Circa festum Paschæ, reseratis orificiis vasorum, sanguis effluxit. Venter non tumet. Sed eventus rem dijudicabit. Obstetrix mihi affirmavit, isto profluvio sanguinis conceptum, & partum legitimum non fuisse impeditum. Immo ad legitimum pariendi tempus gestatus utero fuit fetus.

Omissa in febre tertiana venæ sectio mortis causa fuit.

Nobilis vir febre tertiana laborabat. Medicus qui illi medebatur, ut erat αἱμόφοβος, detractionem sanguinis neglexit. Quarto paroxysmo ruptis velut venis, & facto impetu quodam in partibus internis, tanta foras excretio sanguinis est consecuta, ut eo ipso die illi obeundum fuerit.

Exitus oculi vi febris.

Fratri D. De la barre Medici febris tertiana. Quartus paroxysmus adeo fuit vehemens, ut sursum translatus humor fuerit. Hinc ἐκπιεσμὸς unius oculi factus est, idest, expressio oculi, & exitus foras. Et hic oculus deperditus tabuit.

In febribus continuis rigores frequentes in mulieribus, & virginibus. Lumborum & colli dolores, & alia terrifica symptomata eruptionem menstruam significant. Et detractio sanguinis postridie movet menses. Id quod D. Duhamel contigit, quum ea gravissime haberet. Galenus ad particulam 50. sect. 3. lib. 1. prorrhet.

Aquæ minerales, ut mercurii, auripigmenti, ulcera maligna, nomas, serpi-

serpigines malignas, & id genus cetera curant. An ob vim siccandi summam? an quia proprietate aliqua id faciunt?

In ulceribus aut vulneribus nervorum, & partium nervalium instillata olea calidissima a convulsione, & ceteris symptomatis terrificis prohibent. An quia summa attenuandi & penetrandi vi & facultate pollent, vulnerisque coalitum impediunt; sicque ichori, a parte affecta mananti, maligno exitum præbent? An quia calidum nervosis partibus amicum?

Uxor I. Bon-denier varices magnos habebat in cruribus & tibiis. Temperamento est melancholico. Consilio super ea re adhibito apertæ sunt venæ. Detracta est sanguinis copia insignis. Ab eo tempore nullum commemorabile incommodum secutum est. Galenus cap. 4. lib. de atra bile. Et consilio 17. libro 2. Consiliorum meorum.

Apertio varicum tuta & salutaris.

Quæstio est, an in affectibus capitis evocantibus ex alto, & medicamentis validis sit utendum. Affectus multi sunt. Itaque distinctione est opus. Sed inter cetera, sunt ea animadvertenda, quæ ea de re in tomo 2. Consiliorum nostrorum scripsimus. Ac præsertim quum ageretur de catarrho, in quo sæpe hærent Medici, num validioribus locus esse debeat. Et eo loco Celsi auctoritatem adduximus, qui de phtheiriasi loquens, ita scripsit. Medicamenta intus lenia esse debent, ne quid acrioris pituitæ concitent. Ad hunc locum pertinet id quod animadverterunt quidam Chirurgi. Nimirum in vulneribus & offensionibus capitis medicamentorum usum non valde utilem esse. Nam augentur dolores, symptomata excitantur, inflammationes provocantur. Agitatur enim humor, non evocatur.

Consil. 10.

Observarunt quidam in iis reperiri solere abscessum in hepate, quibus a vulnere capitis intereundum fuit. An hoc verum, experientia doceri debet. Deinde cur ita eveniat, inquirendum.

Cur & sudores cruenti non sunt? Si enim sudor ab extremis venulis manat in cutim desinentibus, si facultatis expultricis vis relucet, si sæpe languet retentrix, cur ἐν τῇ διαφορήσει cruento sudore non exsudatur? Observatum est in filio clarissimi illius Gulielmi Budæi, qui sui sæculi lumen extitit, illud horrendum symptoma, ut lintea eo sudante maculis cruentis perspersa fuerint. Et eo morbo e vivis discessit. Citat Theoph. ex Monade Medico, sudorem aliquando emanare, cui similitudo insit cum sanguine. Aristot. cap. 19. lib. 3. de histor. animalium, narrat quosdam sudore cruento exsudavisse. Sic non indigna videtur quæstio, Cur sudores nostri cruenti non sint? Nam in rubiola effusio sanguinis per cutim esse videtur.

Sudor cruentus.

Anno Domini 1580. & 1581. pestis gravissima in homines sæviit. Quanta fuerit calamitas, quam dolenda symptomata, aliis locis aperiemus; sed id magno nostro dolore. Nunc unum ex iis quæ mulieribus acciderunt, commemorare consilium est. Omitto aliis in locis explicandum, omnes pene mulieres abortivisse, quibus a pestilenti morbo moriendum fuit. Id quod minime insolens est. Et abortivisse quidem minus mirum, sed paullo ante ipsum obitum ea incidit calamitas. Illud vero quod in præsentem locum explicandum transtulimus, est ejusmodi. Innumeris contigerunt dolores ad

hypo-

hypogastrium. An essent uterini, an alterius generis, non facile fuit colligere. Et tamen summa fuit & sævitia, & diuturnitas. Immo tanta diuturnitas & acerbitas, ut Medicorum omnis & opera, & industria lusa fuerit. Cujusmodi id fuerit, & an resiperet aliquid ἐπιδημικὸν, an vero σποραδικὸν, Medicis vel experientissimis fuit incompertum. Multis autem oboriebantur tumores ad emunctoria, & illi erant ἀσινέες innocui. Quum intonuisset, humores, quasi mutato more, & ingenio, excitarunt tumores & malignos, & pestiferos. Quanta est tempestatum vis! Rursum quum pestis velut sua tempora habuisset, & desævisset, denuo tumores in faucibus & emunctoriis apparuerunt, & ii omni cacoethia vacarunt.

Mira tempestatum vis.

Empirici aliquando mirificum quoddam effectum præstant, dum suis utuntur metallicis. Immo vincuntur morbi, qui ordinariis evacuationibus vinci non poterant. An quoniam per istas ὑπερκαθάρσεις solvitur veluti tenor, & vis naturæ; & fit colliquatio quædam tam succorum laudabilium, quam illaudabilium, ut idem contingat quod in litu hydrargyri? Solvitur enim compages, & ἐσία, & vis partium omnium, & humiditas etiam ipsis insita partibus illiquefit. Unde non modo ordinarii humores, sed διαθέσεις ipsæ solvuntur, & evanescunt.

Empiricorum remedia metallica morbos desperatos profligant, & cur.

De filia Domini De Chailly an credibile quod dicitur? Idem & socrus mea experta est, & uxor D. Reburtii. Quum utraque hydropica foret, & aqualiculus valde distenderetur, partim aquis, partim flatu aliquo, postquam utraque extincta est, ita resedit venter, ac si nusquam intumuisset. Et ista filia Domini De Chailly quum gibbosa foret, fato functa ac repente mortua, ista gibbositas & incurvitas fere tota disparuit. Et seipso corpus longius redditum est. Quod mirum est. Qui fit enim, ut hoc vitium spinæ ita repente evanuerit?

Lentiginosi cacochymi fere sunt, & eorum hepar κακοπραγίᾳ laborat. Pravis humoribus abundant, & sero malo scatent. Immo si ulcera habent, ea sunt dysepulotica. Unde Hippocrates lib. 2. Epidem. Ulcera quæ ægrè persanantur, sunt ex genere exalbidorum (Græce ἔκλευκοι dicuntur) qui fere lentis colorem habent: Idest, lentiginosi, si ulcera habent, ea ægre persanantur. Et cutis diffringitur, ac labia; ab ichoribus, & humore salsuginoso, qui sub cute & a capite contingit, quum a pulmone fuerit calefactus. Quum ergo in lentiginosos ægrotantes incideris, mirum ne sit, si remedia ex arte etiam instituta sæpe eludi videas.

Lentiginosi malis ichoribus abūdant.

Filia Domini De Masseparault manantem aurem habebat. Id quod effluebat, erat ἰχωροειδὲς. Suppressum id est. Dolor inde capitis ejusdemque gravitas. Caput videbatur non sustinere posse. Febris. Nullis malum capitis cessit remediis. Mors. Inventus est gravis in cerebro abscessus.

Suppressio materia virulenta mortifera.

Notandum quod contigit matri D. Ellenii Medici. Illa sensit dolorem incredibilem in cruribus. Febris assidua. Secta vena bis aut ter. A detractione sanguinis tanta mutatio pulsui contigit, ut fere morientium pulsus videretur. Inæqualitas erat, & intermissio. Deinde intercidebat. Mox recurrebat alia pulsatio, ut in dicroto. Interea temporis quum vires imbecillæ viderentur, nil nos moliti fuimus. Et ea mutatio non tam erat ab infirmita-

firmitate, quam a latente quadam partium affectione, quæ se patefecit per nonnullam imbecillitatem.

Eidem (quæ habitu est melancholico, & quæ sæpe hypochondriaca est judicata) tumor in crure sinistro qua decurrunt cruralia vasa. Indolens initio, deinde nonnullum dolorem excitavit. Qui medebantur, varias in sententias trahebantur. Alii existimabant promovendam excretionem puris, mitificato & cocto prius humore. Alii abstinendum, & metu carcinomatis aut cancri nutriendum tantum esse malum. Secuta est posteriorem sententiam. Nec deterius habuit. Tertio post anno pustulæ excitatæ sunt in superficie tumoris. Aperti abscessus. Sanies manat. Cicatrix solidatur. Extinctum malum, alio loco reviviscit. Denique ad chæradas malum accedit, & revera sunt chærades.

Virgo præ pudore desiit esse menstrua.

Virgo quædam dum humi cecidisset, & verita esset ne naturalia detexisset, præ pudore desiit esse menstrua. Patiebatur autem menstrua. Verebatur vero, ne quid istius impuræ excretionis apparuisset. An tam facilis suppressionis mensium causa, revocato spiritu alio, qui sanguinem ad partes conducebat?

In obstinatis morbis humorum motus sequendus, etiam die paroxysmi.

An non tutum in febribus quartanis, & aliis obstinatis, dum humor movetur, & in die paroxysmi dare medicamentum?

Historia.

Uxori D. Duhamel triplice quartana laboranti datum medicamentum. Una post hora horruit. Incaluit. Alacriter tamen medicamentum tulit. Repurgata est quibus oportuit. Ab eo tempore aliquot, sed paucæ admodum, accessiones repetierunt. Postmodum omnino ab iis paroxysmis est liberata. An non in simili exemplo purgationi opera dari potest?

Filio D. Pileur annos 12. nato mirum quod contigit. Suppressio urinæ. Dolores ad radicem penis. Clamores. Catheter subire non potuit. Aliquot post diebus pus mejebat. Malum mitescebat. Urina vero facile reddebatur. Quid hoc rei? Id sæpius & rediit, & contigit. Venit in mentem lithotomis secare illum prope scrotum, ut exprimerent lapillum medio hærentem ductu, & e vesica egressum. Si egressus erat, si medio insistebat ductu, cur non perpetuo urinæ exitum præcluserat? Credo quod ille lapillus ex intervallis inflammationem excitabat, & quod alveolum habebat, quo se recipiebat. Quia vero per inflammationem pars tumescebat, ideo angustior erat meatus. Quum pus exierat, liberior erat meatus, ipsis parietibus paullum collapsis. Notandum quod diximus, illum lapillum sibi cuniculum egisse. Declaravit curatio. Nam longo post tempore sine majore molestia elapsus est calculus. Ab omni simili tormento liberatus est.

In magnis doloribus suppuratio provocanda.

Uxor D. Boyer post partum ægerrimum ischiadica facta, & Dobilonius Castalleti Scriba, uterque doloribus ad ischion divexatus. At ista mulier crudelissime. Varia remedia usurpata, modo anodyna, modo evocantia, modo digerentia, modo narcotica. Nil profectum, Materia erat diffusa. Tandem collecta est. Provocatum est suppuratum. Pus multum & diu fluxit. Convaluit. Quum dolores isti ita crudeliter affligunt, conandum ut συςροφὴ fiat & collectio. Postmodum adducenda est per πεπασμὸν ad suppurationem. Alioqui misere ægros torqueri sinimus.

Mesenterii abscessus symptomata & signa.

D. De Longueil ad mensem Majum tormina. Abundat & humore bilioso, & succo crudo. Utriusque humoris mores inæquales, motus inæqualis. Dolor ad imum ventrem inclinans ad partem potius dextram. Turgebant adeo humores, ut fere oppressus fuerit, toto aqualiculo in tumorem elato. Febris successit partim periodica, partim non. Tandem excrevit puris materiam, facto in mesenterii parte, aut intestino aliquo abscessu. Melius habuit. Post longum tempus, & longas adeo purgationes convaluit. Horrebat aliquando, & rigebat; sed rigor erat a suppurato. Omnis enim rigor aut est ἀπὸ τῶν ἀγγείων, aut ἀπὸ τῶν ἑλκέων. Quod notandum: ἀπὰ τῶν ἀγγείων, affecto præsertim panniculo carnoso.

Rigoris cujuslibet causa.

Damisellæ Ruades dolor, & tormina ad ventrem. Suppressio alvi omnimoda usu calefactoriorum, aucto interno calore major alvi constrictio. Inutilia medicamenta per os sumta, inutilia & enemata. Magna eilei rudimenta. Febris. Contractiunculæ. Dolor ad regionem uteri implacabilis. Metastasis ad uterum facta. Nonnulla excretio facta est materiei saniosæ, & ἰχωροειδέως. Metuebamus aut cancrum, aut quid simile in utero. Exitus tamen fuit fortunatior. Nil enim tale contigit.

Benjamino anginoso, non vera angina, suppuratio facta est præter exspectationem Medici usu cataplasmaton ex mica panis & violaria. Convaluit præcedentibus malis & signis, & symptomatis.

Amicus noster S. Ger. febre continua, τεταιοφυέων naturam referente laborabat. In accessionibus, præsertim majoribus, ἀφωνία, ἄφεσις, languor membrorum, oblivioque erat. Discussa febre, ad se redibat. An hoc proprium febrium? Nequaquam. At Galenus narrat contingere aliquando per accessiones febriles καταφορὰς, καταλήψεις, κατοχὰς καὶ κώματα. Hippocrates meminit cujusdam constitutionis malignæ, in qua περὶ τοὺς παροξυσμοὺς, καὶ ἀφωνία, καὶ λήθη, καὶ ἄφεσις erant. Ἄφεσις autem est πάρεσρς, idest, exsolutio omnium corporis partium, quum non aliter ac resolutis vires projectæ apparent.

Ad part. 37. sect. 3. lib. 3. Epid.

Mirum quod contigit Præsidi a sancto Andrea. Huic ruptum os tibiæ, & interventu calli conglutinatum fuit. Extincto corpore, (dissolutis pene omnibus) callus dissolutus est, & os tibiæ, quod ferruminatum erat, dividitur ac dissolvitur nova veluti fractura.

FINIS.

GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

DEFINITIONUM MEDICARUM LIBER,

In quo non ita in verbis ipsis laboratur, ut non potius rerum distinctiones proprietatesque exquirantur. Immo saepe data opera relicto ipsius disputationis filo loci Hippocratis & Galeni obscuri explicantur, ut commentarii ad instar esse possit.

STUDIO, ET OPERA

M. JACOBI THEVART,

Doctoris Medici Parisiensis ordine Alphabetico digestus, & in lucem primum editus.

Νοῦς ἁπάντων τάχιστος, διὰ παντὸς γὰρ τρέχει.



VENETIIS,

APUD ANGELUM JEREMIAM,

Via Mercatoria sub signo Minervae.

MDCCXXXIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

NOBILISSIMO CLARISSIMOQUE VIRO DOMINO
LUDOVICO DURETO
DOCTORI MEDICO PARISIENSI, & Professori Regio.

GULIELMUS DE BAILLOU S.P.D.

HIC, DURETE, tuos potes lepores
Nosse, divitias, tuum nitorem,
Ac oris teretis suavitatem.
Hic furtim nitet elegans supellex
Ingeni nimium tui eruditi.
Ubertas Senis hic videnda Coi,
Solo marte tuo vel evoluta.
Opacis etenim prius tenebris
Obscura, eximios Duces latebat
Artis, quam coluit Senex Machaon.
Furti me alligo, detegoque crimen,
Totum namque tuum: Tuum, ohe, dico,
Si quid purius, elegantiusque
Dictum. Si quid erit parum venustum,
Squalens, horridulum, lepore nullo
Obversans oculis, meum putabo.
Si qua laus redeat meo labori
In te tota caput suum redundat.

Si quod dedecus inde nasciturum est,
Admitto, attribuo, sacrum ac Osirin
Nostrum dejero. Nil & ad Duretum.
Ut tanto tibi sit, Durete, *majus*
Pulchriusque tuos libro hoc lepores
Nosse divitias, tuum leporem,
Quanto turpius insolente scripto
Squalente, horridulo, lepore nullo,
Ortum quod resipit parum, ast aborsum,
Hoc nostrum ingenium explicasse deses.
Hæc consecro tibi. Nefas putavi
Magnum, grandeque censui piaclum
Eorum minime palam fateri
Nomen, qui vigile scientiarum
Arcanum docuere vix apertum.
„ Pœnas vix animus potest subire
„ Ingratus satis arduas gravesque.


VALE.

LECTORIBUS BENEVOLIS

GULIELMUS DE BAILLOU,

Doctor Medicus Parisiensis,

εὖ πράττειν.



EQUIDEM cum iis præclare semper actum judicavi, qui quum primam ineuntis ætatis commendationem a virtute duxissent, in eo elaborarunt, ut quam fieri maxime posset ad nascentis Virtutis indolem litterarum lumen & gloria accederet. Atque hoc eo libentius ardentiusque præstiterunt, quod in illis aliquid quum dignitate nominis præstabile & augustum, tum mira ubertate delectabile cognovissent. Nam sive privatorum hominum & a communi foro abhorrentium otium spectes, sive eorum qui in luce Reipublicæ versantur junctum cum molestia negotium, utrisque sua est delectatio, & quæ cum satietate memoriam habeat nusquam perituram. Neutros rerum exspectatarum eventus fefellerunt. Etenim quum earum lumine & ductu omnes fere omnium rerum antecessiones & progressus tamquam e specula dispiciant, dum honoribus in omnium oculis florent, & ingenio, aut genio potius auctore dignitatem reperiunt, eum facile cursum tenere possunt, ut sine periculo in negotio versentur: Sin jucundo otii liberioris fructu delectari malunt, cum dignitate etiam in eodem consistunt. Atque ita suscepti olim æquiore animo labores, non longe post incredibili potius voluptate leniuntur ac elevantur, quam nova molestia cumulantur. Quod contra accidit iis qui nil prius antiquiusque esse rati quam desidia torpescere, tantulam illam voluptatem quam novis libidinibus pellectam delicatius perceperunt, infinito molestiarum pressu ac angustiis cum tristi sensu redemerunt. Carent enim sale, carent festivitate, & ridicula tandem jejunitate inter proletarios triobolaresque homines sese jactant principatumque tenent. Contra vero in litteratis suavis odor quidam est urbanitatis, & lepos comparatur, quo tamquam sale dicta eorum factave omnia persperguntur, ac, pene dicam, condiuntur. Ut quod insulsum in plebejis hominibus, illepidum, horridulumque perspicitur, in litteratis lepore, sale, & suavitate quadam temperetur. Quod de iis dictum velim quorum non adeo læva mens est ut litteris & otio abutantur, turpi ignavia langueant, aut mollitie diffluant ac liquescant. Siquidem eos valere jubemus quibus id studio esse solet ut præclaris suis ornamentis abutantur, illaque ad explendas satiandasque voluptates, tamquam ad finem optimum traducant. Hos quum videris, dubitare potes, an in humana facie fera, & bruta natura re-


ra referatur, an vera feritas ipsa humana facie repræsentetur. Ac nisi immanitas ista virtutis quibusdam radicibus niteretur, eorum vita & consuetudo cane & angue pejus vitaretur. Aliorum vero & natura & consilium laude efferendum videtur, qui quum expressa non adumbrata solum virtutum vestigia insequantur, si sese ignaviæ, desidiæque dediderint, id demum nefas esse credant, quod mens nostra nisi excolatur, obtorpescat, & quantulum eruditionis vigiliæ nobis pepererint, id sensim minuatur ac exsolescat. Sin autem mens ipsa suscitatis illis igniculis quos natura insevit, agitetur, erecta tunc aliquid eximium molitur cujus jucunda fruitione mirum in modum demulceatur ac deliniatur. Nam tunc contenta satiataque jucundo rerum speratarum eventu, si quid forte enervatum, molle, demissum ac effeminatum est, dimittens, ac si in seipsa verteretur agitatione sua veluti terminata ac conclusa conquiescit. Quæ nisi sperarentur, ex animoque procedere tandem posse spes esset; nil est cur tot se laboribus homines emacient & frangant, domi militiæque evigilent, quorum ingenii divitiæ & ornamenta sic passim appareant, ut ab omni senectutis oblivione facile vindicentur. Missos faciamus eos qui luculento strenuitatis militiæ relicto argumento floruere. Nos qui tranquillius pacatiusque vitæ genus consectamur, eos amplectamur & scripto celebremus quorum industria domi viget, & illic excitata jam liberiorem auram appetens palam magnæ cum commendatione sese jactare potest. Quo ex genere sunt qui libris editis, aut domi elucubratis de hominibus suis merentur. Quorum non ludetur opera dum eorum laudibus reviviscent celebrati, quibus sensus aliquis inest. Quum nemo adeo a ratione deficiat, & a veritate aversus qui eos non faciat magni qui in id industriæ curriculum conjecerunt sese, ut publicæ utilitati servientes diu noctuque multa versant quæ tandem in communem usum conferre possint. Hoc autem genus instituti multi varie exercent, ac omnes in sua quisque arte consectantur, prout in ea limatiores ac concinniores esse videbuntur. In qua enim quisque arte sese acuit ac limavit, ex ejus penu potest aliquid depromere quod magis arrideat, quam si in messem alienam falcem immiserit. Ex multis autem scriptoribus ii plurimum profecerunt quorum in eo versata est opera ut vocum cuique arti accommodatarum vim ac proprietatem explicarent. Is autem labor adeo uber est, ac fluit, ut tamquam principes exsistant ad ingrediundam cujusque artis rationem, quem si tollas, omnia tenebris implices ac involvas. Eam operam susceperunt cujusque artis proceres, quod ea opera se tironum jejunitatem & imbecillitatem levaturos esse confiderent. Ne autem sigillatim aliarum artium illustratores diligentius inquiramus, quod sudore plenum est, finibus nostris circumscripti unum Gorræi opus de Definitionibus Medicis in medium afferemus. Magnarum vigiliarum opus, & multis nominibus commendatione dignum posterorum. Quod quum nobis aliqua ex parte mancum videretur, e re multorum fore putavimus, si operæ nonnihil substitueremus. Hinc enim lumen non acquiret, sed consummatius edetur. Neque vero credat aliquis mancum hoc opus vocari a nobis quod iis, quæ scripta editaque sunt absolutius quidpiam scribi edive possit: quid enim opere Gorræi ornatius? quid omnem in partem perfectius; sed quod ad ea quæ ita terse nitideque scripta sunt infinitæ voces adjungi possint, quarum ex-

plicatio

plicatio plurimum utilitatis juxta ac voluptatis sit allatura . Vocemus itaque, quoniam ita lubet, addere, adjicere, augere, non autem, quod a me longe est, perficere, limare, polire. Omnia adeo suis numeris sunt absoluta, ut si velit laboretque Gorræus, aut eo aliquis limatior concinniorque, sed nusquam reperias, ornatius scriptum reddere, ipse nequeat omnino, ludatque operam omnem. Omnem enim adhibuit ornatum sententiarum & rerum lepore politissimus, artificio suo omnes superaturus. Nam & selectorum verborum frequentia ita creber est, ita aptus & pressus, ut nil redundet, nil superfluat, nil desit, & sic imitandæ industriæ suæ spem ceteris ademit, immo & sibi ipsi ut qui rem magis non possit limare. Hujus rei opinionem facient ejus scripta ne quis existimet me ejus scriptorum gravitatem imbecillitate mea metiri. Et quum non accommodet ad forenses causas orationem in quibus majestas orationis requiritur, nec in jejunis rebus versetur, hoc effecit ut suam gravitatem orationis suavitate temperaret. Atque ita est medius & temperatus, ut nec omnino oratorum fulmine utatur, nec leviorum incondita inamœnaque oratione delectetur. Sic volubilitas gravitatis verborum comes est & flumen verborum illi placuit, quum nec curiosa affectatione & aucupio delectetur, nec aliorum enervata, molli, dissoluta ac languida oratione. Nos autem id quod Gorræus eleganti, gravi, temperataque oratione est ausus, id subtili tantum pressaque oratione limati efficiemus. Prius enim verebar ne tenuis venia excusationis daretur, sed forte, si quæ a nobis animi gratia tantum scribuntur non lente & fastidiose legantur, in aliquo artis loco reponentur. Ac præsertim si non in eos incidant, quorum in aggrediundis rebus suoque ingenio tractandis languida industria, in alieno opere carpendo traducendoque acuatur nimium ac vigeat. Hæc quum non serio a nobis scribantur, ludicra saltem sint, hocque facere nos dicamus quod & ii qui a muniis bellicis feriantes, umbratili discrimine conserunt manus, dimicant: sic nos multa in privato studio tandem in publicum tamquam in aciem preditura exercitatione quasi ludicra prædiscimus ac meditamur. Cupiveram enim jampridem ut quæ dispersa dissolutaque in forulis haberem & obiter notata, ea colligerem ac limarem: quæ si cui placere cognoverimus omnem exspectationem diuturni desiderii facile sumus expleturi. Non rem ad unguem persequor, nec enim jejunitas mea hoc patitur, quum artis cujusque diorismos proponere non sit cujusvis, sed ejus qui multa lectione sit tritus ac delassatus: Rem tantum noto; viam commonstro, &, quod fieri solet, digitum ad fontes intendo. Sin labore eruditio nostra creverit, & usu aliquid consecuti fuerimus, in rei ipsius arcem invademus. Trahit enim sæpe rerum series ac ordo admirabilis, ut quæ initio jejuna sunt, ac frigida, ea augeantur; &, ut sic dicam, incalescant. Omnes qui hunc nostrum laborem sunt observaturi rogatos volumus, ut suo candore audaciam leniant, bonique consulant, quod aliquid in communem usum afferre studeamus. *VALE.*

AD

AD LECTOREM.



UT nulla Ars quæ aliquo in usu sit, sine vocibus intelligi explicarique potest, ita in earum cognitione aliquid operæ terendum videtur. Omnibus enim, sua cuique, vocum est proprietas, cujus explicatio viam ad artem ipsam instruat ac muniat. Est tamen hic, ut & in ceteris adhibendus modus, quum nimietas in vitio ducenda sit. Ut enim is errore non vacat qui negligendis vocibus aliquid in arte se posse putet: ita in earumdem aucupio nimium occupatum esse nefas est. Quod a me dictum volui, ne quod Homerus finxit, aut expressit potius, nimirum hominum genus inter cetera laborare invidia maxime, illud ipsum in me sentiam ac experiar. Divinabam enim quum primum animum ad scribendum adjunxi, fore qui industriæ nostræ stimulum retunderent, incitationemque nostram sisterent ac retardarent. Nimirum quum facile objiciant sedulam in viribus vocum, proprietate naturaque evolvenda operam Auctori ipsi quidem negotio laborique esse, iis qui hæc legerent tædio, neutris utilitati fore. Quorum languidæ fortassis opinioni nervos auctoritatemque addere videtur dictum illud Platonis: „ Iis futura est sua senectus jucundior, ipsoque Sapientiæ munere uberior qui de nominibus parum laborarint. Atque ita partim invidiæ moti maledicentiæ suæ virus in nos spargunt, legitimam se satis occasionem nactos rati, si eum tantum grammatice agere dicant qui de verbis commentarios edat: partim vero, quibus salis nonnihil & candoris superest, non invidebunt quidem, sed nos frustra in hoc opere faciundo curam ponere conquerentur. Ac si tantum ab re nostra sit, ut non potius otii nostri partem nonnullam, levemque, quæ conceditur, temporis usuram in opus aliquanto utilius conferamus, quam in hoc grammatico Pelago longe maximo, ex quo vix enatare nobis liceat, agitemur. At invidiæ hic nullus locus reliquus est, querelæ dolorique forte nonnullus datur. Nam non temere scribentium molestias conqueruntur, quum si cui in animo sit de vocum proprietate scripto aliquid mandare, is multarum vigiliarum opus aggrediatur. Immo illis sepæ conjectura nitendum est, & ex auctorum mente sensus eliciendus est, sæpe vi extorquendus, frustra alioqui laborarent. Quis enim nescit quin eadem vox multa significet, immutetur, traducatur, in hunc aut illum sensum rapiatur, prout Auctori collubitum fuerit? Nam voces modo proprie, modo per translationem accipiuntur, modo vi, modo precario in hunc aut illum locum deducuntur. At utrisque qui hunc nostrum laborem boni non consulent satis esse factum volumus. Malevolis candorem nostrum, & consulendi Reipubl. aliquo officii genere desiderium opponemus. Hoc enim facile conjecta aut palam, aut per cuniculos invidiæ tela opprimet atque eludet. Candidiores vero quos nullus invidiæ tangit aculeus, monitos volumus ut si eos iners otium delectet, eo abutantur. Vicem vero nostram non doleant qui tam alacri, ex-

peditio

pedito facilique animo laborem acuendæ industriæ nostræ & Reipublicæ consulendi gratia suscipimus, quam pigro, languidoque eumdem detrectent ac deprecentur. Ita enim si quid habent industriæ, illud hebescere, extingui languescereque sinunt. Norint non alienæ modum statuere industriæ. Quod si nihil inde laudis utilitatisve redire posse credant, quid ad eos attinet? Contenti vivant sua desidia, & in opinione hac effeminata, molli enervataque voluptuentur. An vero sciunt quis futurus sit eorum animus quorum manibus labor noster teretur? si iis non placeat, nil moror, non idem omnium „ animus quum sæpe in varias partes distrahatur. Hinc enim alii forte fru-„ ctum sunt percepturi, quum nihil adeo absurde, languide, horride, illepide putideve dictum scriptumve sit, ex quo nonnulla utilitas capi non possit. Habet enim & limus, & fæx suas commoditates & usus: habet & fabularum vanitas suas opportunitates. De laude minus iis laborandum, si ex nostro labore tandem jejuni, tenues, ingloriique redeamus. Quamquam enim quemque amor studiumq; laudis trahit, quid ad eos si nos parum de hominum commendatione laborare dicamus? Non quod nos hic dissolutos videri in animo sit, quasi parum simus solliciti quid de nobis homines sentiant: sed quod malimus tacito apud nos de Republica merendi sensu eluere labem inertiæ quæ nobis inureretur, si otio & silentio vitam transigeremus, quam scriptitando gloriolam qua parum industrii levesque homines pascuntur, consectari. Quod si ne minimum quidem laudis assequimur, sorte tamen nostra contenti sumus, e reque nostra abunde futurum credimus, si modo in Bonorum calumniam non incurramus. Quam me-hercules non possumus incurrere, nisi forte immerito. Et si enim opus hoc nostrum mendis quibusdam adspersum (quod effugiemus pro virili) in lucem exeat: tamen quia publicæ utilitatis studio, tamquam velamine, sese tegit ac prætexit, omnis justæ reprehensionis occasio tolletur: saltem vis publici nominis omnem reprehendi impetum eludet. Quod ad Platonis opinionem adductam, cujus se præsidio sese satis tutos putant, ut nostrum institutum evertant, hoc accipiant a nobis nihilo magis hoc consilium nostrum hac opinione labefactari ac debilitari. Illudit enim Λογοδαιδάλοις, *ac Sophistis sui temporis qui nil præter inanem verborum strepitum cum leviusculo quodam ornatu habuerunt. Et hoc verborum aucupio tamquam lenocinio quodam in omnium animos sese dicendo, aut effutiendo potius verbaque dando, influere arbitrabantur. At nos rem verbis conjungimus, & utraque sic apta inter se ac copulata volumus, spretis verborum argutiis, ut parum nos de verbis sollicitos esse dicamus, nisi ipsa verba res proxime consequatur. Quod facile intelligent ii, quibus non erit molesta unius horulæ usura in legendis nostris. Illic enim non tam de verbis curam exactam sollicitamque diligentiam reperient (quod ad verborum artifices pertinet) quam artis diorismos ac distinctiones quæ operæ aliquod pretium sunt allaturæ ad obscurorum locorum in Hippocrate & Galeno intelligentiam, ut jam sæpe instar commentarii aut scholiorum esse possint: Sed hac in re omnes suo judicio utantur, non nostro.*

VALE.

APPRO-

APPROBATIO.

EGO CAROLUS GUILLEMEAU, in saluberrima Medicinæ facultate Parisiensi Decanus, Consiliarius & Medicus Regis Ordinarius fidem facio, me librum qui inscribitur GUILLELMI DE BAILLOU *Doctoris Medici Parisiensis Definitionum Medicarum liber, In quo non ita in verbis laboratur, &c.* perlegisse, omniaque in illo juxta veram & legitimam Hippocratis & Galeni doctrinam summa cum eruditione exponi. Lutetiæ Parisiorum octava Octobris. Ann. 1636.

Guillemeau Decanus.

Joannes de Bourges Doctor Medicus Parisiensis.

Guido Patin Doctor Medicus Parisiensis.


GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

DEFINITIONUM MEDICARUM LIBER,

In quo non ita in verbis ipsis laboratur, ut non potius rerum distinctiones proprietatesque exquirantur. Immo sæpe data opera relicto ipsius disputationis filo loci Hippocratis & Galeni obscuri explicantur, ut commentarii ad instar esse possit.

TO A.



ΘΡΟΟΝ ἢ ἀθρόως magnam vim in Arte nostra habent, quum quid dicitur aut fieri, aut excerni ἀθρόως. Item cum διαχώρημα ἀθρόον dicitur fieri: Verbi enim proprietas non pili faciunda est. Ἀθρόως confertim, affatimque verti debet: & ἀθρόον simul totum, ut sic dicam, confertum, multum, agminatim factum, effusum. Absolute autem, multum, non significat: nam Galenus in libris ad Glauconem φυλακτέον ἀθρόας ἢ πολλὰς κενώσεις. Temperandum a confertis effusisque & multis vacuationibus, sic πολὺ ἢ ἀθρόον distingui videntur. Quicquid enim sit, quantaque quantitate, si simul universum totumque excernatur, ἀθρόως excerni dicetur. Non tam enim magna copia quam repentinum aliquid & celeritas significatur. Ita Theocritus,

κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ Ἀθρόος,

in nigram aquam universus, frequens & confertus incidit:

Theocr. Id. 13. quod Hylas inscribitur.

ac si dicas, uno ictu, hinc celeritatis nota. Locus est insignis apud Galenum com. in Aphor. 35. lib. 7. Enarrantem illum Aphorismum, ὁκόσοισι λιπαρὴ ἡ ὑπόστασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὰ σημαίνει. Quibus in urina supereminet aliquid pingue idque confertim acervatimque, illud renum affectionem designat. Illo loco ἀθρόον declarat pinguedinem non divulsam, nec in partes refractam,

sed

ſed compactam coactamque, ut non tota toti urinæ remiſceatur, ſed conſertim acervatimque in una urinæ parte ſupernatet. Itaque ἀθρόον, vocat hoc loco τὸ ἐσφισμένον ἑαυτοῖς καὶ συνεχόμενον, cui contrarium opponitur, τὸ διεσπασμένον. Nam quum a renibus excernitur adipoſum quid ob viæ brevitatem non toti urinæ admiſcetur, ſed una in parte conſcriptum manet. Quo diſcernimus colliquationem, aut a ſuperioribus partibus pendere aut ab inferioribus: ſi ab illis σύντηξις ἀθρόη non eſt, ſed divulſa, refracta in partes, diviſaque. Idemque ſignum appoſuit Gal. cap. 2. lib. 6. de Loc. aff. quo diſtinguere poſſis cruorem cum dejectionibus dyſentericis mixtum aut affectis ſuperioribus inteſtinis aut inferioribus excerni. Videndum ait, an cruor remiſceatur ut totis totus miſtus ſit, an ſecundum unam partem tantum ſupereamineat, τὸ γὰρ αἷμα ἀναμεμιγμένον, miſtus enim ſanguis in ſuperioribus inteſtinis affectum conſiſtere ſignificat, τὸ δὲ ἐποχούμενον, ſi vero innatet ſupereamineatve, ut totus in ſeſe coactuſque ſit, in inferioribus τὸ πάθος conſiſtere ſignificabit. Quum ergo ὑπόστασιν ἀθρόαν dixit, confuſam univerſamque pinguedinem in ſeſe excerni ait, quia ob viæ brevitatem liquor illam non refregerit divulſeritque: ſic & affatim, & tota, & cito excernitur, facta collatione cum ea quæ a remotioribus partibus deciditur. Unde Gal. eo in Com. non tantum ad conſiſtentiam τὸ ἀθρόον referri vult, ideſt, ad materiæ partes unitas coactaſque, ſed hoc verbo & χρόνου βραχύτητα καὶ τόπου deſignari vult. Nam quum ſecretio fit adipis a remotioribus, fit κατὰ βραχὺ paullatim, longo tempore, & in partes, at quæ a propinquis τάχιστα ἅμα καὶ οὐ κατὰ βραχύ. Ac propterea Græci, ut ex Theocrito monſtratum eſt, τὸ ἀθρόον, pro τὸ ταχὺ ſumitur: quod cum ἀθρόον fit aliquid ex eventu ταχέως fieri dicitur, omnes enim ſimul partes promiſcuæ ſunt, nil diviſum diſtinctumque. At vero ſignificationes τοῦ ἀθρόως καὶ τοῦ κατὰ βραχὺ, facile apparebunt exemplis. Fluxus hæmorrhoidon, & hæmorrhagiæ: Nam hæmorrhoidon fluxus non fit ἀθρόως, ſed κατὰ βραχὺ, & non τρόπον αἱμορραγικόν, ait Galen. Com. in Apho. 25. lib. 4. ideſt pigro greſſu, & per διαπήδησιν, ait Gal. ἐν ταῖς γλώσσαις. Sed hæmorrhagia fit conſertim & repente, ut ait Galenus: Item ῥῆξις venarum eo modo ἀπὸ τῆς ἀναστομώσεως diſtinguitur. Nam ῥῆξις eſt puri ſanguinis, & ἀθρόως fit: ἀναστόμωσις autem fit κατὰ βραχὺ, ait Galen. Comm. in Aphoriſm. 78. lib. 4. Aphoriſm. Magna tamen orietur quæſtio, ſi τὸ ἀθρόως, & brevitatem temporis ſignificet, & ſubſtantiæ quamdam coagmentationem (quum præſertim de materia mentio fit) quare Hippocrates Apho. 18. lib. 2. ſcribit, τῶν τρεφόντων ταχέως καὶ ἀθρόως; Eorum quæ celeriter & conſertim nutriunt, celeris eſt excretio. Nam & ἀθρόως aliud ſignificat quam ταχέως, & τῷ ἀθρόως a Galeno opponitur τὸ κατὰ βραχύ. Et lib. de natura pueri Hippocrates pro voce ἀθρόως uſurpat βύζην. Atque huic voci βύζην, opponit τὸ κατ' ὀλίγον καὶ ἡσυχῇ, τῷ ταχέως ἢ εὐθέως, τὸ βραδὺ, ſic ſuis ſignificationibus & contrariorum oppoſitione diſtinguuntur. Ita nimirum vinum dicitur celeriter, & conſertim nutrire, ſtatuto diſcrimine inter ἀθρόως καὶ ταχέως, hoc enim ad tempus refertur, ut ea cito nutrire dicantur quæ exiguo poſt aſſumtionem tempore, ſubinde nutrire dicuntur: illud autem, nempe ἀθρόως ad rei eſſentiam refertur, ut ea conſertim nutriant quæ brevi tempore totum de ſe præbent corpori alimentum, vel quod nil, aut ſit parum excrementi, vel quod nutritio dicatur ἀθρόα, con-

ferta universaque secundum omnes substantiæ partes simul ac semel. Et satis Hippocrati esse videretur, si vocem ἀθρόως usurpasset, quæ celeritatem brevitatemque in se includit. Sed meo judicio licet in verbo ἀθρόως latens sit celeritas, ut res magis intelligeretur, duas voces usurpavit. Vel quod in verbo ἀθρόως homonymum aliquid sit, siquidem & ad ea possit referri quæ tota in substantiam cedunt, sed non celeriter: & ad ea quæ totum præbent corpori alimentum idque brevissimo tempore. Nam sunt quædam cibaria quæ celeriter nutriunt, & celerem habent excretionem: celeriter nutriunt quia quantulacumque est succi alibilis pars, eam facile corpus sibi assumit. Eaq; dicuntur σιτία ἀθενέα, idest, ὀλιγοχρόνια, quia brevem habent vitam, idest, ut ait Gal. com. in sect. 5. lib. 6. Epid. ταχέως ἐκ τοῦ σώματος κενοῦνται, sed hoc κακοζήλως, ait Galenus. Non mirum itaque si & ταχέως & ἀθρόως distinguantur, & si κατὰ βραχὺ, & βραδὺ (quæ aliquando confundi videntur, quum ἀθρόως aliquando τὸ ταχέως significet, contrariumque habeat τὸ κατὰ βραχὺ καὶ κατὰ σμικρὸν) inter se discrepent. Nam βραδὺ ad tempus, κατὰ βραχὺ καὶ κατὰ σμικρὸν, ad substantiam rei potius refertur; ut caro bubula nutrit βραδέως, non ταχέως, & κατὰ βραχὺ, non ἀθρόως, idest, tarde, & paullatim nutrit: ut vox, Paullatim, non ad tempus pertineat, sed ad substantiæ rei nutrientis partes. Apertius autem ex Galeno patet ἀθρόως, includere quoque in se temporis circumstantiam: nam ea nutriunt ἀθρόως quæ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν τὴν ἐξ αὐτῶν τροφὴν τῷ σώματι διδόασι. Ubi notanda vox, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Idem Gal. cap. 5. lib. 2. de loc. dolorem fieri per ἀλλοίωσιν ἀθρόαν τῆς κράσεως καὶ συνεχείας λύσιν ἀθρόαν scribit. Apertissime autem ἀθρόως celeritatem significare, patet ex Gal. c. 6. lib. 1. de causis sympto. quum ex Plat. in Timæo doloris definitionem affert: Dolor est passio præter naturam vi facta, & ἀθρόως, & quod ad suam naturam redit, idque ἀθρόως, id jucundum est. Interpres, τὸ ἀθρόως confertim & celeriter vertit. Et τῷ βιαίως opponit Plato τὸ ἠρέμα lento gradu, sensim, blande, τῷ ἀθρόως, τὸ κατὰ μικρόν. Forte si res pensiculatim magis expendatur τὸ ἀθρόως habebit duas has voces sibi contrarias ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. Nam quum de jucundi definitione agit, dicens, jucundum est quod ad suam naturam redit ἀθρόως, nil habet quod opponat voci βιαίως, quam in definitione doloris usurpavit. Et forte τὸ βιαίως, non est de doloris essentia, ut ἀθρόως. Tamen Plato in Philebo videtur τὸ βιαίως ad hyparxin referre quum ait, doloris sensum ἐκ βιαίου καὶ ἀθρόου παθήματος esse. Et ut res melius innotescat, citat Hippocratem doloris causas miro artificio explicantem: dolor fit quum res alteratur: hæ voces, Dum res alteratur, καὶ τὸ τάχος καὶ ἅμα τὸ μέγεθος τῆς μεταβολῆς designat (ait Galenus:) Illud autem est quod una voce significavit Plato, ἀθρόως, ut quæ & magnitudinem & celeritatem mutationis significet. Et ab eodem Galeno paullo post, voco aliquid fieri ἀθρόως τὸ κατὰ τὰ μεγάλα ἅμα καὶ ταχέως: Linacer vertit, magnis ex partibus; seu universim & celeriter. Et ἡδονὴ, definitur per ἐπάνοδον ἀθρόαν εἰς τὸ κατὰ φύσιν. Ut mirum sit cur Plato non sit contentus voce ἀθρόως in doloris definitione, sed præterea addit τὸ βιαίως, ut aliquis celeritatem ad ἀθρόως referat, ad βιαίως magnitudinem: Et tamen Galenus, in voce τοῦ ἀθρόως, & ταχύτητα & τὸ μέγεθος includi asseverat. Quin magnitudo in voce ἀθρόον, intelligatur, notius est quam ut amplius explicetur,

tur, de celeritate major dubitatio fuit. Propterea Etymologicus in hoc forte exactior quam par sit in mutatione accentuum & spirituum vult pendere varietatem significationum τῦ ἀθρόυ. Nam quum repentinum significat, ita scribi vult, ἄθροον, quum vero confertim, gregatimve, ἀθρόον. Nil tale umquam reperi.

Α῎ΚΡΗΤΟΝ quidem Gorræus explicat idque enucleate nitideque ut solet, sed non abunde satis. Quoniam autem vocis hujus significatio videtur satis involuta, quum tamen ejus proprietatis cognitio plurimum ad διάγνωσιν sit collatura adjumenti, paullo plenius solvere nobis est visum. Est enim ubi ἄκρητον in bonam partem accipiatur, est ubi in malam: Quamquam a Galeno dictum sit in malam perpetuo partem accipi. Et quoniam vox hæc ad multa refertur, non in eadem semper significatione eodemque modo usurpata, his supersedere æquum non videtur. Apud Hippocratem variis in locis legitur διαχώρημα ἄκρατον: κάθαρσις, sive ut placet Galeno κένωσις ἄκρατος· πτύελον ἄκρητον, χολὴ ἄκρητος, αἷμα ἄκρατον, & ita de aliis: An in omnibus eadem verbi proprietas retinetur? Nequaquam. Exempli gratia, non eodem modo αἷμα ἄκρατον dicitur, & χολὴ, aut humor alius ἄκρητος. Unde Galenus com. in partic. 47. lib. 2. Progn. ait: Demto sanguine quivis alius humor si sincerus fuerit, pravam indicat affectionem, a flammeo calore obtinens generationem. Ergo ἄκρητον, si etymon spectes, idem quod ἄμικτον, ἢ μὴ συμμεμιγμένον dicitur, ut quum seorsim & solus humor melancholicus, aut bilis sola excernitur ἔκκρισις ἄμικτος esse dicitur. Eo modo ἄκρατον sumitur apud Gal. com. in part. 15. lib. 2. Prorrh. Sincera est dejectio quæ dumtaxat unum qui excernitur humorem ceteris habet impermixtum. Aliter longe multis locis sentit. Sic nomen homonymum est valde. Eodemque modo vinum sincerum esse dicendum est com. in particul. 37. lib. 1. Progn. ut ἄκρατον, esse dicatur ὅταν αὐτὸ καθ᾽ αὐτὸ ἀμιγές τι ἑτέρας ὀυσίας ὑπάρχῃ. Et hic excludit mixtionem rei alicujus ἑτερογενῦς. Tamen longe aliter videtur Galen. idem definivisse com. in Aphor. 6. lib. 7. Aphor. quum docet cur in morbis diuturnis ὑποχώρησις ἄκρατος in malis ducenda sit. Nec enim illic sincerum intelligit quum aut sola bilis, aut solus humor melancholicus exigitur, sed quum non admixta est serosa humiditas quæ cuique humori inest: Verba Græca sunt, ὑποχωρήσεις ἄκρατοι καλῦνται αἱ ἄμικτοι ὑδατώδεις ὑγρότητες. Et hic orationis ὑπαλλαγὴ dicetur esse, quum debeat dicere, ὑποχωρήσεις ἀκράτυς, dici ἀμίκτυς ταῖς ὑγρότησι ὑδατώδεσι. Plenius particul. 26. sectio. 1. lib. 1. Epid. ἄκρητα vocat dejectiones biliosas: Quod si forte humiditas aquea cum biliosa illa excretione misceretur, non jam amplius dejectio sincera vocaretur. Cur autem prædictæ dejectiones sinceræ malæ sint, causa est quod exustam a calore febrili omnem humiditatem declarent. Nam cuilibet humori suus est ὀῤῥὸς, sive ὑγρότης quæ eum temperat eique tamquam ὄχημα quoddam inditur: quum enim absumitur aquea illa substantia crassescit humor, eique sua ad motum incitatio visque adimitur. Gal. com. in part. 38. sectio. 2. lib. 6. Epid. notat ichorem dici bifariam, & quum sumitur pro tenui aqueaque substantia quæ circumfluit crassiorem partem cujuslibet humo-

Com. in particu. 47. 2. Progno.

humoris: Et quum malignam qualitatem tenuis substantia adepta est, a quo ichore pravi morbi nascuntur. De hoc ichore Hippocr. Epid. ut illo Comment. citat. Atque hoc est peculiaris τοῦ ἀκράτου significatio. Quum paullo generalius acceptum significet aliquid aliis diversi generis impermixtum, ut Commentario in Historiam de Philisco vomitionem & dejectionem sinceram vocat quum impermista est, & aut sincera bilis, aut atra, aut pallida sincera excernitur (si modo pallida, Græcis ὠχρὰ, sincera esse possit, quum ex Commentario Galeni in particulam 38. lib. 2. Prognost. dicant pallidum vomitum fieri ex commistione bilis cum pituitoso, aut seroso humore, ut τὸ ὠχρὸν sinceritatis nihil significet. Ut ad rem redeat oratio, particul. 16. sectio. 1. lib. 3. Epid. Meracus humor dicitur quum colorem nativum & consistentiam sinceram, Græcis, σύστασιν εἰλικρινέα, retinet: Et alibi, εἰλικρινὲς, Hippocr. τὸ αἷμα vocat lib. 2. de morb. sincerum, rubentem, quum non descivit a sua natura. Immo negat vere sanguinem dici nisi sit talis. Ac si dicas, debet nativam suam formam retinere, ut quum aut porracea, aut flava bilis in colore & consistentia sincera ejicitur, ut nil sit admistum ἑτερογενές. Unde colligere est non eodem hic modo ἄκρατον sumi quo & 7. Aphorismorum. Nam in Epidemiis agnoscit, sincerum, quod nihil admixtum habens & colorem, & σύστασιν εἰλικρινῆ retinet, quod si verum est, suo sero forte illud non est destitutum. Sed in septimo Aphorismorum, τοῦ ἀκρήτου ὕπαρξιν in eo putat consistere, ut serum absumtum sublatumque sit. Sic illis ex locis constat τὸ ἄκρατον bifariam sumi. Accedit & tertia significatio quum dicimus αἷμα ἄκρητον. Nec enim ex eo dicitur merus sanguis quod suum colorem, & σύστασιν retineat, ut de aliis humoribus dictum est, sed ἄκρατον dicitur com. in part. 16. sectio. 1. lib 3. Epid. τὸ ἐν ἴσῳ κακόκρατον, interpres vertit, male mixtum, maleque omittit vocem, ἐν ἴσῳ. Nos melius αἷμα ἐν ἴσῳ κακόκρατον vertemus, sanguinem in sua æqualitate, & prout necesse est, male mixtum ac confusum cum aliis humoribus. Sic uno modo, sanguis meracus dicitur. Altero modo eoque frequentiore αἷμα ἄκρατον dicitur, sanguis quum & niger est, & jam crassiorem consistentiam est adeptus. Ac si dicat, suo sero privatus est, ut jam inde crassitiem compararit, qualis sanguis in malignis adurentibusque febribus solet excerni, aut e vena tunsa educi. Et posterior hæc ἀκράτου in sanguine significatio quadrat cum ea significatione quam ex 7. Aphorismorum adduximus. Quod autem sanguini per ustionem contingere potest, ut ruborem genuinum in nigredinem commutet, idem & per ustionem, & per putredinem aliis humoribus potest evenire. Ita enim dejectiones quasdam tamquam sanguinem nigrum apparere posse observat Hippocrates Aphor. 21. lib. 4. Aphor. Quod humores qui excernuntur per putredinem aut incendium Interprete Galeno nactæ sunt crassitiem & nigrorem quemdam. Cæterum ante diximus omne sincerum in Prognosticis a Galeno damnari, præter quam in sanguine. Quasi vero sinceritas in sanguine, sive priore modo sumta, sive posteriore (ut paullo ante dictum est) in malis ducenda non sit. Sed hoc quæstionis est: quod jam visi sumus attingere. Sinceræ dejectiones duobus modis dicentur, vel suo sero denudatæ, aut serosæ omnino, utræque autem malæ sunt, aut impermistæ, & hæ minus malæ dicentur, præsertim quum serum adsit,

adsit diluens mansuefaciensque quodammodo illas. Ac priorem modum attingit Hippocrates particul. 18. sectio. 3. 1. Prorr. dum ait, *Sinceræ purgationes desistentes exacerbantes parotidas minantur*, &c. Idest, Aliquando contingit spontaneam evacuationem fieri humorum, eaque meraca est & perseverat talis aut non, si talis perseverat & desinit (quod τελευτᾶν vocat) parotidon metus est; sin mutatio fiat, & pro sincera excretione εὔτροπον διαχώρημα succedit, id bono est. Quo loco τὸ ἄκρατον opponit τῷ εὐτρόπῳ, ut sincerum pravam dispositionem significet, εὔτροπον autem mansuetudinem & humorum benignitatem. In Commentario illius Aphorismi Galenus accurate magis quam par sit inquirit num sit legendum, ἄκρατοι καθάρσιες, aut κενώσιες. fieri enim potest ut illæ dejectiones sint qualitate malæ; Et tamen fiunt symptomatice & vi morbi, quod si vi morbi fiunt non καθάρσεις, sed κενώσεις vult appellari. Nam illo loco distingui vult κάθαρσιν, & κένωσιν hoc tantum, quod quum ea quæ excernuntur qualitate prava sunt, κάθαρσις dicitur, κένωσις si vi morbi excretio fiat. Quasi vero excretio vi morbi facta sæpe non pravorum sit humorum, & tamen κάθαρσις dici potest. Et aphorismo 2. lib. 1. Dum spontanearum alvi commotionum meminit, sive natura, sive aliter fiant, utitur verbo καθαίρεσθαι, non κενοῦσθαι. Quid illo loco velit Galenus non intelligo. Nam dum Aphor. 21. lib. 4. mentio fit excretionum variegatarum & qualis sanguis niger est, numquid hoc fit sponte & symptomatice, & vi morbi, an non hoc κάθαρσις dicetur? Hippocrates vocat διαχωρήματα ἰόντα, Galenus ἐκκενούμενα. Nisi dicas proprie evacuationem fieri quum vi morbi humor effluit, quum autem trahente medicamento, purgatio dicetur. Non quin sive purgatio, sive evacuatio fiat, utrobique vitium humorum subsit. Et quæstio præclara poni potest, quum pravæ hæ fiunt dejectiones varii simul coloris; an non tametsi humorum varietas sit, & proinde humorum talis excretio ἄκριτος dici possit? Possunt quidem uno in sensu meracæ dici, quatenus aut per putredinem, aut per incendium crassiores redditæ sui seri sunt expertes, in altero sensu non item, quia nimirum ut colorum sic humorum varietas est. Et quum in Prorrhetico sinceras purgationes malas scribit, non ita nomen, sinceri, audiendum, quod unus tantum humor sit, sed multi mixti naturale serum non retinentes, quæ tandem meliores fiunt, aut calore non ita agente, aut repressa putredine quæ sinceritatis cujusdam auctor est, dum scilicet humor aut acrimoniam suam aut virus suum explicat. Ac sinceri, ἄκριτον Græcis, vires peculiaremque proprietatem ex libris Prognosticon licet elicere, & cum de sputis, & vomitionibus explicat suam sententiam Hippocrates.
„ Vomitus utiles quum pituitam juxta ac bilem remixtam habent, quum non
„ admodum crassi nec multi, sinceriores enim deteriores sunt: Illic auctore Galeno τῷ ἀκρήτῳ opponit τὸ συμμεμιγμένον. Quum crassitudinis meminit tacite tecteque indicat quomodo τὸ ἄκριτον mixtam habeat illam crassitiem exhausto sero. Hinc
„ Galenus Comm. in Particul. 37. lib. 2. Prognosticωn: Id usu venit sinceris
„ ut crassiora fiant. Tamen objici potest, quod & Christoph. de Vega mo-
„ vit, ex Com. in Particul. 26. sectio. 1. lib. 1. Epid. Excretiones fiebant al-
„ vi paucæ, tenues, biliosæ, sinceræ: Ergo aliquid sincerum tenue esse potest: sic evertitur illa opinio Galeni ex Prognosticis. Respondet ille unum & idem since-

sincerum, & tenue esse non posse nisi in diversis partibus. Nos autem dicemus aquosa serosaque sincera in suo genere dici posse. Nam quæ sero abundare debent tamquam aliquo diluente, si eodem destituantur, per ejus absentiam crassescunt: Sed per se quædam serosa, ut ἰχῶρες, esse possunt in suo genere sincera, non admixta, pravaque ut quæ coctionem non admittunt fortemque naturam ad domationem victoriamque requirunt Com. in Part. 26. sect. 1. lib. 1. Epid. Itaque minus recte a Vega. Ad rem redeamus. Cum paullo ante vomitus meminit, non tam sincerum ex absentia seri metitur, quam ex eo quod nil admixtum sit. Quatenus enim diligenter bili pituita admiscetur, duo significantur, nimirum vis naturæ in mixtione & coctione in qua exquisite res mixtæ esse debent, item quod id quod est extremum vitatur. Quum enim aut omnino biliosum, aut pituitosum excernitur, sincerum id est, malumque est ut signum & ut causa. Tertio accedit quod sese vicissim retundant ac refringant biliosum & pituitosum. Et quum bilis sola est, deterior fit, & non habens serum, aut pituitam quæ seri vices obiens acrimoniam bilis compescat, & tandem facta a calore vitellina. At contra pallida bilis, Græcis ὠχρὰ, ex permistione bilis & pituitæ redditur tenuior, & colore remissior, quæ si assatur, bilis absolute dicitur. Nam & σύςασιν naturalem, & χρῶμα naturale requirit Galenus ut quid ἄκρητον esse dicatur. Attamen contra hunc locum facit quod scribit Galenus, quod morbi sunt pessimi in quibus pariter bilis pituitæ miscetur. Meminimus ante crassitiei in iis quæ sincera fiunt: illa autem crassities aut a calore fit, aut a frigore. Bilis crassior fit per ustionem, phlegma per compactionem a frigore, Com. in Part. 38. lib. 2: Prognost. Tamen duo loci plane contrarii reperientur. Comm. enim in partic. 38. lib. 2. ait, „ Biliosus humor sincerus caloris copiam: pituitosus sincerus indicat frigus: At com. in part. 46. lib. ejusd. dum de screatione pituitosa sincera, & biliosa „ dicit, ait, Screatio sincera biliosa est ob bilem: Candida vero, glutinosa „ ac rotunda ob pituitam assatam. Dicemus vocem illam, *Rotundum*, differentiam afferre pituitæ. Nam fieri potest ut sincera sit ac quodammodo compacta, illaque compactio a se ipsa est, nimirum ab interno frigore. Item fieri potest ut teretem figuram & glutinositatem a calore acquirat, quod patet „ ex Aphor. 36. sect. 3. lib. 6. Epid. Rotunda sputa delirium significant. Porro quod ad sputa attinet quæ Hippocrates sincera esse non vult, sed admodum mixta hoc addi potest quod Hippocrates partic. 44. lib. 2. Prognost. requirit, ut exacta sit mixtio humorum qui deraduntur ab inflammata parte. Nam tunc vis naturæ & coquentis & confundentis elucescit. Et quæri hic potest, quum Hippocrates requirit, ut sputum permixtum sit non sincerum, an vult humorem aut ichorem saniemve quæ ebibitur a pulmone e parteque inflammata deraditur, exquisite salivæ aut sputo cumulari in pulmonibus solito, admisceri, aut illum humorem qui deraditur non esse sincerum ex se, ut biliosum plane aut melancholicum? Credibile est velle intelligere bifariam, & ut sputo ebibitum absumtum per humorem exquisite misceri dicat, ut vis naturæ significetur, & ut non significetur omnino pleuritis biliosa, sputum plane biliosum non sit. Uterque enim modus probabilis est. Comm. in part. 46. lib. 2. Prognost. intelligit de humorum pleuritidem committentium

Alia τῦ ἀκράτυ significatio.

mixtione. Nam quum sincerum est plane majorem molestiam tussiendi affert; quod malum est ex 2. Prognost. part. 45. Quum autem humores plures committunt pleuritidem, non sola bilis, aut solus humor melancholicus (nam com. in Aphor. 33. lib. 6. humorum quatuor singuli committere possunt pleuritidem) melius est. Vitatur enim sinceritas. Contra mixtionem istam sputi afferri potest illud, sputum album, & læve & æquale pus habens e natura est, quod vero pallidum, rufum, flavum, nigrum, malum est, Com. in Aphor. 12. lib. 1. Aphor. Et cap. 5. lib. 1. de Crisibus: si malum est, non est æquum itaque biliosum pituitoso æquabiliter admisceri: Nam ut æqualitas in rebus naturalibus laudatur, ita in rebus contra naturam rejicienda est: sputum rubrum, flavum, biliosum e natura non est, Ergo in eo mistionis æqualitas bono non est. Dicendum est flavum, biliosum, pituitosumque sputum si conferatur cum sputo integre sani hominis malum esse. Sed si urgente pleuritide appareat, habet etiam suas bonitatis notas & significationes si cum alio se deteriore conferatur. Sic hoc totum per comparationem intelligendum est.

Αλυσμὸς καὶ ἄλυς, item ἄσα, duplex est, una ναυτιώδης, altera ἀνέμετος, idest, inquietudo duplex est, altera cum nausea conjuncta, altera sine vomitione. Et τὸ ἀνέμετον, videtur usurpandum non pro vomitionis privatione, sed pro nauseæ absentia, ac si diceremus ἄσαν ἀναυτιώδεα. Quod ne cui durius videatur, facile colligere est ex eo loco, ex quo depromta est hæc ἀλυσμῶν, distinctio. Ασώδεις, ait Galen. Comm. in Partic. 43. lib. 2. Prorrh. Bifariam ægri fiunt, uno modo quum ita a corpore virtus deprimitur ac degravatur, ut ferendo non sit, nullamque æger decubitus formam retineat, quod est ἀλύειν, altero, quum pravi humores os alvi ipsius infestant: hi posteriores nausea detinentur, ait, sed non vomunt. Alii priores, ac si multo cibo repleantur ἀσώδεις decumbunt, ne nauseant quidem & ita Hippocr. dicuntur ἀνεμέτως ἀσώδεις, jactabundi irrequietique sine nausea, & vomitione: sed melius sine nausea non affecto ore ventriculi ut in prioribus, sed facultate depressa ac jacente. Eamdem ἀλυσμοῦ causam reddit Galen. Com. in Particul. 17. lib. 1. Prognost. quum ait, ægros jactari subindeque figuram mutare duabus de causis, aut διὰ τὴν κάκωσιν τοῦ στομάχου, aut διὰ τὴν τῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίαν. Quæ verba alia sunt, sed sensu eadem & finitima judicantur. Item Particul. 47. lib. 4. acut. δυσφορία, aut febrem stabilem & æstuosam sequitur: sæpius vero stomachi vitium. Atque quum ἀλυσμὸς ἀνέμετος dicitur ob facultatis pressum aut ruinam potius, multo deterior priore censeri debet. Nam conceptum in majoribus venis incendium monet præsertim si partium refrigeratio extimarum conjuncta sit. Hanc autem partium refrigerationem spectamus, aut interioribus λελυμένως, idest, μετρίως calefactis, ut in syncope, aut ob colicum similemve dolorem facultate affecta plurimum: aut iisdem ardentibus, quarum æstus instar cucurbitæ foris intro revocat calorem: Tertia accedit ratio, spiritus vitalis interceptio quominus illustret extimas illas partes. Quum autem dicimus malam extimarum partium refrigerationem, de ea audiri volumus quam æstus præcordiorum inducat. Et ne quis τὸ ἄσης, ἢ ῥιπτασμοῦ, ἢ ἄλυος, ἢ ἀλυσμοῦ, nomina tam presse accipi putet, notandum communiter ἀλύειν, καὶ ῥύπτασθαι ἀντὶ τοῦ δυσφορεῖν καὶ δυ-

σκοιτεῖν sumi: ut in libro 2. de Diæta τῶν ὀξέων, videre est quum loquitur Hippocrates de iis qui præter rationem quum parum aut nil pransi sunt, cœnandi liberalius occasionem inde arripiant: Et lib. 3. de Diæta acutorum quum eorum mentio injicitur qui usu liberalioris meraciorisque mulsæ sese invitarint.

TO B.

BOPBOPYΓMO'Σ non tam definiendus est flatus ab intestinis crassis erumpens cum quodam humoris sonitu, quam flatuosus, ut ita dicam, impetus & motio aut in intestinis, aut circum viscera in hypochondriis stationem habentia, ut non tam eruptione ipsa quam tumultu sit metiendus. Quod ut intelligatur ex doctrina Galeni & Hippocratis ejus distinctiones sunt „ eruendæ. Hippocrates Aphoris. 73. lib. 4. scribit ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα „ διαβορβορύζοντα, quibus Ilia, seu Hypochondria melius, elata suspensaque „ obmurmurant, si lumborum dolor supervenerit alvus humectatur, nisi „ flatus (Græcis φῦσαι) erumpant, aut urinæ multitudo profluxerit. Illic primum videre est διαβορβορύζειν, non tam excretionem eruptionemque flatus significare, quam murmur tumultumque in hypocondriis, alioqui non dixisset, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγῶσιν. Et in Prorrhetico particul. 16. sect. 3. κοιλίη διαβορβορύζουσα κεναῖς ἀναςάσεσι, pro flatulentæ cujusdam naturæ circuitione sumitur cum inani falsaque doloris imaginatione. Nam crebro ægri desurgunt ad desidendum, idque frustra. Et hoc est ἀποσκηρυσικόν. Galen. Com. in particulam illam. Hoc autem notandum est. Quia delirantibus, & morituris hoc contingit. Volunt enim sæpe e lecto surgere, & quosdam ventris dolores prætexunt, & causantur. Id Celsus scripsit dum falsos & imaginarios dolores morituris assignat. Ac diligenter notare oportet duas illas voces, μετέωρον, καὶ διαβορβορύζοντα. Illa enim vox μετέωρον ad hypochondrion eleganter transfertur, ut jam vitium hypochondrii significet. Æqualitas enim debet inesse hypochondrio, ut ex Hippocrate scire licet part. 23. lib. 1. Prognost. Hypochondrion optimum est quod dolore vacat, & molle, & æquale est. Contra si inflammatum, vel dolorificum, vel intentum, Græcis, ἀντεταμένον vel inæqualiter sese habens, malum. Illic exquirit διάθεσιν τῶν ὑποχονδρίων, ex iis quæ Græci vocant συμβεβηκότα, καὶ μὴ συμβεβηκότα, idest, ex iis quæ adesse debent natura, & ex iis quæ adesse non debent, quorum absentia bona est & expetenda. Exempli causa mollitudo, & æqualitas ex eorum genere sunt quæ συμβεβηκότα dicuntur: ἀνώδυνον εἶναι, idest, doloris vacuum, ἀσυμβεβηκὸς est; quod extra semper esse debeat, ut non doleat. Ac forte μετέωρον καὶ ἀντεταμένον, & ut in Particul. 57. lib. 4. de Diæta acutor. scribit, ἐπηρμένον synonyma sunt pro eodemque sumi posse mihi opinio est:. In Prognosticis utitur voce ὀδύνην παρέχον, in lib. de Diæta, πόδυνον, ἐπίπονον, pro illa, ἀντεταμένον, τὸ ἐπηρμένον, pro illa ἀνωμάλως διακείμενον, σκολιότητά τινα ἔχειν. Ubi notare oportet nomen τῆς σκολιότητος ἀντὶ τῆς ἀνωμαλίας, sumi Galen. Com. in particul. 57. lib. 4. de Diæta τῶν ὀξέων. Qui modus loquendi est politicus, quum enim aliquid æquale ὁμαλὸν, nil lacunosum dissimileque sui habens designare volunt, vulgo dicunt nihil tortuosum habere debere, ac si dicant nullam σκολιότητα, obliquitatem Latine verto,

habere, idest, nullam inæqualitatem ac dissimilitudinem ut unum aut alteri aut sibi collatum comparatumque totum sit æquale ac simile sui. Ut nomen τῆς σκολιότητος, apud Hippocratem tria significet, proprie quidem distortionem in latus. 2. de articulis: Paullo generalius quamvis spinæ depravationem quum 1. de articul. vocat ῥάχιν σκολιαίνεσθαι, quovis modo everti, vitiari ac depravari: Tertio modo eoque maxime generali, ἀντὶ τῆς ἀνωμαλίας, ut 4. de Diæta acutorum, deducto vocabulo, aut potius traducto ex vulgari politicaque loquendi formula. Ad rem redeamus, τὸ μετέωρον καὶ ἀντεταμένον, pro eodem usurpantur, unumque ex vitiis quæ male affecto hypochondrio insunt, significant. Etenim hypochondrii εὐεξία, bona habitudo Latine verti potest, in tribus consistit: In substantia, qualitate, & quantitate. In substantia, ut molle sit appulsui digitorum cedens ac obsequens, in quantitate, ut mediocritas contractionis & distentionis sit, non distentum nimis nec depressum contractumque. In qualitate temperatum, ut nec calidius, nec frigidius appareat, sed in medio quodam qualitatum positum sit, accedit & τὸ ἀσυμβεβηκός, nimirum ut sit, ἀνώδυνον ut non insit pulsus, ut particul. 24. lib. 1. Prognost. patere potest. Et ut mediocritas in extenuatione & crassitie laudi tribuatur, siquidem omne mediocritatis genus in omni hypochondriorum examine exquirere licet, tamen melius est succulentum crassumque esse hypochondrium, ut patet Aphoris. 35. lib. 2. Et Hippocrates per comparationem etiam scribit; In omni morbo melius est hypochondrium πάχος ἔχειν, ac si dicat exquiratur, tamen ad purgationes ex eventu conferre. Nec enim παχύτητα, forte vitio esse, si æqualitas omnino in hypochondrio est, quod quis putet duo hæc, πάχος, & κόρος, (quod utrumque in hypochondriis notavit Hippocrates) idem significare. Nam in Aphorismis τὸ πάχος laudat: In 4. de Diæta acutorum de iis qui ægrotare incipiunt loquens ait videndum esse num elevetur hypochondrion, num doleat, aut inæquale sit (nam Vassæus Grammatice quidem τὴν σκολιότητα vertit, obliquitatem, quum inæqualitas dici vertique potius debeat, ut paullo ante diximus:) Item num habeat κόρον, satietatem vertit Vassæus, sed male, melius repletionem, plenitudinemque dixisset. Ita enim Galenus κόρον, intelligit πλήρωσιν τῶν σιτίων. Non idem itaque est κόρος καὶ πάχος. Quod enim vulgo dicimus hypochondrium debere esse bene habitum, succi plenum, quadratum succulentumque, illud est habere πάχος, non autem ἔχειν κόρον. Nam πάχος ἔχειν, ad habitum bonum musculorum omnium abdominis, & viscerum intestinorumque refertur, cui opponitur λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς εἶναι, idest, depressum, humile, consumtum, emaciatum, liquatumque. Κόρος autem ad fæces, aut alimenta, quod utrumque indifferenter τὸ σιτίον, vocat 2. de Diæt. in acutis, quum τὸ σιτίον, ait descendere, idest, κόπρον. Videmus in morbis hypochondrium πάχος ἔχειν trifariam, idest modo a mole musculorum & viscerum, & bonum est. 2. ab humoribus & stercore, & illud est proprie ἔχειν κόρον. Tertio a flatulenta materia a calore acri ac maligno excitata. Quod etiam in moribundis vidimus. Et hoc pessimum est. Unde tabidi hoc sæpe patiuntur, ut quum mors instet & horreant, & abdominis habeant quemdam μετεωρισμόν, ut notat Hippocrates in Coacis, & speciem quamdam leucophlegmatiæ Hippocrati 2. Prorrh. Ergo Galenus inter-

interpretans duas illas voces τὸ μετέωρον ἢ διαβορβορίζον, tacite indicat quibus in affectibus borborygmus, aut cum distentione hypochondrii esse soleat, aut sine illa. Ac scribit multis de causis attolli hypochondria, e quibus una est nempe τὸ φυσῶδες πνεῦμα, spiritus flatulentus. Eaque causa bifariam consideratur, aut quum fit sequiturque ex affectu qui vix elui solvique potest, aut quum a recenti occasione nascitur. Prior dispositio murmur non habet, licet a flatu sit, posterior cum borborygmo est. Quamquam dubitari potest qui fieri possit, ut τὸ φυσῶδες πνεῦμα, dispositionem aliquam attulerit, & tamen borborygmus non insit. Sed his excetris nos liberare volumus, ne difficultatis nova occasio subinde quæratur ac cumuletur. Res autem ut intelligatur de qua jam dictum est multis, has distinctiones assignare non erit a ratione aversum. Hypochondriorum, μετεωρισμὸς ἢ κύρτωμα, aut est recens, aut vetus. Si recens est aut borborygmon junctum habet, aut sine eo est. Si junctum habet nec non cum eo tormina, significat obortos flatus qui alvi profluvio, aut urinæ profusione, aut ructibus fortasse, solventur. Nam is borborygmus, est quidam sonus, Comm. in Aphor. 73. lib. 4. flatuosus qui neque magnus est (quo distinguitur a bombo qui flatus est siccior cum valido satis sono prodiens, & in crassis intestinis fit sine materia, borborygmus ibidem, sed cum materia, cap. 2. lib. 3. de causis symptom.) nec multus cum quadam humiditate ad inferiora impulsus ac incitatus. Male enim Leonicenus, ψόφον κινούμενον vertit, sonum evacuatum, quum κινεῖσθαι impelli, moveri, ac incitari significet. Si autem distentio recens sit sine borborygmo, deterius id est; nam significat hepatis aut lienis recens natam inflammationem, præsertim si dolor percipiatur, & torminibus nonnullis sine borborygmo æger conflictetur. Sin autem distensio illa sit vetus, rursus aut expers est borborygmi hecticam quamdam intemperiem intestinorum significat, quæ in Tympanitem tandem „ firmari soleat. De hac dictum est ab Hippoc. Quibus tormina & circum umbilicum labores, &c. Aphorismo undecimo lib. 4. Et sic hydrops siccus fit, qui a similitudine & symptomate tantum hydrops dicitur, quum hydropis nomen τοῦ ὕδατος, speciem & vim insinuet, vide Comm. in Aphor. 11. lib. 4. Si autem vetus sit, & sine borborygmo scirrhum alterutrius visceris satis indicabit. De qua forte loquitur Galenus Commen. in Aphor. 73. „ lib. 4. Dispositio distensionis una fit a difficili solutu affectione partium „ ad alvum attinentium, eaque sine murmure fit. Melius forte intelligetur de Hectica dispositione intestinorum in qua est borborygmus: Nam in genere loquens ait: unam ex causis quæ distendunt hypochondria esse spiritum flatuosum, quæ dupliciter fit, aut ob solutu difficilem affectionem partium ad alvum pertinentium, aut ob recentem occasionem: si a flatulento spiritu est; credibile est murmur quoddam esse, & tamen non vult dispositionem solutu difficilem habere murmur junctum. Itaque meo judicio Galenus illam particulam (dupliciter fieri) non retulisset ad πνεῦμα φυσῶδες, quod causa est μετεωρισμοῦ, sed ad Meteorismum ipsum: Ac si Galen. dixisset; Distenduntur hypochondria aut recens nata occasione, aut hectica partium subjectarum hypochondriis passione; nam in priore est bory-

borygmos, in posteriore nullus, ut quum scirrhus est aut visceris, aut abdominis. Et si de ea quæ recens nata est agit Aphorismo 73. lib. 4. Verum quidem est adesse borborygmon: si de alia quæ ad tympaniam vergit, agit aphorismo undecimo lib. 4. ut quæ ob διάθεσιν δύσλυτον nascatur, cur eam vacare murmure ait? Nisi forte velit in utraque, & in ea quæ inveteratam affectionem sequitur, & in ea quæ πρόφασιν πρόσφατον agnoscit, initio quidem πνεῦμα φυσῶδες esse, sed in illa non adesse murmur, in hac adesse, quasi non possit ulla abdominis distensio esse commemorabilis sine aliquo contento flatu. Quamquam prava dispositio aut scirrhus visceris potest esse meteorismi causa per se. At hic supra citatus locus Galeni totus est obscurus, nec clarius enucleatiusque explicari potuit: Tamen magni est momenti, quum Comm. in Aphor. 73. lib. 4. ex quo borborygmi distinctio elicienda est, absurda scribere videatur. Nam habitualem intestinorum dispositionem tumoris abdominis causam ad spiritum flatuosum refert, & tamen in illa distentionis specie murmur, cur non & in altera, quum utraque generaliter per Galenum causam sui agnoscat τὸ πνεῦμα φυσῶδες? Porro contra definitionem βορβορυγμοῦ assignatam Aphorism. 73. lib. 4. nimirum quod sit sonus spiritus, nec magnus, nec multus, afferri potest quod ab eodem scriptum est lib. 3. de Caus. sympt. cap. 2. nimirum & bombum & borborygmum eumdem sonum esse eodemque in loco esse & fieri, hoc distingui quod bombus sine humore sit, alter cum humore. At bombus sonus est spiritus magnus. Dicendum magnitudinem spiritus in borborygmo ab humore frangi ac debilitari.

T O. Γ.

ΓΛΩΣΣΑ περιπλευμονικὴ ab Hippocrate dicitur, lingua qualis in peripneumonia laborantibus cerni solet. Relinquit enim tamquam verum fieri non posse quin in pulmonis inflammatione fuliginis abundet copia, a qua lingua densetur, exasperetur & siccescat. Immo in ejusmodi affectu crusta quadam obducta lingua videtur, ob ingens in pulmone conceptum incendium: unde sitis quæ nulla fere arte exstingui explerique potest. Itaque ex particulari morbo signum linguæ ariditatis desumit, ut περιπλευμονικὴ γλῶσσα, dicatur ab eo Epid. 7. ἡ ξηρά, φρικώδης, δασεῖα, ἢ τραχεῖα. Quod verum quidem est in ea peripneumonia quæ in erysipelate consistit. Nam reperio apud eumdem Hippoc. lib. Epidem. 7. linguam peripneumonicam dici eam quæ cum pallore albicat. Nam materiæ pituitosæ peripneumoniam committentis naturam insequitur. Lib. autem primo de morbis ait ex pleuritide facile in ardentem febrem transitum fieri, non autem in peripneumonia: quia, credo, hæc a pituita potius est.

ΓΡΙΦΟ'ΜΕΝΟΝ vox est nova & ab auctore libri Prorrh. usurpata, cujus vis & significatio nondum cuiquam nota est, ne Galeno quidem. Nec sufficit Gorræo dixisse vocem hanc reperiri apud Hippocratem nec locum designasse. Galenus admodum dubius est in ea voce explicanda, estque contentus

tus nonnullas aliorum ea de re opiniones adducere, satis abunde indicans non sibi parum constare quid hac voce velit Hippocrates. Nos conjectura nitemur, quidve nobis videatur intrepide aperiemus. Textus Hippocratis est,
„ τὰ κατ᾽ ὀσφὺν κατὰ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον χειφόμενα, ἀποσιτίαι
„ ἅμα πυρετῷ, τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν κτείνει ὀξέως τρόπῳ σπασ-
„ μώδει. Quibus ad lumbos tenues ac diuturni dolores, circum dextrum
„ Hypochondrium sese revolventes, nec non aversionem ciborum inducen-
„ tes, iis si dolor intentus ad caput repserit, statim homini necando est
„ quodam convulsionis modo. Male autem Latine reddidit ἀλγήματα χειφόμενα, Dolores euntes, quum nova hac voce proprietatem aliquam subindicare volit. Melius, dolores revolutos, retractos reductosque verteremus: ut horum causa primaria hepar esse videatur: Ilia autem sedes & locus in quo restagnantes residesque fuerint. Ex quo loco tandem, tamquam prima sede relicta, revolvantur retrahanturque. Nec abs re eos dolores in lumbis diuturnos esse vult, sed qui exasperentur repullulentque materia diuturno tempore efferata, ad id juvante febre, cujus meminit, quæ brevi humores contaminat ac efferat. Et quum exasperantur dolores ad hepar usque pertingunt veluti reducti aut replicati (ut sic loquar) quod vel membranarum continuitas efficere potest. Ac initio materia, sive ab hepate genita, sive in mesaræo creata ac cohibita, erat ἀήθης, sed deterior fit tempore, & febrem quæ tractu temporis succedit, & ἀποσιτίαν inducit, de qua in contextu Hippocrates. Dum autem vitiosa reddita est sese suo nutu ac vi movet, hinc dolores ad hypochondria χειφόμενοι. Et rursus incitata magis, & si dolor intendatur quaqua versus diffunditur, ac maxime caput ferit, hinc per istam μετάςασιν convulsivæ affectiones. Sic non abs re adjecit Hippocra-
„ tes: His dolor intentus ad caput, & quæ surgunt symptomata causam sui agnoscunt illum occultum virus quod cunctantes in ilibus humores acquisivere. Et ut vere dicam dolor iste χειφόμενος, iliaco simillimus est, unde veteres ut annotat Gal. in Comm. in partic. istam dolores γριφομένους vocarunt εἰλουμένους. Quæ vox ἀπὸ τοῦ εἰλεῖσθαι, a quo & εἰλεός, derivatur. Sic γειφόμενον & εἰλέμενον synonyma sunt aliquo modo. Et ne quis abs re dicat nos dolores γειφομένους iliacis similes asserere, præterquam quod affinitas significationis verborum, γειφόμενον & ἐνειλέμενον insinuat, huc faciet aucto-
„ ritas Hippoc. lib. de Glandulis: Quum, inquit, in ventre inferiore ma-
„ net phlegma a capite illapsum, pariuntur affectus iliaci diuturni, idest, dolores colicis assimiles. Sic explicat illos dolores γειφομένους. Sed in Prorrhetico explicat dolores γειφομένους quatenus & generationem, & locum in imo ventre nacti sunt, in libro autem de glandulis eosdem dolores γειφομένους, aut εἰλουμένους, aut ἰλιακοὺς (nil refert quomodo voces) intelligit, quatenus a capite originem suam repetunt. Porro veritati dictorum fidem facit communis rerum observatio. Nam usuvenit ut occulti in lumbis dolores per tempus aliquod excitentur, qui tempore majores vires nacti per orgasmum quemdam materiæ ita tumultuantur in ventre inferiore, ut tandem cerebrum, raptu humorum illuc facto, percellatur. Hinc diversæ symptomatum affectuumque ideæ prout in diversas cerebri mansiones humores irruunt

unt. De diversa symptomatum specie in diversis cerebri partibus locus est praeclarus apud Gal. Comm. in partic. 27. lib. 1. Prorrh. Relinquamus difficultatem quam movit Galen. in Comm. in illam partic. quae legitur 3. Prorrh. ordine octava. De voce, κατὰ λεπτόν, maneamus in obscura γειφόμενον. Ac primum non aliena a ratione est conjectura si dicamus verbum hoc γειφόμενον ἄλγημα, idem pene significare quod & τὸ ἀναδιδὸν, eodem libro, quum ex lumbis ad caput & collum ἀναδιδὸν, suppl. ἄλγημα aliquid mali portendere significat. Praeterea quum 2. Prorrh. vocat τοῦ ἀλγήματος ἀναδρομὴν, quid aliud quam τὸ γειφόμενον significat? Nempe, dolorem recurrentem, revolventem sese, orgasmo quodam sese incitantem. Vassaeus τὸ ἄλγημα γειφόμενον satis male Dolorem euntem vertit, quum nova hac voce aliquid aliud magis ἐνεργητικὸν notari voluerit Hippocrates. Nos autem vestigia aliquot leviter impressa eorum interpretum quorum confusas sententias Galenus citat, secuti τὰ ἀλγήματα γειφόμενα vertemus, dolores ad dextrum hypochondrium, qua latet hepar, revolutos, reductos, contractos, recurrentes, ut aliqua sit ἄμπωτις ἢ ἀναδρομὴ, ut hepar alias atque alias ob generationem pravae materiae quae postea ignava manet, horum dolorum auctor & causa esse dicatur: Et quum auctario adsit febris, non mirum si humores aliquid maligni acquisiverint ob caloris febrilis impressionem. Ac diuturni quidem sunt illi & cunctantur, quod initio materia non sit effera, vagabunda, nec orgasmo incitata, sed fixa quodammodo est; dolores tamen etiamnum ab illa surgentes materia errabundi sunt. Nam membranarum continuatio efficit saepe ut in uno loco causa doloris conclusa descriptaque sit, quum dolor tamen fixus non sit, ut in explicandis dolorum differentiis docet Galenus in lib. de loc. aff. cap. 7. lib. 2. Et vocat eum dolorem πόνον διαΐσσοντα, qui a parte primario affecta, velut a radice incipiens in partes adjacentes sese expandit. Unde saepe in lienis hepatisque inflammatione dolor ad jugulum pertingit. Sic dolor recurrit, revolvitur, reciprocoque motu agitatur. Initio quidem materia erat ἀήθης ἢ ἀδράτης, hinc diuturnitas, successu temporis contracta labes major quae vim animumque materiae dedit. Accedit quod sit credibile pravam διάθεσιν subesse aut in viscere ipso, aut in mesaraeo. Hujus rei fidem facit ἀποσιτία cujus meminit Hippocr. haec autem non adesset nisi visceri inustum esset vitium. Atque hujus aphorismi sensus videtur: Contingit ut aut vitio hepatis aut venarum mesaraicarum materia generetur quae cunctatione febrem advocat & aversionem ciborum, & pro motu illius aut fuliginosi ab ea vaporis decisi excitatique dolores nascuntur ex intervallis alias atque alias saevientes. Et dum ferociunt videntur convolvi, reduci, revolvique ad hepar tamquam primam sedem & principium. Ac humore mora deteriore facto adauctoque contingere potest μετάστασις, ἀναῤῥοπὴ, ἢ ἀναδρομὴ, unde convulsiones. Inde subjunxit Hippoc. τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν, si dolor intentus ad caput venerit. Et dubitari potest an doloris συντονία intelligatur aut in hypochondriis, aut in capite, translato jam humore. Ut enim gravia convulsionis symptomata surgant, verisimile est dolorem in capite intendi. Probabile quoque in hypochondrio tamquam in vetere sede dolorem

quo-

quoque crevisse ac intensum fuisse, ut inde raptus consequeretur: Et qui dolores erant mites & diuturni, facti sunt σύντονοι. Quum itaque γειφόμϑυον μεταφορικῶς dolorem reductum, revolutum, refractumque significet: Ita placet dolorem γειφόμϑυον interpretari, ac si dicamus quodammodo iliacum esse, ut dolor γειφόμϑυος dicatur quasi εἰλεύμϑυος. A quo εἰλεὸς Græcis dicitur. Unde quibusdam placuit, ut Galenus in Commentario illius Aphorismi docet, τοὺς ὑμένας ἐνειλευμένους, vocari γειφομένους, ac si tali affinitate vocum τὸ ἐνειλευμένον καὶ γειφόμϑυον synonyma exsistant. Ac ne quis putet temere nos dolores γειφομένους, cum doloribus iliacis comparare, præterquam quod affinitas significationis vocum γειφομένου καὶ ἐνειλευμένου (a quo εἰλεὸς deducitur) id suadet, habemus quoque & ducem Hippocratem lib. de Glandulis. Nam loquens de iliaca passione a catarrho nata, nimirum reside in intestinis phlegmate, aperte videtur explicare illos dolores γειφομένους. Græca verba sunt, ἀναμένοντος κάτω τοῦ φλέγματος, εἰλεοὶ τὰ πάθη χρόνια γίνονται, idest: Quum phlegma a capite in ventrem illapsum manet in eodem ventre; ileos parit, affectus diuturnos. Ac si dicat, parit affectus iliacos, torminosos, ac si volvi revolvique videantur intestina. Nec enim de ileo proprie dicto loquitur, quum non sit morbus chronicus, sed acutus. Itaque vere exprimit illos dolores reciprocos, non fixos, vagos, erraticos, torminosos, revolutos, quos, γειφομένους lingua sua vocat. Nisi quod libro de Glandulis loquitur περὶ ἀλγημάτων γειφομένων, sive ἐνειλευμένων, sive εἰλιακῶν, (ut sic loquar) quatenus a capite causa est, lib. Prorrh. autem περὶ γειφομένων, quatenus a viscere aliquo, nempe ab hepate prima dolorum occasio pendet.

TO. Δ.

ΔΥΣΘΑ'ΝΑΤΟΝ duobus modis sumi potest. Nam δυσθάνατοι, dicuntur qui tardius moriuntur: quum nimirum præter opinionem ægri vitam protrahunt, cum ratione morbi jam jam e vivis, aut propediem excessuri videntur. (Alio modo eos δυσθανάτους dicimus qui cum dolore moriun-
„ tur. Hippocrates partic. 20. sectio. 2. lib. 1. Prorrhet. scribit: Quibus ex
„ dolore aphoniæ, hi sunt δυσθάνατοι: Interpres vertit, *Cum dolore moriuntur*. In enarratione Galen. eum sensum recipit. Ea autem nititur conjectura quod Hipp. aphoniæ meminerit quæ cum convulsiva quadam affectione. At convulsio omnis dolorifica est. At vulgo videmus eos qui præ dolore aphoni redduntur magna cum difficultate interire. Ut δυσθάνατον, non solum tarditatem interitus includat, sed & intereundi difficultatem, quum scilicet convulsivo modo affecti jactatique plurimum intereunt, quod ægre anima à corpore sevocetur. Alii quidem cum dolore, alii sine dolore. Nam aphonia sæpe τὸ ἀναίσθητον accersit. Porro aphonia vel incidit in corpus, aut morbo, aut ætate confectum languidumque redditum, vel in florens ac robustum. Si corpus infirmum jam ac vietum, sine sensu ac dolore moriuntur jam ante ἄφωνοι redditi: Sin valens ac robustum, non sine vi magna ac contentione intereunt.

TO. E.

EΙΛΕΟ'Σ proprie volvulus est aut inflammato intestino, aut siccatis fœcibus, aut ob obstructionem, hanc parit crassus frigidusque humor aut acidus salsusve qui & stranguriam parit, hinc Aphor. 44. lib. 6. Queis ex stillicidio urinæ ileus, &c. Nescit quid sequatur Gal. Hippocrates illic ilei causam, & curationem docet. Causam, quum stranguriæ meminit. Eadem materia, loco distincta, utrumque morbum parit. Nam in vesica stranguriam parit, eadem in intestina translata volvulum. Stranguriæ causa pituita salsa acidave est aut in parte collecta, aut a cerebro illapsa, hinc Hippoc. lib. de Gland. docens quæ sequantur prolapsum pituitæ a capite, inter cetera meminit volvuli diuturni. Curationem, quum febris mentio fit. Nam necesse adesse febrem (quod male negat Fuchsius deceptus verbo ἐπιγίνεσθαι.) Nam si febris analoga sit materiæ, coquit, mitificat. Nisi quis dicat pituitam salsam calore febrili adhuc acui & efferari. Notandus autem hic locus est quo meminit ilei diuturni, quum ileus non sit chronicus morbus, sed e genere acutorum. Hoc autem καταχρηστικὸν est. Ac simili loquendi modo Hippocr. aut quicumque scripsit, statuit triplicem volvulum, unum hiemalem quum plumbea facies est: alterum arcuatum & velut æstivum: Tertium hæmatitem & autumnalem. Εἰλεοὺ hæc propria σημαινόμενα. Καταχρηστικῶς assiduam vomitionem affecto ore ventriculi a pravo humore significat Hippocrati in Coacis scribenti, οἱ ἰλυγγώδεες πυρετοὶ καὶ ἄνευ εἰλεῶν, καὶ μετὰ ἰλέων, ὀλέθριοι, febres vertiginosæ & cum ileis, & sine ileis perniciosæ. Quum vertiginosam febrem dicit sine ileo, vertiginem per propriam cerebri affectionem indicat a circumactu & inordinata convolutione spirituum a spiritu flatulento. Quum vertiginosam febrem cum ileo dicit, ab affectione ventriculi per consensum fieri intelligit, hinc vertigo illa ναυτιώδης, proprie non εἰλεώδης dici deberet, ut quæ cum cardiogmo & nausea conjuncta sit, concepto in ore ventriculi vitio, unde vomendi assiduitas. Hanc autem indicat nomine τοῦ ἰλέου, quod in iliaca passione vomitus adesse soleat: Immo vix sit volvulus sine vomitione, aut vomendi desiderio. Sunt qui dicant funestum jam esse volvulum quum vomitiones adsunt. Quod a vero alienum videtur. Galenus tamen in ea est opinione; In ileis (ait) nil ad inferiora descendit. Et hoc signum est quod separari non potest. Vomitus autem non semper adest, sed quum exitiales sunt. Contra tamen in plerisque apparet. Itaque non simpliciter dicendum vomitus adest quum exitiales sunt, sed vomitus stercoris. Atque ita legendum esse colligo ex eodem Galeno Comm. in Aphor. 44. lib. 6. In ileo, ait, nil secedit. Vomitus autem stercoris adest, quum exitialiter se habent ægri. Sic dicere possumus non omnem vomitum in iliaca passione perniciem significare, sed aut quum frequentior est, aut quum fæculenta chylosaque materia excernitur per os. Nam in prolapsu intestini facile excitantur vomitiones, & hæ non sunt funestæ: in aliis forte ilei speciebus perniciei aliquid designant. Atque ita nomen εἰλεοῦ generalius accipi potest, pro facilitate ad vomendum. Item pro vehementibus doloribus in quibus convolui intestina putantur, cum nonnullis vomitionibus,

ut in

ut in illo citato loco ex libro de Glandulis videtur. Nam ibi Hippocrates meminit ilei diuturni. Quis autem dicat ileon diuturnorum morborum classi adscribendum, si nomen ilei κυρίως sumatur?

ΕΜΠΙΠΤΕΙΝ & ἐπιπεσεῖν, ἔχειν καὶ ἔχεσθαι, οὐρεῖν καὶ οὐρῆσαι, τὰ ἰόντα: omnia hæc mixtim, significationem aliquam eximiam habentia explicare voluimus; non autem in suum unumquodque locum dirigere. Ἔχειν πλευρῖτιδα, & ὑπὸ τῆς πλευρίτιδος ἔχεσθαι, aliud est ait Comm. in Aphor. 16. lib. 6. Nam ἔχεσθαι, significat morbum superiorem esse ægro, & ἔχειν idem quod κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι, ὑπὸ τοῦ νοσήματος, ait Galenus. Eodem in sensu 6. Epid. dicit αἱμοῤῥοΐδας ἔχειν, idest, superiorem illis esse. Et Aphor. 26. lib. 4. ἔχεσθαι ὑπὸ τῆς δυσεντερείης in malam partem sumit. Et apertius loquens de Angina docet quid differant ἔχειν πυρετὸν & ὑπὸ πυρετοῦ ἔχεσθαι.

In varia significatione sumitur ἐμπίπτειν καὶ ἐπιπεσεῖν, unum est præsentis temporis, alterum indefiniti: ἐμπίπτειν multos insultus rigoris significat: ἐπιπεσεῖν unum tantum, quod diligenter in doctrina Hippocratis notandum est. Gal. Comm. in Aphor. 46. lib. 4.

Οὐρεῖν καὶ οὐρῆσαι significatione cohærent, sed excretionum numero & modo discrepant: nam quum quis pus mejere dicitur, id pluribus diebus & sæpe fieri dicimus: sed quum minxisse, Græce οὐρῆσαι, id aut semel, aut bis tantum fecisse judicatur. Ut in pulmonibus rupto abscessu & confertim per urinas excreto pure, dicitur æger οὐρῆσαι, non autem οὐρεῖν, ut particul. 8. sect. 2. lib. 1. Epid. colligere licet dum de excreto e pulmonibus pure stranguriam ex eventu efficiente sermonem habet. Et Leonicenus inepte in aphor. 80. lib. 4. αἷμα οὐρέῃ per verbum *minxerit*, reddit, quum *Mejat*, legendum sit. Quod parvi ponderis non est: ne quis de vocibus contendi existimet: hæc enim verba διορισμὸν habent.

Τὰ ἰόντα διαχωρήματα peculiarem habent significationem. Aliud enim ἰόντα, aliud ἐλθόντα significat in aoristo. Nam τὰ ἰόντα χρόνου μῆκος, ἐλθόντα τινὰ καιρὸν significat. Idest, quum dejectiones Venientes dicuntur, sensim id fit & per totum morbi tempus, sed quum τὰ ἐλθόντα, idest, Venerint, aliquid simul & semel & ἀθρόως factum dicitur: hoc symptomaticum non est sed criticum, illud symptomaticum. Vide Galenum Comm. in Aphor. 21. lib. 4. His finitimum est & assimile quod scribit Comm. in Aphorismum 60. lib. 5. Aphorismorum, ἣν γυναικὶ καθάρσιες πορεύωνται. Vim ponit magnam in verbo πορεύεσθαι, eamdemque proprietatem habent τὰ ἰόντα & πορευόμενα. Πορεύεσθαι enim ait Galenus parvam declarat non fieri excretionem, neque semel, sed sæpe & multum.

In quorum proprietate verborum admirabilis est Hippocratis industria: Nam tacite multa proloquitur, quæ si evoluta essent, magnos & eximios rerum Diorismos complecterentur. Quod quum alias tum in his verbis apparet. Exempli gratia, quum τὸ διαχώρημα ἰὸν dicimus, longe aliud significamus quam ἐλθόν, τὸ μὲν γὰρ ἰόν, aut naturæ summam infirmitatem & virium ruinam significat, nequeunte illa simul & affatim quod cumulatum est exigere foras: aut perennem talium excrementorum generationem fieri docet, & pro generationis

rationis ut ita dicam, tenore, sic excretionis modus est. In quo sæpe medici decipiuntur quum longo tempore & paucum excerni vident, naturæ coctionem longo tempore desiderant, ac nosse debent pigrum illum excretionis modum perennem in fonte conspurcato humoris fieri generationem; sed quum aliquid ἐλτεῖν dicimus, aliquid repente, vique naturæ factum insinuamus.

ΕΝΔΟΙΑΣΤΟ'Σ ἴκτερος, καὶ ἐνδοιαστὸν νόσημα, icterus & morbus vocatur dubius, anceps, ambiguus, ad utrumque vergens, qui quum suo more & indole sit malus aut potius funestus, non tamen omnem salutis spem adimat. Sic in Coacis Hippoc. ἴκτερον ἐνδοιαστὸν vocavit. Icterus, inquit, ante septimum diem malus, septimo nono, undecimo, decimoque quarto incidens indicat, μὴ σκληρύων ὑποχόνδεια, præcordia non indurans, idest, non conjunctus cum hypochondrii duritie (est enim hypallage Hippocrati familiaris.) Sin minus, idest, si junctam habeat duritiem Hypochondrii est ἐνδοιαστὸς, æque salutem ac mortem portendit. Quo in sensu 1. Epid. scribit τοὺς φθίνοντας ἐνδοιαστῶς ἔχειν, tabidos ambigue laborantes, quum eo res rediit ut non minus adversum rei eventum metuere liceat, quam secundum sperare. Item lib. 1. de morbis Hippocrates aptissime circa lib. initium explicat quid sit ἐνδοιαστὸν νόσημα.

ΕΠΑΝΑ'ΣΤΑΣΙΣ καὶ ἐπανάστημα, tumores, excrescentias tuberculaque significat. Et quum a verbo ἐπανίστασθαι derivetur, generaliter sumitur pro erumpere, assurgere, eminere, τὸ ἐπανάστημα eruptionem significat, extuberantiam. Unde apud Medicos ἀντὶ τοῦ φύματος sumi potest. Et Dioscorid. lib. 5. ἐπανισταμένας πομφόλυγας vocat, bullas apparentes. Nec absolute idem scriptum reperi. Galenus dum explicat quid sit ἐπίφυσις τῶν βλεφάρων utitur nomine Ἐπαναστάσεως non absolute, sed ait Ἐπανάστασιν esse ὀχθώδη. Unde nomen, Ἐπίφυσις. Et apud Dioscor. lib. 5. legitur τῶν φλυκταινῶν ἐπαναστάσεις. Quamquam apud Aristoph. τὰ ἐπαναστήματα absolute papulas, bullas, & phlyctænas significare volunt. Sed verba Græcorum Poetarum non sunt adducenda ut rerum proprietas his significetur.

ΕΠΑΝΑ'ΚΛΗΣΙΣ ἀπὸ τοῦ ἐπανακαλεῖσθαι, apud Medicos proprias quasdam significationes invenit. Absolute autem recursum quemdam velocem; revocationem & reversionem significat. Hanc usurpavit Hippoc. part. 16. sect. 2. lib. 6. Epid. In numerandis designandisque respirationis differentiis: διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις οἷον ἐπὶ εἰσπνέουσι, duplex ad interiora revocatio, ut in iis contingit qui super inspirant. Istam διπλῆν ἐπανάκλησιν, Aphor. 54. lib. 6. Aphorismorum, interpretatur, per has voces ἀναπνοὴν κλαυθμώδεα, suspirium luctuosum, vocant. Nam & ἐπὶ εἰσπνοέειν ad verbum, super inspirare dicetur. Idem lib. 4. Aph. 68. aphorismo, vocat πνεῦμα προσπταῖον, Celsus vertit, *elisam respirationem*. Porro hujusmodi ἐπανάκλησις, ad respirationis differentias quum refertur, aut convulsionem significat ut in febribus, aut angustiam instrumentorum, aut duritiem, aut facultatis moventis infirmitatem. Plura vi-

de

de Com. in Aphorismum 54. lib. 6. Item Comm. In Aphorismum 68. lib. 4. Et cap. 9. lib. 3. de Differen. Respiratio: Item cap. 2. lib. 2. de Causis Sympt. Præterea apud Hippocratem legitur τῆς θερμῆς ἐπανάκλησις, quum loquitur de effusione aquæ frigidæ multæ juveni bene habito, mediaque æstate. Et quum calor hieme intro contrusus seipso validior effectus est, vique extimam superficiem illustrat, id dicitur fieri per quamdam ἐπανάκλησιν.

ΕΠΑ'ΝΘΙΣΜΑ ἀφρῶδες, apud Hippocratem in Prorrhetico legitur particul. 21. sect. 1. lib. prioris Prorrh. Latine reddi potest, spumans quædam efflorescentia, quum veluti flos quidam supereminet emicatque in biliosis dejectionibus sinceris. Eamdem quoque vocem in urinis ἐπάνθισμα usurpat, Hippoc. part. 25. lib. 2. Prorrhet. Et vocat quoddam ἐπάνθισμα rubrum, aliud æruginosum. Nam ἐπανθεῖν, a quo ἐπάνθισμα καὶ ἐπανθισμὸς apud Dioscoridem efflorescere, significat. Verba Græca adducemus & Latina faciemus quoniam in verbo παρενεχθέντι, video multum laborare interpretes, quum tamen intersit quo in sensu accipiatur. „ Ἐπὶ χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακόν. ἄλλως τε καὶ ὀσφύϊ προηλγηκότι, καὶ παρενεχθέντι. „ In dejectionibus alvi biliosis meracisque si spumans efflorescentia appareat malum: idque quum alias, tum si illi lumbi prædoluerint, & eæ dejectiones intestina permearint; ita Leonicenus. Alius interpres vertit verbum παρενεχθέντι, si mente motus fuerit: utraque interpretatio longe sui dissimilis est. Et si dicamus ægrum & ante doluisse, & mente motum fuisse; videbitur pars materiæ in caput rapta esse, & illic mentis alienationem aliquam peperisse: immo & spumam ipsam quæ committit illud ἐπάνθισμα a capite esse, ut versus sit aphorismus 30. lib. 7. „ Quibus in fluxionibus alvinis excrementa spumant, iis a capite pituita est; ut de bile idem dicatur, quod & de pituita. At Galenus non agnovit istum raptum ad caput, & proinde nulla mentis motio est. Immo & in Commentario ipsius aphorismi Prorrh. Utitur participio παρενεχθὲν quatenus pertransire, permeare, & perrumpere significat. Quod arguit vocem παρενεχθέντι, non jam ad mentis emotionem, perculsionemque referri (tametsi apud Hippocratem παρενεχθῆναι, passim παρακρῦσαι καὶ παραπαῖσαι significet) sed ad significatum aliquod longe generalius. Verba Galeni hæc sunt dum docet cur cui biliosa „ ista sit dejectio lumbi prædoluerint: Lumborum, inquit, dolor præcedit, „ διὰ τὸν δακνώδη τὸν ἐν τοῖς ἐντέροις χολὴν διερχομένην, τοῦ γὰρ τοιούτου διαχωρήματος παρενεχθέντος τοῖς ἐντέροις, οὐ τοῖς κατ' ὀσφὺν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς ὀδύναι τόποις ἐπακολουθοῦσιν. Interpretabimur posteriorem periodon: „ Ejusmodi enim excremento mordaci per intestina permeante ac traducto, non ea tantum quæ „ circum lumbos sunt dolores exercent ac consectantur, sed & reliqua omnia. Ubi patet vocem παρενεχθέντος ad διαχώρημα pertinere, ut διαχώρημα παρενεχθὲν, idem sit quod διερχόμενον, idest, permeans, pertransiensque. Aliquis dicat, cur Hipp. non scripsit in genitivo παρενεχθέντος διαχωρήματος, sed sine sensu in dativo scripsit παρενεχθέντι supple ἀνδρὶ, ut ad hominem referat, quod ad dejectionem referri debet? Respondere facile est: Auctor libri Prorrh. Improprie in multis & confuse locutus est, quod Gal. emendavit. Sed sit Hippocrates qui scripserit, non est hoc novum & insolens ut Hippocrates sua utens prisca aucto-

auctoritate id accommodet rei, quod personæ quadrat, aut contra, ut quum δυσεντεϱικὰ usurpat pro iis qui torminibus laborant, & ἐπιληπτικὰ σπασμώδεα, idest, οἱ ἐπιληπτικοὶ σπασμῶνται. Et sic in ceteris dixit, ὀσφὺν πϱοηλγηκότι, quum homo lumbos ante doluerit: subjungit, παϱενεχθέντι, ac si dicas vim vocis exprimens: Homini transmigrato, traductoque ab humoribus biliosis, idest, cui humores biliosi acres intestina permeando contorserint afflixerintque. Et hæc interpretatio magis Hippocrati & veritati congrua est. Quum itaque Hippocrates ait malum esse hujusmodi efflorescentiam serosis & biliosis sincerisque dejectionibus supereminere lumbis ante dolentibus, ratio est, quod dominatus caloris acris & febrilis significetur; a quo agitetur materia, & agitata spumam edat. A motu enim valido, & calore præsertim paullo majore partes materiæ crassioris refringente & pervadente spuma editur. Nam verum est quod scribit Galen. Com. in partic. 15. lib. 2. Prorrhet. Spumans & sincera dejectio semper pravæ affectionis signum esse. Quo loco tria consideranda sunt huc maxime conferentia. Primum est, an spuma a calore & frigore fiat ut placet Gal. Comm in partic. 21. sect. 1. lib. 1. Prorrh. Secundum, an biliosa excrementa spumam edere possint quum tenuia sint: materiam autem opportunam ad spumam generandam crassiorem & tenaciorem, præsertim si futura spuma stabilior (nam materia humida & spirituosa simul nata est spumam generare. Com. in Aphor. 43. lib. 2. Aphor.) esse oporteat, ut spiritus agitans partes minime obsequentes spumæ auctor sit. Tertium an spumans omnis excretio præsertim si per alvum fiat a capite sit: quum sit Aphorismus Hipp. lib. 7. tricesimus: Quibus in fluxu alvi excrementa spumant, iis a capite pituita est. Plerique enim Medicorum quum spumantes dejectiones vident, conjiciunt subinde caput mali scaturiginem esse. At decipiuntur plurimum ut nos paucis aperiemus. Tria hæc capita brevi explicabuntur. Ac primum quidem de causis spumæ efficientibus. Illo citato Comm. Prorrhetici frigus & calorem spumæ auctores statuit exemplo aquæ ferventis, & agitati a vento maris, in quo spumam ad frigus refert. Quod errore non vacat. Nam locis aliis infinitis adducto Maris agitati a ventis exemplo, & aqua, duas causas statuit, Calorem, & motum, Com. in Aph. 43. lib. 2. Aph. Comm. vero in Aph. 30. lib. 7. non frigoris sed motus meminit qui spumæ auctor est, & non simpliciter motum dicit: sed ἀνώμαλον κίνησιν, Comm. in Aphor. 43. lib. 2. vocat loquens de ventis πληγὴν ἰσχυϱὰν, quod aliis locis vocat κίνησιν, Motum inæqualem: Immo & Motum præcipue auctorem facit hujus rei, nam flatuosum spiritum diffringit: Et ita diffractus inæqualiter per materiæ viscosæ partes rapitur, unde spumæ generatio: Sic quum Motus meminit Galenus addit: Nonnumquam & calor auctor est. Ac si dicat non tam præcipuam causam esse. Unde Comm. in Aphor. 43. lib. 2. quum spumæ causas meminit, Calorem, & Motum: quasi correctione aliqua utens addit: Nisi forte & calor faciat aliquid ad spumæ generationem propter motum. Ut ex iis locis Motum inæqualem unam ac primam spumæ causam assignemus. Nam calor dissipare potest: frigus compingere, coercere, nedum diffringere, dividere, ut flatuoso spiritui sese in partes materiei insinuantis via pateat. Hinc Com. in Aphor. 30. lib. 7. loquens de peripneumonicis, pleuritici raro spumosum

san-

sanguinem edunt (quamquam pulmonis substantia nata sit talem sanguinem dare) rarius peripneumonici, ob calorem ait intemperantem, & igneum in pulmone contentum. Quo ex loco patet calorem igneum impedire spumæ generationem licet pars consentiat. Contra sentit Com. in part. 47. lib. 2. Progn. Ubi ait calorem igneum efficere flatulentum spiritum & ex consequenti spumam ut illo loco colligere est. Item. Com. in partic. 1. lib. 3. Prorrh. Spumæ materia est humida & spirituosa ex Com. in Aphor. 43. lib. 2. Utramque materiam oportet dividi, confringique prius mixtam inter se: duo itaque requiruntur μίξις κ̀ θραῦσις. Mixtio utriusque: Confractio a spiritu flatulento qui per motum incitat, movet, dividit, confringit præsertim materiam glutinosam. Talem eam esse oportet quæ spumam est generatura. Com. in Aph. 30. lib. 7. paullo aliter rem considerat. Exempli gratia spuma a pituita agitata excitatur. Pituita materia est, non dicit ut alio loco, materiam esse humidam & spirituosam: Deinde, ait, πνεῦμα φυσῶδες est causa conjuncta pituitæ, suppl. conversæ in flatum (alioqui locus esset obscurus, quum pituita sæpe causa sit flatuosi spiritus) idest, spiritus est causa cur materiæ partes dividantur, percellanturque, unde spuma. Et talis causa conjuncta nempe πνεῦμα φυσῶδες, miscetur cum materia pituitosa (inquit) utiturque motu inæquali ad spumæ generationem. Et idem spiritus diffringitur per motum, & pituitam in minutas partes diffringit. De eo motu & causa spumæ Hippoc. initio lib. de Genit. disputans cur spumosum sit sperma. Diversa quidem hæc sunt verbis, sed re conveniunt. Difficultas tantum oritur hæc: in 2. aphorism. aphor. 43. constituit causam materialem, humidam & spirituosam substantiam, quam utramque vult misceri, & refringi a motu valido, aut a calore, & sic aut bullas aut spumam excitari: Septimo autem aphorismorum unam causam materialem constituit, exempli gratia, pituitam, cum qua mixtus spiritus flatuosus utens motu vehementi, ac veluti in se confractus, materiam ipsam refringit. Sic uno in loco πνεῦμα & aerea substantia est pro materia, in 7. Aphorism. pro causa conjuncta. Revera clarius apertiusque & melius rem docuit in loco isto septimi aphorismorum: Nam substantia spirituosa non est causa materialis ut ex 2. aphorismorum licet colligere, sed est quid diversum a materia ipsa glutinosa, aut crassa paullum quæ in partes dividitur ac discutitur. Sic motus, & calor flatuosam substantiam ut remotior causa θραύει, refringit, agitatque: deinde flatuosa substantia admixta alteri materiæ tamquam quid συνεχόμενον, idest, causa continens, istam materiam refringit quoque, unde spuma. Et causa motus illius, quem κίνησιν ἀνώμαλον vocat, & 2. aphorismorum, πληγὴν ἰσχυρὰν, & in 2. Prognost. βιαίαν ἔμπτωσιν, partic. 47. quique motus primum impellit substantiam flatuosam, sæpe inclusa est in ipsa materia flatuosa. Quomodo intelligi debet locus admodum obscurus Com. in Aphor. 30. lib. 7. τῆς δὲ τοιαύτης αὐτῷ κινήσεως ἥ τε οἰκεία φύσις αἰτία. Talis vero motus (qui „ auctor est spumæ secundarius & veluti προηγούμενος) qui ipsi adest (suppl. „ spirituosæ substantiæ, quæ causa est conjuncta pituitæ in spumam versæ) propria natura causa est; idest, in materia ipsa spirituosa inclusa est causa motus aliquando, aliquando a calore est. Immo (quod mirum est) in ipsis corporibus in quibus spuma generatur, ut quum sputum spumans fit: Calor ipse, aucto-

re Gal. Com. in part. 47. lib. 2. Progn. ſive caliditas ignea colliquans(nec enim, Conſumens, verto ut interpres, quum in Græco ſit, συντηκομένη θερμασία) & ſimul ſpirituoſam ſubſtantiam efficiens in multis ægrorum videri poſſit ſpumam generare. Non enim in corporibus noſtris exſpectare oportet vehementem motum aliquem: ſed calor ipſe multus materiam agitat, ſpiritum flatuoſum excitat, qui deinde mixtus in craſſiore materia, motus a ſe cujuſdam principium habens in partes frangit, indeque ſpumæ occaſionem dat. Sed hæc de ſpuma longiora. At rei de qua actum eſt cognitio fructuoſa, & locorum apud Galenum controverſia commentandi deſiderium auxit. Eorum quæ docenda inſtitueramus ſecundum eſt, ut quæratur, an excrementa bilioſa ſpumam edere poſſint, quum tenuia ſint: materiam autem ſpumæ generatricem craſſiuſculam eſſe oporteat. Tribus modis reſpondere licet, idque ſuccincte: Spuma vel eſt fugax, & bullæ inſtar; vel eſt permanens. Si futura ſpuma aut bulla fugax, tenuem materiam eſſe oportet: Exempli gratia, aqua eſt quid tenue, & propterea flatuoſus ſpiritus ſpumæ auctor non coercetur diutius, hinc in mari non eſt ſtabilis bulla. Gal. Commentariorum in part. 47. lib. 2. Progn. Et Commentariorum in Aphor. 34. lib. 7. Et duobus modis ſpuma fugax eſt, tum quum tenuis eſt materia tum quum ſpiritus flatuoſus cogitur ſuperiora capeſſere, ut quum ab igne excitatur. Sin ſpuma ſtabilis erit, & materiam glutinoſam eſſe oportet: & ſpiritum ὁμιχλώδη, ideſt caliginoſum. In bilioſa dejectione poteſt eſſe ſpuma fugax: unde appoſite Hippoc. non vocat in dejectionibus bilioſis ἀφρὸν, ſed ἐπάνθισμα ἀφρῶδες. Sed 7. Aphor. loquens de pituita a capite labenti vocat ἀφρώδεα διαχωρήματα. Quod notandum. Secundo modo, dejectiones bilioſæ habent etiam ſuam craſſitiem. Et licet non habeant, nil attinet tamen quum aqua in ſpumam verti poſſit. Tertio modo, quod dejectiones iſtæ bilioſæ ſinceræ dicantur ab Hippocrate, id facit ad ſpumæ ſtabilitatem. Nam docuimus ante in dictione ἄκρατον, omne ſincerum ſeipſo craſſius fieri: propterea calore febrili agitatæ in ſincera excernenda materia poſſunt flatus & ſpuma excitari. Ad tertium jam accedamus, an quum ſpumans dejectio eſt, a capite materia in ſpumam verſa deſcendat ut cenſet Hippocr. Aphor. 30. lib. Sic ſi hoc verum eſſet, bilioſæ iſtæ dejectiones & ſinceræ quæ ſpumans aliquid emicans habent, id a capite habere viderentur. At talis ſpuma in inteſtinis & lumbis fit agitante calore bilioſam materiam. Nec ad caput ferri neceſſe eſt ut ſpumoſam naturam acquirat. Unde ſi vocem παρενεχθέντι, quis interpretetur ut Cornarius, ideſt, ut ſignificet, Mente motum & deſipientem, dabitur occaſio errori graviſſimo, ut nimirum credat quis tranſlatum humorem bilioſum alienationem mentis effecturum, & a capite ſpumoſam naturam nactum fuiſſe. At Cornarii interpretatio expuncta eſt. Accedit quod nec verum quidem ſit, ſi ſpumans dejectio fuerit, a capite id eſſe. Quod ab Hippocrate quidem dictum, ſed confuſe & ἀδιοείστως, ut ait Gal. Nam & cauſis ſpumæ in venas, & circum ventriculum concurrentibus, ſpumoſæ excretiones ſurſum deorſum eſſe poſſint, ait Gal. In Colicis doloribus ab agitatione impulſioneque flatus, excernuntur ſpumantia bubulo ſtercori ſimilia, & in aqua natantia, quum a capite id non pendeat, Gal. cap. 5. lib. 2. De loc. aff. Nec ſpuma

omnis

omnis materiam pituitam habet in corpore. Propterea non necesse est adesse pituitam eamque a capite. Item recentiores annotant in dysenteriis materiam mucaginosam calore æstuante exagitante spumosa excerni, quum nil a capite emanet. Et in melancholicis hypochondriacis in quibus circum præcordia calor est coercitus in multa materia pituitosa & flatulenta spumantes excretiones observavimus. Ita autem cum diorismo possumus veritatem inquirere aphorismi illius lib. 7. cujus non negligenda utilitas, quum pauca admodum ab Hippocrate negligenter dicta sint. Primum si longiora alvi profluvia sint, verisimile est e capite frigidum humorem descendere qui foveat fluxum. Ita enim lib. περὶ παθῶν, Hippocr. longorum alvi profluviorum causam a capite accersit: quumque diuturnitate profluvii languidior sit calor, pituita ista facile agitatione flatuosi spiritus ob inopiam caloris generati aliquid simile spumæ habere potest. Quod excrementa referunt. Nec enim in capite pituita tam facile in spumam verti potest, tametsi loco citato pituitæ sedes constituatur. Accedit quod argumenta sint probabilia delapsus materiæ pituitosæ vel jam actu a capite naturam spumæ habentis, vel habituræ, si gravitas capitis sit, si æger catarrhis obnoxius: si vesperi dolores repullulent: si salivatio multa. Etenim eadem materia quæ salivam in ore ministrat, multa affatimque illabens in ventriculum alvi profluvium promovere potest, & spumosas efficere dejectiones. Tamen ut libere quod sentio, eloquar, e numero aphorismorum verorum ille aphorismus rejiciendus videretur: ut qui multis rationibus falsus convinci possit.

ΕΠΙΓΙ'ΝΕΣΘΑΙ, ἐπιγενόμενον, & ἐπιγέννημα crebro ab Hippocrate & Galeno usurpantur: nec plane constat adhuc quorsum hæc verba spectent, an in bonam semper, an in malam accipiantur partem, an vero in utroque sese jactent atque ambigant. Peculiarem autem habent significationem apud Medicos, ut ἐπιγίνεσθαι dicamus, supervenire, auctarii vice accedere, cum ἐκείνου διαμείναντος ἕτερον προσγένηται, idest, quum remanet id quod prius erat, & aliquid aliud auctario succedit adjiciturque, ut Gal. docet Com. in Aph. 11. lib. 7. Aphor. Ac si causæ morbificæ productio sit aliqua unde alius morbus nascatur. Verbum hoc & ad morbos & ad symptomata refertur: Nam & morbi quidam ἐπιγίνεσθαι dicuntur, ut quum pleuritidi peripneumonia supervenit: aut peripneumoniæ pleuritis, quamquam rarissime, ut docet Galenus Com. in illum aphorismum lib. 7. Et illic proprie ad morbos, τὸ ἐπιγίνεσθαι refertur: Item & symptomata ἐπιγίνονται, ut quum mulier diutius fluorem passa est, unde ob inanitionem a præeunte evacuatione viribus impare, vel convulsio, vel animi defectio insequitur, aphorismo 56. lib. 5. hæc enim symptomata sunt ob morbum adauctum. Galenus Com. in Aph. 12. lib. 1. signorum Epitomen dum consectatur signa ea in παθογνωμονικὰ καὶ συνεδρεύοντα, καὶ τὰ κρίσιμα, & τὰ τῆς πέψεως καὶ ἀπεψίας, σωτηρίας ἢ ὀλέθρου distinguit. Παθογνωμονικὰ rei essentiam consequuntur necessario, nec ab ea sejungi separarique possunt. Ex assidentibus autem alias cum morbo invadunt, alias superveniunt, alias ne omnino quidem adsunt. Sic ad τὰ συνεδρεύοντα, ea quæ vulgo ἐπιγινόμενα dicunt, referentur: ut quum febri aut dolor capitis aut fa-

stidium supervenit: quamquam multa quæ inciderint, e morborum classe esse possint, ut quum febris aut tertiana, aut continua processit, & forte pleuritis incidit τὸ ἐπιγενόμενον dicitur, & morbus tamen est. Occurrunt autem ex Galeno loci aliquot in quibus expresse manifesteque declarat vim verbi ἐπιγίνεσθαι. Atque præ ceteris Com. in Aphor. 35. lib. 6. quum Hippocrates scri-
„ bit: Aqua intercute laboranti si tussis superveniat, malum: eo loci Galenus scribit morbos symptomataque proprie supervenire dici, quæcumque ratione adaucti morbi fiunt. Quo ex loco patet τὰ ἐπιγινόμενα, quatenus signa sunt, oportere necessario aliquid commune affineque habere cum morbo qui adest, ut id quod supervenit adjiciturque sit agnatum consectariumque suæ generationis principia in priore morbo & adjacentibus pathognomonicisque sita ac posita habens. Ut ea ratione, si pleuritis hominem tertiana febre conflictatum adoriatur, quia nulla affinitas, & commercium pleuritidi cum tertiana febre intervenit, non proprie dicatur tertianæ ἐπιγίνεσθαι, sed homonymos tantum, & per κατάχρησιν. Quo in sensu multi morbi multaque accidentia in aphorismis dicuntur his aut illis morbis supervenire, quorum partim e vivis morbi antecedentis radicibus producta videri possint, partim nihil tale habeant. Oportet enim & societatem generis nervosi, & translatæ materiæ incitationes & ῥοπάς, aut operis communionem aut viciniam considerare in τῶν ἐπιγινομένων omni ratione tenenda & natura perscrutanda, alioqui frustra omnis opera ludetur. Atque ne hic nimium nos producamur & magis quam disputationis ratio postulet, quod in his explicandis rerum ordo trahere nos possit, & orationem in eum locum promovere unde enatare nequeat, resumamus id exempli quod ex Hippoc. lib. distinctionum sexto traductum est, & cujus ergo Galenus vim, energiam proprietatemque τοῦ ἐπιγίνεσθαι explicavit: Tussis, inquit, aquæ intercuti superveniens, malo est, ut signum, quia significat materiam in abdomine contentam jam ruptis carceribus ac repagulis suis coerceri amplius non posse, unde translatio ejus sequitur, & partium respirationi servientium oppressio ac occupatio: Quod quum contingit, quæ spes de morbo reliqua est? Sed si a tenui destillatione cujus caput auctor & princeps sit, tussis oriatur, an ἐπιγίνεσθαι dicetur? Nequaquam: quia nil commune cum morbo habet: nec ad malum, nec ad bonum apparet (quamquam forte abesse melius esset quantulumcumque illud sit incommodum quod afferat:) Denique sus deque haberi debet, sive tussiat, sive non tussiat is quem hydrops occupavit. Sed quæ tussis a raptu, impetuque humoris in abdomine tamquam ergastulo coerciti, sed qua data porta erumpentis, hydropicum hominem adoritur, ea mala est, & vere ἐπιγινομένη dicitur, aucto deterioreque facto morbo: Itaque a morbo ipse tamquam primaria sui causa pendet, non autem de foris est aut ab alia causa longius repetita. Galenus vocat Com. in Aphor. 35. lib. 6. ἐπιγεγονέναι τι λόγῳ τοῦ νοσήματος, οὐ διά τινα πρόφασίν τινα. Et Com. in Aphorismum 16. ejusdem libri vocat τῷ λόγῳ τοῦ νοσήματος ἐπιγεγονέναι, ut nil sit πρόσκαιρον ἢ πρόδηλον. Quæ omnia eodem pertinent, diligenterque notari debent. Alioqui omnes crediderint & omnem tussim quæ in hydropem incidit funestam esse, & tamquam ἐπιγέννημα. Reperio enim tussim quamdam in hydrope esse veluti ipsius affectus παθογνωμονικόν. Quod ne cui absonum videri possit,

„ audiendus

„ audiendus Hippocrates par. 3. lib. 2. Progn. Quibus ab jecore hydrops, iis „ tussis est, & θυμός, idest inanis ad tussiendum incitatio. Argutulus ita concludet: Ergo illa tussis quocumque in tempore inciderit malum portendit: Præterea, omnis hydrops ab hepate, quia nullus hydrops qui originem suam ab hepate non repetat tamquam a principe τῆς αἱματώσεως, in cujus τῇ ἀποτυχίᾳ, hydropis natura & ratio vertitur: Si omnis ab hepate hydrops principium accersat, omnis comitem habebit tussim, si vere dixit Hippocrates. Neutrum valet stareque potest: Nam & non necesse omni hydropi advocatam esse comitemque tussim, tametsi in omni hyposarcidio aut tympanite, aut ascite hepar necesse sit laborare: Nec item necessum omnem quæ hydropi advenit tussim, ut malum esse signum. Nam quum Hippocrates hydropi ab hepate nato comitem tussim assignat, de generatione hydropis in morbo acuto nempe hepatis inflammatione mentio facta est: Illic autem ob phlegmonem aut phlogosin hepatis ratione vicini diaphragmatis transumitur serum & ichor acris qui stimulum tussiendi afferat. Et hæc tussis veluti παθογνωμονικὸν est hydropis ab hepate nati primario, per se, non autem secundario. Hippocrates enim libro eodem Prognost. alterius hydropis originem repetit ἀπὸ τῶν κενεώνος. Ille autem hydrops non accersit tussim. Non quin oporteat, antequam morbus hydropum centuriæ adscribatur, hepar affici: sed aliud est per se & primo affici, aliud secundo. Quid si dicamus ex lib. περὶ παθῶν, & περὶ νούσων, lieni hydropem acceptum referri tamquam auctori primario? Sed hæc non sunt hujus loci neque instituti. Ut autem longius non evagetur oratio nostra, dicemus trifariam tussim incidere posse in hydropem, aut tamquam παθογνωμονικὸν, (sumto nomine paullo latius ut severioribus vocum aucupibus iniquius observandi occasio adimatur, quoniam nos hujus rei primarios auctores clarioris doctrinæ gratia profitemur) ut est illa tussis quam comitem esse hydropis ab inflammato hepate nati diximus: Aut tamquam commune symptoma, quod nimirum πρόφασιν φανερὰν agnoscit, aut distillationem tenuem a capite, aut refrigerationem, ut si hydropicus sub dio dormiverit: Aut incidit tussis tamquam κυρίως dictum ἐπιγέννημα, ratione morbi deterioris redditi & vires nanciscentis majores. Quæ omnia eo consilio produximus & dilatavimus, ut rerum distinctiones potius quam minutas argutias consequamur. Sunt qui apud Hippocratem verbum ἐπιγίνεσθαι, malam in partem accipi semper velint. Quod probabile esse videtur si descriptio significatioque ipsius verbi limetur, & ad unguem exquiratur: nam ad αὔξησιν morbi sequitur: quo autem major morbus deteriorque, eo pejus de ægris meretur. His assentitur auctor libri περὶ παθῶν, de morbis loquens: Quoties, ait, morbus unus alteri supervenit (uti„ tur verbo ἐπιγίνεσθαι) ut plurimum hominem necat. Nam quum ægro debilitato fractoque morbo morbus ἐπιγίνεται, perit priusquam prior morbus desinat: Hoc ex loco patet oportere priorem morbum remanere ut vel alius morbus, vel symptomata proprie dicantur ἐπιγίνεσθαι. Hæc enim vis est τοῦ ἐπιγεννήματος, ut non confundatur ἐπιγέννημα καὶ σύμπτωμα, alia atque alia est horum ratio, quamquam primo quasi obtutu eadem videntur. Ἐπιγενόμενον enim semper incidit ratione aucti morbi, non quovis tempore nec quovis modo, ut explicat Gal. Com. in Aphor. 58. lib. 5. dum rationem reddit cur inflammato hepati

hepati singultus superveniat; Non absolute, (inquit Galenus) affectus affectui dicitur ἐπιγίνεσθαι, sed iis demum affectibus qui magnitudinem commemoratione dignam assecuti fuerint. Ut quum hepar fervet singultus supervenit, ob communionem nervorum, non quovis tempore, sed quum malum increverit. Ac si dicat, symptomata communia quovis tempore & modo irruunt, sed τὰ ἐπιγενόμενα quum adsunt, non simpliciter morbum adesse oportet, sed augeri, increscere, cujus incrementi argumenta signaque dant ἐπιγινόμενα: Horum exempla multa attulimus, & perspicua petentur ex aphorismis 17. 18. 19. & 20. lib. 7. Aphorismorum, ut tantum deteriore morbo facto symptoma, ἐπιγίνεσθαι dicatur. Sed in explicatione proprietatis verbi hujus primas habebit Comm. in Aphorismum undecimum lib. 7. ubi exacte differentias verborum duorum μεταπίπτειν καὶ ἐπιγίνεσθαι assignat. Nam demutari aliquid dicitur quum priore adempto novum succedit: sive prius in posterius conversum fuerit, sive servetur species morbi, sive genus, sive non servetur, ut quum pleuritis in peripneumoniam mutatur, hic μετάπτωσις est non autem ἐπιγένημα, sed si pleuritidi manenti succedat peripneumonia per materiæ communicationem, & consensum partium respirationem spectantium, hic non μετάπτωσις, sed ἐπιγένημα est: Et illud ἐπιγένημα, malum est per se & absolute, addit-
„ que Hippocratis Aphor. interpretans Galenus, ἅπασα τῶν οὕτως ἐπιγινομένων
„ σύστασις οὐ σμικροῖς οὐδ' ἐπιεικέσιν ἕπεται νοσήμασι ἀλλὰ μεγάλοις καὶ κακοήθεσι: Idest, omnis natura, vis & constitutio eorum quæ sic superveniunt est ut non morbos parvos & benevolos, sed magnos & male moratos consequantur: ubi nomen σύστασις Leonicenus pingue nimis & obscure vertit, *Consistentia*. Ex hoc autem Galeni contextu patet non semper ἐπιγενόμενα, hoc habere peculiare ut pravis affectionibus adhæreant: sed loquens peculiariter de pleuritide cui peripneumonia supervenit, dicit Hippocratem hoc loco περὶ ἐπιγενομένων agere, quibus hoc sit vernaculum, ut statim mala sint: quasi dicat contingere posse, ut nomine paullo largius sumto non ita malum significent ut in hoc loco. Tamen ante demonstratum est e natura esse τῶν ἐπιγενομένων, ut non nisi morborum tempus deterius consequantur, & morbi incrementum. Nam quum in sympathia sæpe τὰ ἐπιγινόμενα appareant, ut nos docuimus, pote in inflammatione cerebri singultus, Com. in Aphor. 3. lib. 7. In inflammatione jecoris singultus, in inflammatione recti intestini stranguria, in peripneumonia phrenitis, in pleuritide dolor ad jugulum: Hæc omnia sunt supervenientium numero adscribenda ratione sympathiæ, sed non ea superveniunt semper, sed quum adaugetur affectio. Quod si verum est, non possunt non ἐπιγινόμενα malum significare. Tamen duo hic annotari possunt: prius quidem, τὸ ἐπιγίνεσθαι, in bonam partem accipi posse: posterius unum & idem potest dici ἐπιγινόμενον, ad malum apparens, & ad bonum, habita ratione diversa. Quod absolute bonum si-
„ gnificet, patet ex Aphorismo 1. lib. 6. In longo alvi lævore ructus aci-
„ dus qui prius non erat superveniens, bonum. Nam & malus per se, & ex eventu bonus judicatur. Quod si explicare animus esset, finis non esset: Item Aphor. 11. lib. 6. Aphor. 13. lib. 6. Aphoris. Hæmorrhoides ab atra bile vexatis supervenientes bonæ: Et Aphor. 13. lib. 6. Sternutatio superveniens

veniens bono est: Et Aphor. 15. Longo alvi fluore detentis vomitus spontaneus si supervenit, bonum est. Quibus ex locis apparet absolute verbum ἐπιγίνεσθαι ad bonum apparere. Nunc ad posterius a nobis paullo ante propositum descendamus, nimirum idem ἐπιγινόμενον boni malique speciem præ se ferre posse. Aphorismus est 16. lib. 6. A pleuritide aut peripneumonia habito alvi profluvium si supervenit, malum. Quæstio non abs re & ad hujus quod instituimus, explicationem spectans potest proponi: An non fluor alvi pleuritico superveniens bonus? Nam Hipp. in Coacis scribit: Si] in febrem continuam pleuritis incidit, alvusque sero bilioso solvatur, bonum; sic in pleuritide fluxus alvi est opportunus. Dicendum hoc ineunte morbo: derivatur enim humor qui pleuritin fecerat, aut per colliquationem a febrili calore, aut per metastasin, & in multis ægris observavimus, profusionem alvi juvisse multum & veluti pleuritidem solvisse quum fere nil sectio venæ contulisset. Hic duo triave consideranda sunt; an morbus prior per se malus sit, deinde an pleuritis ex se causa esse alvi fluoris esse possit: Tertio, cur fluor non absolute malus. In aphorismo præsenti constat de morbi magnitudine, nam nomen, ἐχόμενος, ut hic docet Galen. & Comm. in Aphor. 26. & 34. lib. 4. significat eo morbum progressum ut ægri potens sit, quod per se malum est: Ideo si fluor succedat, malum ut signum & causa, ut signum quia inflammationem adeo crevisse significat ut aut ventriculum, aut hepar aut utrumque in contagionem trahat, ut docet Galenus in Commentario Aphoris. Nam (ut de secundo scopo dicatur) quum alvus profunditur per compassionem, ut sic dicam, hepar afficitur ut non trahat alimentum, nec si trahat, in sanguinem convertat, aut ventriculus, ut cibos corrumpat. Sed non omnis pleuritis hoc facit, sed quæ mala est, quæ increvit plurimum. Præter has Galeni rationes quibus alvi fluor pleuritidi contingit una est valdeque probabilis Com. in part. 39. sect. 2. lib. 6. Epid. Quum videlicet a pure contento in thorace aut membranis sanies ichorque manat qui ferit intestina & fluorem proritat. Aliter 1. de morbis ait in purulentis turbari alvum. Turbatur a phlegmate a capite allabente. Unde anno 1573. pleuritides plerasque vidimus funestas quæ & vomitiones perpetuas afferrent, & summam virium imbecillitatem parerent, quod inflammationis vis ad partes nobiles præsertim cor & ventriculum perveniret. Et hoc plerisque obscurum est: putantque complicatum esse morbum, quum illa sint tantum ἐπιγινόμενα, ratione morbi aucti & pejoris redditi. Itaque fluor non absolute malus. Nam ut malus sit, morbum magnum statuimus, ægro superiorem, per sympathiam & ventriculum & hepar lædentem; sed si statuatur mediocris pleuritis, cujus æger potens sit, an non fluor alvi malus? Nequaquam; fieri enim potest ut ratione evacuatæ materiæ morbificæ (de antecedente loquemur potius) præsertim signis coctionis apparentibus, exoneret naturam & propterea possit, quod annotat Galen. Com. in Aphor. 16. lib. 6. Et nos sæpe pleuriticis salutares alvi fluores supervenisse testamur. Ergo in utraque pleuritide alvi fluor est ἐπιγένημα, & in una salutaris, in altera pestiferus, ut causa & signum. Ut strictius usurpato

 nomi-

nomine τὸ ἐπιγινόμενον, necessario malum significet, nempe quod sit consectarium & consequens morbi statum deteriorem. Sed latius eodem sumto, morbo mansuetiore reddito, naturaque contra vim morbi erecta, bonum significare potest. Quoties enim febrium ratione increscentium & factarum deteriorum & dysenterias, & alia id genus supervenire videmus, quæ tametsi nos statim terrent, felici tamen successu & eventu nos exhilarant & solantur? Ambiguum itaque verbi ἐπιγίνεσθαι, est τὸ σημαινόμενον, quod diligenter annotari debet ne falsa imagine decipiamur. Ad extremum autem unum observari debere monebimus ne frustra & temere ea quæ in febres incidunt ἐπιγινόμενα dicamus, propterea que signi vim habere judicemus. Nam ἐπιγινόμενα oportet adesse ratione morbi; non externa aliqua occasione, ut ante dictum est, & quasi adhæsum habere cum re est necesse: puta si externo errore in pleuritin fluor incidat, non est hic fluor numero τῶν ἐπιγεννημάτων accensendus, quia ut ait Gal. Com. in Aphor. 16. lib. 6. συνῆφθαι χρὴ κατά τι τὸ σημεῖον τῷ δηλουμένῳ πρὸς αὐτοῦ. Necesse est id quod significat aliqua ratione copulari, conjungi & annecti rei significatæ: idest, analogiam inter se habere debent & quamdam relationem, quia signum non potest id significare cujus signum non est. Leonicenus illa verba Græca nunc adducta, inepte & sine sensu interpretatur, præsertim in Simonis Colinæi exemplaribus. Præterea verbi τοῦ ἐπιγίνεσθαι vis manifestius potest intelligi ex Com. in partic. 47. lib. 2. Progn. ubi explicat quid significent sternutamenta, coryzæ morbis, aut προγινόμεναι, aut ἐπιγινόμεναι. Et Aphoris. penultimo lib. 6. αἱ μύξαι ἐπιγίνονται, & 2. de morbis, τὸ φλέγμα ἐπιγίνεται ἐν διπλόῃ, pro ἐγγίνεται. Sed Περὶ ἐπιγινομένων hæc dicta sufficiant.

ΕΠΙΔΙΔΟ'ΝΑΙ apud Hippocratem in libris de Diæta acutorum, adjectionem cibi facere significat. Item quum ad sanos refertur significat ad primum bonitatis statum aliquid adjicere, ut quum Aphor. 3. lib. 1. Aphorism. corpus athletarum, εἰς τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι scribit. Sed ejus verbi elegans est significatio quum absolute sumitur, ut quum Aphor. 31. lib. 2. vocat τὸ σῶμα ἐπιδιδόναι, ἢ μὴ ἐπιδιδόναι. Corpus non proficere, non aliquid emolumenti a cibo sumto capere, ac si dicat: Nihil sanitatis adjici. Et Com. in Aphor. 31. lib. 1. Galenus utitur ἐς εὐτροφίαν ἐπιδιδόναι, ἢ μὴ ἐπιδιδόναι, non alendo proficere corpus, nec ad molem, nec ad vires, ut quidam interpretantur. Idemque videtur esse σῶμα ἐπιδιδόναι, & σῶμα ἰσχύειν. Sed Galenus ea distingui eleganter, & apposite scribit, ut ἰσχύειν, ad facultatem corpus nostrum regentem referatur: ἐπιδιδόναι autem ad propriam corporis affectionem: Et ἰσχύειν ad Vires, ἐπιδιδόναι ad corpus, idest, ejus molem referetur. Aliquando enim corpus non alitur, nec hilum quidem proficit ob infirmitatem facultatis corpus nutrientis: Aliquando ob pravorum humorum congeriem in corpore factam, facultate alioqui valente. Illud ad facultatem proprie refertur, in quo proprietas verbi ἰσχύειν versabitur: Hoc autem ad corpus, in quo proprietas verbi ἐπιδιδόναι apparebit. Quamquam dicat quis istam distinctionem parum probabilem videri qua dictum est, corpus alias non augeri & proficere præ facultatis corpus moderantis

derantis infirmitate: alias ob vitium humorum, ac si non concurrant hæc, vitium humorum, & infirmitas. Nam ubi cacochymia, aut pravorum humorum copia, ibi vires imbecillas esse necesse est: quum sanitas in succorum moderatione ac bonitate consistat: ubi succus laudabilis, ibi virtus valida. Nil ergo interest, si dicatur non proficere corpus, vel ob facultatis infirmitatem, vel pravorum succorum exuberantiam. Nos autem dicimus aliter paullo rem habere. Nec enim si vires debiles sunt, propterea pravi sunt humores: namque ubi pravi humores scatent, ibi verisimile sit vires non constare. Sed hoc revocaret nos in disputationem illam gravem atque arduam de multitudine a Gal. contra eos institutam qui sanitatem in ποιᾷ κράσει non constituerent, sed metirentur, vel ex probo colore, charactere, & venarum turgescentia, aut horum contrariis. Quod absurdum est. Sed ut obiter dicam, sciendum in cacochymia vires etiamnum valere posse, modo ne sit perfecta corruptio, aut omnium humorum æqualis labes. Vix enim tunc virium robur constaret. Quod ne quis a vero alienum credat, audiat Galenum Com. in Aphor. 17. lib. 1. Si cum humorum penuria, aut eorum corruptione, ait, (Græci διαφθορὰν vocant) virium robur stet, tunc sæpe, ac multum cibi exhibebis. Novit itaque integras vires esse posse & μετὰ ἐνδείας, & μετὰ διαφθορᾶς χυμῶν, quod notandum. Hæc autem per comparationem intelligi debent, & καθ᾽ ἧττον ἢ μᾶλλον. Alioqui numerosa errorum ilias glisceret atque hinc nasceretur.

ΕΠΙ'ΦΥΣΙΣ, ἀπὸ τοῦ ἐπιφύεσθαι, adolescere, adcrescere, adjungi apponique, significat apud Græcos pro unione ossis cum altero osse, quod natura sui oblita os brevius machinata, adjectione alterius producat. Sed apud Hippoc. part. 48. lib. 3. Epid. sectio. 3. tuberculum, protuberantiam tuberosam, ficum quamdam significat. Idem enim synonymo τὴν ἐπίφυσιν, τὸ σῦκον vocat: σῦκον autem seu σύκωσις apud Paullum ad oculorum morbos refertur. Ne quis ficum, seu ficationem in solo ano contingere arbitretur. Vide nomen σῦκα apud Gorræum. Et Hippocrates non absolute ἐπίφυσιν dixit, sed ἐπίφυσιν τῶν βλεφάρων, ἔξωθεν, ἔσωθεν, intus, forisque palpebras exasperantem, ut ad oculum referatur. Nomen ergo Epiphyseos, aliter σῦκον, dicitur, alio nomine apud Gal. in Com. ἐπανάστασις ὀχθώδης. Quid autem ὄχθα significet Vide Gorræum in litera, O. Ceterum illa ἐπίφυσις τῶν βλεφάρων, fit a crassiore lentioreque humoris parte qui in cerebro per constitutionem humidam generatus est. Nam aquosa pars ophthalmiam humidam facit, Hippocratis eo in loco sententia, crassior ac glutinosior ficationem in oculis. Vide Gal. in supra scripto Commentario. Credibile autem τὴν ἐπίφυσιν eminentiam significare in palpebrarum præsertim extremitatibus. Quod & propositio, ἐπὶ, designare videtur.

ΕΥ'ΧΡΟΙΑ, bonitas coloris, bona coloratio, Ciceroni in libris De Oratore, coloris suavitas. Quod etsi parum prodesse videatur, tamen magni momenti est, quo in sensu εὐχροια apud Medicos sumatur. Est enim ubi in bonam partem, est ubi in malam sumatur. Nam ægros bene co-

ne coloratos dicimus, & male coloratos, quum in iis bonitas coloris in bonis ducenda sit, in iis contra. Item & peripneumonicos εὔχροιαν habere dicimus, & purulentos, & melancholicos. Sed an id laudandum sit, porro videre consilium est. Coloris bonitas ex bene moratis humoribus & tem-„ peratis consurgit; unde & sexto Epid. section. 4. part. 29. Consentaneum „ est, ut est alimentum, idest, humores, talem quoque corporis esse colorationem, quod amplius explicuimus in dictione, πελιδνὸν ἢ μέλαν. Sed quemadmodum εὐεξία in bonis ducitur, quatenus τῇ καχεξίῃ opponitur, nonnumquam tamen, quid absolute bonum non dicitur, ut quum ad habitum athletarum bonum quidem & laudabilem, sed fugacem & lubricum refertur: Ita & εὔχροια, quum opponitur τῇ δυσχροίῃ (ut sic loquar) in bonis ponitur, tamen sæpe aliquid καταλῆπτικὸν significat. Exempli gratia rei hujus demonstrationem ex Hippocratis monimentis desumemus. Ille sectione secunda lib. 6. Epid. partic. decima sexta, 17. & 18. quærit notas quibus dignoscamus, an morbus coctus, an crudus: si coctus, an materia supersit, an excreta sit. Si supersit, an abscessum factura sit, an non: Et si abscessum sit molitura, unde & quo. Ergo signum abscessus futuri, & „ nondum sublati morbi est quum venæ temporum non quiescunt, idest, „ si latius distentæ sint; item si χλώρασμα λαμπρὸν non adsit, si tussis, abscessus spes est; particul. 17. illius sectionis. Per χλώρασμα λαμπρὸν intelligit Sabinus colorem vividum, genuinum & naturalem restitutum, & ita vocatur politica loquendi forma, ac si dicas, Viridis color. Galenus vocat χρῶμα τὸ κατὰ φύσιν. Sic suavitas coloris in facie elucentis restitutæ sa-„ nitatis indicium est. Deinde Hippocrates subjungit: Illi, quibus abscessus „ futurus, ita se habent ut valde rubeant, præsertim si naturaliter sint λευκοχρώτεροι, si albicantiore sint colore: Idest, quemadmodum viriditas coloris nihil reliquiarum morbificarum supprimi superesseque significat, & ideo omnem abscessus occasionem præripi; ita si foret abscessus, non ista adesset εὔχροια, sed genæ rubentiores essent, præsertim si per superiora futurus esset abscessus (addit Galenus) & si qui ægrotant sint albicantiores: quia si nigro essent colore, non ita extrinseca causa colorem immutaret, ac quum albicant. In albo enim corpore facile quidvis extrinsecus colorans apparet. Nunc quærendum an color ὑπέρυθρος non bonus sit, idest quum facies rubore suffusa est. Nam sub principium lib. 2. de morbis εὔχροιαν quamdam Hippocr. agnoscit secundum quid, ut quum quis solitus est catarrhis in nares & oculos teneri, & materia sub cutim deerrat distendens tumefaciensque & quamdam coloris bonitatem inducens: quæ certe suspecta est. Quod autem τὸ ἐρυθρὸν, idem quod εὔχροια significet, ex Hippocrate manifestum est. Ille in Coacis adversariis animadvertit εὔχροιαν in iis qui ab inflammatione laborant, „ aut quibus alio simili modo affecti sunt pulmones, Verba sunt: Quibus „ in febre continua lateris dolor est, si alvus feratur serosis excrementis, „ levantur, sin fastidium succedat & sudores μετ᾽ εὐχροίας, accedente car-„ diogmo modo peripleumonico intereunt. Illic εὔχροιαν dicit, quod & in Coacis, & in Prognosticis part. 60. lib. 2. dixit ἐρυθήματα γνάθους ἴσχειν, vel γνάθους ἐρεύθεσθαι, vel alias passim γνάθους ἐρυθρὰς ἔχειν. Nam purulentis rubent genæ

genæ duabus de causis & propter tussiculam, & ob calorem in pulmone
conceptum : Quod explicavit Hippoc. 7. Epid. de Polycratis uxore purulen-
ta cui genæ rubebant ; nec non tenuem vaporem qui effertur e materia in
pulmones delapsa quæ illic incalescit : Galeno teste Comm. in part. 60. lib.
2. Progn. Inter cetera locus est commemorabilis, & cujus explicatio iis quæ
a nobis dicuntur est plurimum luminis allatura, partic. 14. sect. 2. lib.
„ Prorrhet. προσώπου εὔχροια καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν, πονηρόν. Coloris bonitas, &
„ mœstum subtristeque valde, malum. Ubi εὔχροιαν pro ὑπέρυθρον sumit
Galenus in Com. Porro ὑπέρυθροι ob calorem aliquem impense auctum si-
miles sunt εὐχρόοις, ait Galenus. Itaque Hippocrates conjungit hæc, εὔχροια
καὶ σκυθρωπὸν, ut σκυθρωπότης, idest, rigiditas in fronte, mæstitia, torvitas
aspectus declaret istam εὔχροιαν non esse absolute bonam, sed esse argumen-
tum futuri affectus melancholici. Sic facies est bene colorata & εὐανθής, ut
ait Galenus, sed tantum secundum quid. Quod autem ista εὔχροια ma-
lum sit argumento est, quoniam ii quibus ita rubore facies suffunditur sæ-
pe melancholici fiant ex Hippo. 2. Epid. ut Gal. Com. in part. 14. lib. 2.
Prorrh. annotat: Et plenius demonstrat idem auctor cap. 7. lib. 3. loco ma-
le aff. ex sententia Hippoc. Si σκυθρωπότης cum εὐχροίᾳ conjuncta sit abso-
lute melancholicam affectionem per adustionem in cerebro foveri signum est.
Sed si utrumque in morbo acuto consideretur, & tertium accedat nempe
frontis contractio, quam Hippo. ξυναγωγὴν vocat, phreniticum aliquod se-
men in cerebro alitur ait Hippo. in Coacis. Item in iisdem locis observo
εὔχροιαν, cum sudorum eruptione, præsertim absente febre significare duo-
rum alterum, aut vetus stercus subesse, aut pravum victum. Itaque in
purulentis εὔχροια esse potest, in peripneumonicis, in iis quibus futuræ sunt
parotides, in iis quibus hæmorrhagia futura est, in iis quibus in cerebro
per phlogosin quamdam melancholica affectio alitur, Com. in par. 14. lib.
2. Prorrh. Item in iis quibus inflammatum cerebrum est, in quibus quo-
que ruborem oculorum animadvertit Hippoc. Aphor. 3. lib. 7. Aphorismo-
rum. Item in accessionibus febrium præsertim quum vigor est ista εὔχροια
apparet. An bona? Nequaquam. Sic itaque distinctione opus est. Ergo
in ægris bonitas coloris bonum signum est, & malum diversa ratione. Ut
in morbis non collabi habitum, & characterem faciei parum immutari &
colorem, malum est, quia longum fere morbum significat Aphor. 28. lib.
2. Sed quum morbi tempora exacta sunt, nec abscessus futurus est, ex-
cretio facta est humoris, coloris suavitas in bonis ducenda, quod pristinæ
sanitati corpus reddi arguat. Quod ergo de athletarum εὐεξίᾳ dicitur,
idem περὶ εὐχροίας dici potest. Ex actionum enim bonitate & humorum
temperatione, ut Hippocrates lib. de vetere med. docet, æstimanda est sani-
tas. Est enim posita ἐν ποιᾷ κράσει, ut docet Gal. lib. de multitudine contra
eos disputans qui miris laudibus ἕξιν ἀθλητικὴν efferentes ex coloris bonitate,
vasorum amplitudine, mole corporis & nervis sanitatem metiebantur. Quam
sanitatem exercitatorum Cicero depingit in libris de Oratore: Athletæ, ait,
„ quum omni vitio careant non sunt contenti quasi bona valetudine, sed
„ vires, lacertos, & sanguinem quærunt, quamdam etiam suavitatem co-
„ loris.

„ loris. Horum vitiosa abundantia est. Itaque quum bene colorata est fa-
„ cies, eam non statim laudaveris.

EΦΟΔΟΣ ab impetu insultuque violento latronum ad dies criticos & morborum acutorum orgasmos (in quibus κρίσεως vis maxime elucescit) translatum traductumque est. Sed ne hac tantum in significatione accipi quis putet, possunt & aliæ significationes ab Hippocrate repeti. Libro
„ 6. Epid. sect. 5. aphorismo 2. ita scripsit, ἀνευρίσκει ἡ φύσις ἑαυτῇ τὰς ἐφόδους,
„ οὐκ ἐκ διανοίας. τὰ μὲν οἷον τὸ σκαρδαμύσκειν, τὰ δὲ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει. καὶ ὅσα ἄλλα
„ τοιαῦτα. Quæ sic interpretor, Natura & vias & inclinationes seu impetus sibi nacta est, non ullo consilio. Alia quidem connivere, idest, actio illa connivendi, alia vero lingua, idest loquendi sensusque aperiendi actio declarat & subministrat. Atque ita in aliis. Designat autem illo aphorismo vim naturæ, quæ tametsi a nullo edocta a se hoc habet ut cuique inseverit indideritque vim qua ad ἐνέργειαν quisque videatur comparatus. Illud
„ est quod Tullius scripsit in Miloniana: Quisque nostrum hausit, expres-
„ sitque a natura nescio quid ut ad hoc natus & institutus videatur,
„ quum tamen nulla disciplina præcesserit. Quam consilii facultatisque vim Thucydides in Themistocle notavit, quum propria vi & intelligentia antecessiones progressionesque rerum eum animadvertere diceret, ut in Com. notavit Galenus. Τὰς Ἐφόδους, Galenus significare vult ἢ τὰς ὁδοὺς ἢ τὰς ὁρμὰς πρὸς τὰς ἐνεργείας: vias impetusve & inclinationes ad agendum. Τὰς ἐφόδους, male vertit, *itinera*: alius male vertit, *aggressiones*: Etsi enim nomen ἐφόδου utrumque significet, hoc tamen loco, aut utrumque simul significat, aut præter hæc aliud quippiam. Item Galenus Comm. in Aphor. 54. lib. 7. citans Hippo-
„ cratis locum ex Epid. lib. 6. ait: Natura materiebus τὰς ὁδοὺς reperit si valida
„ sit, etsi illæ crassæ sint quum etiam per ossa abscessus faciat. Locus notandus. Quod nomen ἔφοδος viam iterque designet & Galenus in Com. explicat, & apud Hippocratem lib. περὶ τέχνης ita legitur, δι᾽ ὧν ἔφοδοι δέδονται. Per quæ via datur. Quamquam in pluribus codicibus pro ἔφοδοι, legitur ἔξοδοι. Sed exempli gratia quum quis oculis nictat, rationem nictandi non edoctus est, hoc dicitur Naturæ ἔφοδος. Item quum inflectit incurvatque brachium nesciens an ab hoc musculo an ab illo ea actio pendeat, naturæ est ἔφοδος. Præsertim vero naturæ instinctus in pueris recens natis apparet, qui & plorant & ridere videntur, multaque alia: quod in lib. de septim. partu eleganter explicat Hippoc. sub finem, aitque hoc fieri ob φρόνημα ἴδιον, idest, peculiarem in puero sapientiam, ut Galenus in Com. explicuit: an talis ἔφοδος Latine aut iter, aut via, aut aggressio, vertetur? Itaque Grammaticum nimium agunt Hippocratis Interpretes. Quamquam non nego ἔφοδον dici posse quum sursum, aut deorsum, aut hac illac natura quippiam depellit. Quum utitur verbo, *Connivere*, declarat vim & inclinationem naturæ in agendo, etiam dum alii operi sumus intenti. Connivemus enim aliam in rem incumbentes: Quum linguæ meminit, explicat vim naturæ in usu tantulæ rei quum exprimenda animi nostri sunt sensa. Quis enim docuit puellum ut linguam moveret ad mentis argutas agitationes detegendas & enucleandas? Item

quum

quum dixit, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Galenus vult explicari actiones has quæ ex voluntatis nostræ arbitrio pendent, προαιρετικὰς vocant. Quum respiramus, aut spiritum cohibemus, id quidem a voluntate pendet, & non nomine τῆς ἐφόδου continetur quatenus προαίρεσιν, aut προαιρετικῶς factum. Quum nobis dormientibus feriantibusque ac ligatis sensibus, & actionibus prohæreticis cessantibus, movetur thorax, ista actio, ἐνέργεια, an a voluntate pendebit; an ὁρμὴ dicetur, an προαίρεσις, sive ἐνέργεια προαιρετικῶς facta? Ἔφοδος est, ut & connivere. Nam connivemus minime cogitantes quod necessitas ad id naturam invitet, nequeuntibus nobis tamdiu oculos immotos retinere. Itaque & dormiendo respirare, & connivere eodem referentur, & ἔφοδοι dicentur. Et quemadmodum apud Galenum, *Connivere*, inclinatio, motus, & impetus quidam naturalis est necessitatis vi, ita & respirare in somnis. Nec ad προαιρετικὰς κινήσεις revocabuntur. Unde contendunt quidam Neoterici, & non abs re aliud esse fieri καθ' ὁρμὴν ἢ κατὰ προαίρεσιν. Nam respiratio libera, aut ejusdem cohibitio nobis vigilibus fit κατὰ προαίρεσιν. Eadem non ita, quum dormimus, sed καθ' ὁρμὴν, ita nimirum natura coacta viam sibi quærente, idest, suam ἔφοδον, suum impetum, inclinationem occultam. Nec obest quod aliquando dixerit nihil interesse si quid καθ' ὁρμὴν ἢ κατὰ προαίρεσιν fieri dicatur. Illud enim obiter dicit ne cursus orationis retardetur, neve nimium de verbis laborare dicatur. Et locus est apud Gal. Comm. in Aphor. 15. lib. 4. Ubi καθ' ὁρμὴν vere τὴν κατὰ προαίρεσιν κίνησιν ἢ ἐνέργειαν (quamquam in Græco legitur ἐνέργεια, & interpretes nomen κίνησις, reponi debere asserunt, sed abs re meo judicio) significat: Ait enim: Somnus quietem affert actionum musculorum quæ actiones fiunt καθ' ὁρμὴν, idest κατὰ προαίρεσιν. Nam respiramus: sed actio illa καθ' ὁρμὴν fit, proprie si loquamur. Locus autem quo Galenus nil interesse putat, an quippiam dicatur fieri, aut καθ' ὁρμὴν, aut κατὰ προαίρεσιν, aut κατὰ βούλησιν, scriptus est Com. in particul. 6. lib. 2. Prognost. Item part. 4. lib. 3. Epid. sect. 1. Huc pertinet locus de Tussi apud Hippocratem particul. 3. lib. 2. Prognost. ubi scribit, ὁκόσοισι ἀπὸ τοῦ ἥπατος οἱ ὕδρωπες γίνονται βῆχες καὶ θυμός ἐστι. Quibus ab Hepate natus hydrops his tussis adest, & tussiendi cupiditas. Laurentianus interpres omisit nomen βηχὸς, & male. Aliud enim tussis est, aliud tussiendi cupiditas, Græcis θυμός. θυμὸν autem προθυμίαν Galenus interpretatur, propensionem, desiderium, voluntatem tussiendi, sed tamen ob pressum diaphragmatis a tumore æger non audet tussire, quia videt inanem irritumque istum fore conatum. Resudat enim ab Hepate ichor qui istum θυμὸν, idest tussiendi desiderium affert ut Gal. in Comm. docet. Itaque quum Hippocrates dixit βῆχες, volunt intelligi ὁρμὴν, ἔφοδον, naturalem instigationem, quum videlicet nobis minime cogitantibus oboritur tussis. Nam ut ait Galenus in illo loco: Natura per se tussim infert ad expediendos infarctus pulmonum, quamquam ipsi ne tussire quidem cogitemus. Et nomen βὴξ, motum, καθ' ὁρμὴν significabit: Nomen θυμὸς, motum κατὰ προαίρεσιν. Nam in Comm. Galenus docet istum θυμὸν καὶ προθυμίαν, esse quum irritamur incitamurque ad tussiendum, sed quum primum tussire incepimus, statim cohibemus, quantum in nobis est, quia frustra nos tussire jam cognoscamus, nil commemorabile extundentes; & propterea nobis ἐργῶδες est, ut loquitur Gal. Quatenus itaque

Locus Galeni excusatus.

Error Interpretis.

itaque cohibemus, & cohibere annitimur, eatenus προαιρετικὸν hoc esse dicetur. Sed hæc forte subtiliora sunt. Ut autem in vi nominis ἐφόδε explicanda operam nimiam non ponamus, afferemus locum unum ex Hippocrate, quo perspicue illud explicatur quod dixit Hippocrates: Natura invenit τὰς ἐφόδες. Hippocrates sub finem lib. de Arte, comparat Naturam cum Arte, docetque naturam artis peritis indicare quæ agenda sint. Et quum multa sint occulta artificibus invenit ἐποχείας συνεργὰς, auxiliares facultates, compendiosas facultates, quibus ad latentes res aditus fiat. Et quod arti tribuitur, illud a natura est. Nam & vocis tarditas, & claritas, & infinita pene quibus occulta detegimus a natura suppeditantur. Et quum acres halitus per poros, aut sudores promovet, illud est habere suam ἔφοδον. Itaque illo loco ἔφοδος illa lib. 6. Epid. occulte subindicata abunde explicatur. Proprie autem ἔφοδος est in morborum Crisibus, aggressio, insultus, impetus, μεταβολὴ ὀξύῤῥοπος. Nam in omni actione naturæ debet esse φυσικὴ ἀλλοίωσις, ut impressio fiat formæ: Et præparata materia in tempore, in articulo, & puncto quodam indivisibili excerni incipit quum perfectus pepasmus est. Illud punctum in quo incitatio & mutatio repentina fit, ἔφοδος proprie dicitur. Debet enim fieri repente, ἀθρόως, non βραδέως, non κατὰ βραχύ. Ista enim ἔφοδος ἢ μεταβολὴ ὀξεῖα κρίσεως causa est. At vero apud Hippocr. lib. 3. de Diæta, & lib. de alimento legitur nomen περιόδε ἀντὶ τ' ἐφόδε, ἢ ὁρμῆς: ut quum dicit lactis & nutrimenti circuitus esse multos, idest, ῥοπάς.

ΤΟ. Η.

ΗΜΙΡΡΟΠΟΣ κρίσις, ἢ ἡμιῤῥόπως κριθῆναι, apud Galenum leguntur, Com. in Aphor. 23. lib. 2. Aphor. Interpres vertit: *Crisis imperfecta: & imperfecte judicatum esse*: Ad sensum quidem quadrat versio, sed vox illa ἡμίῤῥοπος aliam habet proprietatem & ἐνέργειαν quæ non satis latino idiomate potest explicari. Nam quum κρίσις, ex locis infinitis fit ἔφοδος, quædam naturæ & μεταβολὴ ὀξύῤῥοπος, καὶ ῥοπὴ ἢ εἰς τὸ ἄμεινον, ἢ εἰς τὸ χεῖρον, quum perfecta est ῥοπὴ, idest insultus, impetus, ἔφοδος, tunc perfecta crisis, perfectus motus, incitatio ac impetus naturæ in dirimenda morbi controversia, aut in hanc aut illam partem. Sic κρίσει τελείᾳ opponitur κρίσις ἡμίῤῥοπος. Ac si dicas Crisin media ex parte Natura tentatam, Crisin semi-motam, quod est verbum politicum: media ex parte impetum incitationemque factam esse. Unde eo in Comm. Gal. loquens de sexto die, & aliis judicibus diebus, in quibus „ κρίσεις sunt ἡμίῤῥοποι, scribit: Quæcumque crises media tantum ex parte „ promotæ sunt, iis sequentium dierum unus finem addit. Quod ex historia Metonis patet part. 24. sect. 3. lib. 1. Epid. cui die quinto cum judicatus esset, morbo alioqui calamitoso exsistente, post crisin ἡμίῤῥοπον sanguis e naribus satis diu profluxit. Hujus quoque rei fidem facit virgo Larissæa part. 83. sect. 3. lib. 3. Epid. quæ quum sexto die judicata esset, & crisis male fida esset, periculum quod illa crisis creare poterat, depulit mensium eruptio a natura procurata. Et lib. 2. Epid. loquens de abscessibus opponit id quod fit ἀθρόως, ei quod fit ἡμιῤῥόπως. Fortassis etiam ἡμιῤῥόπον κρίσιν, dicere possu-

possumus quum Hippocrates dicit aliquid esse, ἀνάξιον τῆς περιβολῆς, ut in acuta febre eaque magna, parotis est, κρίσις ἢ ἔκκρισις ἀνάξιος τῆς περιβολῆς. Non est enim condigna, & effatu digna excretio.

TO. I.

ΙΚΤΕΡΙΩΔΕΕΣ, auruginosi, ictericio colore infecti, de quibus a Gorræo abunde dictum est, unum tantum ad verba Gorræi addemus, in quo imminutus esse videtur. Nam quum icterum ab hepate natum explicat, ait eum non a sola obstructione originem trahere, sed a calida siccaque ipsius visceris intemperie. Galenus quatuor causas assignat, tres quidem in Com. in Aphor. 62. lib. 4. Inflammationem hepatis, obstructionem & scirrhum: quod idem adstruit Com. in part. 5. sect. 1. lib. 3. Epid. Quartam his causam adjungit mutationem proprii temperamenti ipsius hepatis, unde sequitur illius visceris κακοπραγία ἄνευ ὄγκου, ut scribit cap. 8. lib. 5. de loc. aff. Ita enim affecto hepate coloribus ineffabilibus cutis inficitur. Quod animadvertant medici ne eo auruginoso colore inspecto ad solemnia sua remedia temere festinent. Nunc autem de ictericis maxime sermo est propter aphorismum Hippocratis ultimum lib. 5. Aphorismorum quum scribit, „ οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσι, icterici non valde flatuosi sunt. Quod an verum sit, videndum. Atque duo ponenda, unde flatus, & in quibus flatus, posterius quid ictericorum nomine comprehendat. Flatus autem halitus quidam est excitatus ab imbecillo calore in materia vel humida, vel pituitosa. Sic calor causa est efficiens, non quivis, sed imbecillus. Quod ex eo Galenus colligit cap. 2. lib. 3. de causis sympt. quod quemadmodum in magno mundo flatus non excitantur aut extrema hieme rigente, aut ferventissima æstate, sed dum calor & frigus mediocria sunt, ita quoque & in corporibus. Materiam flatus crassiorem constituit Hippocratis interpres Gal. in Aphor. 70. lib. 4. dum explicat quomodo caput iis doleat qui grumosas & confusas urinas excernunt. Quod autem Galen. in Com. Aphor. ultimum lib. 5. dicat flatum aut ob abundantiam pituitæ generari, aut ob imbecillitatem partium ad ventrem attinentium, hic duplicem materiam statuit, unam crassam, alteram humidam & minus crassam: ut quum imbecillior est in ventriculo calor magna assumtorum pars πνευματοῦται. Nunc autem per ictericos, biliosos homines intelligit, non quod biliosi proprie icterici sint, sed quod icterici fiant magna ex parte bilioso prædi-ti temperamento. Quum itaque flatus aut ob copiam pituitosi humoris surgant, aut imbecillitatem partium ad ventrem attinentium: neutra ratione icterici flatuosi erunt. Priore modo quod biliosum & pituitosum temperamentum pugnet: at icterici biliosi sunt: Posteriore modo quod raro in ictericis imbecillitatem partium ventris reperias, ait Galenus. Sed posterior ratio minime probabilis videtur. Si icterus fit aut obstructione, aut inflammatione, aut scirrho, aut mutata temperie hepatis, aut impense calido ventre, ut in iis quos 6. Epid. sect. 4. θερμοκοίλους vocat Galen. aut intestinorum vitio, an tunc partium ad ventrem attinentium robur adest?

non

non hercules videtur. Et tamen hi proprie icterici dicuntur, ut ex Galeno ante edoctum est. Nam & quibus hepar obstructum, aut hepar inflammatum & intestina phlogosi tentata illos videmus flatibus abundare. Testantur melancholia hypochondriaca laborantes, in quibus primarum venarum a phlogosi obstructio est, cap. 7. lib. 3. de loc. aff. Et ab ipsa obstructione flatuum generatio. Præterea ictero maxime patent ii quibus calor multum acer est & biliosus, quos θερμοκοίλυς vocari diximus Comm. in part. 25. sect. 4. lib. 6. Epid. Et tamen flatuosi maxime esse possunt: θερμόκοιλοι iracundi sunt, venosi ob venarum perspicuitatem consumta carne, obnoxii melancholiæ flatuosæ: Item & sicco hydropi ut plurimum: Nam & cibos male coquunt, sanguinem ob caloris acrimoniam corrumpunt, carnes frigidiores habent, omnia fere in nidorem convertunt, si dulcia sumant in flatum convertent, si acria salsaque corrumpent, per part. 24. sect. 5. lib. 6. Epid. an non eos, quum ejusmodi omnia patiantur, dices imbecilliorem habere facultatem, & partes ad ventrem attinentes? Nam ut calor naturalis optimas actiones affert, & facultatibus partibusque robur addit; Ita calor ille multus, acer, mordax qui in illis biliosis reperitur actiones vitiat, partesque imbecillas reddit, ut Com. in par. illam 25. sect. 4. lib. 6. Epid. notat Galenus. Immo id temperamentum rejicit. Si itaque imbecillitas partium ad ventrem spectantium flatuum parens est, quia biliosi isti imbecillitate illa impediuntur, eos necesse est esse flatuosos. Itaque sive ἰκτεριώδεες proprie sumantur, sive pro biliosis, tenuibus, macilentis qui a signo accidentali, quod nimirum inter ceteros ictero prehendantur, aut fere flavo colore cutim habeant tinctam, ἰκτερώδεες dicuntur: utroque modo flatuosi esse poterunt, non quod phlegmate abundent, sed quod imbecillas partes dictas habeant. Quamquam id neget Galenus. Sed sibi ipse satisfaciat. Nam rationum nostrarum vis a Galeno depromta est. Potissima autem hæc ratio est quod isti calidi, biliosi, iracundi, venosi maxima ex parte in melanchol. hypochondriacam incidant, & in hydropem siccum, ut ratio & sensus fidem facit. Nisi dicamus ἰκτερώδεες proprie appellari non eos quibus acer nimium mordaxque calor est omnia corrumpens, tametsi uno in sensu biliosi dicantur, sed biliosos satis carnosos, quibus non tanta acrimonia caloris, qui ob suum nativum temperamentum facile ictero inficiantur. Vel dicemus ictericos biliosos haud valde flatuosos, præsertim ob pituitam, ob imbecillitatem quidem partium ventris flatuosos reddi posse, sed non ita facile. Nec enim necesse eos quibus calor acer multum, statim imbecilliores partes naturales habere, ut docuimus, sed tantum tempore imbecillitatem acquirere. Unde quod de tympanite, & melancholia Hypochondr. objectum est, respondendum hæc præsertim symptomata post longam adustionem, & ætate inclinante accidere: Ut de Damagora docet Galenus Comentar. in partic. 12. section. 3. lib. 6. Epidem. Porro locus est admodum memoria tenendus Com. in partic. 13. sect. 3. lib. 6. Epid. ubi loquens de iis quos πτερυγώδεις vulgo dicunt, scribit ideo flatus in Alatis natura creatis excitari ac generari quod & facultas vitalis, & calor sit imbecillus. Sic alati sunt facti ob facultatis impotentiam, & ideo obnoxii flatui: qui flatus in ipsis est quoddam συναίτιον, Latine: Causa juvans & concurrens, quia naturalis ista constitutio πτερυγώδης, ad pulmones vitiandos valet, & flatus

in

in iis natura nascens adjuvat quoque nativam istam diathesin ad eosdem pulmones vitiandos, quia ad ruptionem venarum in pulmonibus faciundam confert plurimum. Hipp. lib. de flatibus abunde docet quomodo flatus venarum rupturam adjuvet in pulmonibus ipsis: Immo humor sine flatu eas non rumpit. Verum contra ea quæ hic dicuntur ex sententia Gal. scriptum est cap. 6. lib. 2. de temp. ex una parte de toto corpore non esse judicandum.

ΙΧΩ'Ρ & ἰχῶρες, Nomen quidem hoc a Gorræo explicatum est ut significat tenuem aquosamque humiditatem, sive in corpore sit, sive extra corpus, ut quum ab ulcere emanat ichor, qui a Celso sanies, vel saniei species dicitur. Nam quum duplex in ulcere sit excrementum, unum utile, alterum inutile in omni ulcere, illud crudum & tenue quod manat ἰχὼρ dicitur, ut explicat Gal. Com. in Aphor. 46. lib. 4. dum utriusque illius excrementi notas „ assignat. Ubi legitur dum mentio fit de malignis ulceribus, οἷς ἕλκεσι ἰχῶρες „ ὑπορρέουσι. Quibus ulceribus liquores saniosi defluunt, melius, *sanies* verteretur: Ut intra corpus ἰχὼρ tenuem substantiam aqueamque qua humores circumfluunt significet, & quæ proportione sero lactis respondeat ut vult Gal. Com. in part. 38. sect. 2. lib. 6. Epid. Et subscribit Arist. 3. de Hist. Animal. qui ἰχῶρα, vult esse vel sanguinem crudum, vel in serum versum. Sed de hoc paullo post. In ulcere autem, & extra corpus, sanies, & saniosa substantia dici poterit. Item quum alvus fluit biliosumque serum excernit, dicitur apud Hippoc. in Coacis κοιλίη διδόναι ὑδατόχολα πολλά. Ac si dicas biliosæ aquositates & acres quæ pleuritidem committebant. Et idem Hipp. lib. de arte scribit omne inconcretum (loquitur autem illo loco de ventriculis corporis, nomine ventriculi generalius sumto) & quod non coaluit, seu pellicula, seu carne tegatur, cavum est: Impletur dum sanum est, flatu, dum morbosum, ichore. Et lib. de corde ait, secto cordis sinistro ventriculo nil reperiri præter ichorem. Nomen ichoris illic pro tenui substantia ac spirituosa accipitur. Præter autem illam significationem a Gorræo assignatam, ἰχὼρ, ἰχῶρες, ἢ αἷμα ἰχωροειδὲς κατ' ἐξοχὴν significat & tenuem substantiam, & sanguinem venenosa aliqua & maligna facultate præditum ut explicat Com. in par. „ 38. lib. 6. Epid. sect. 2. Quod ut confirmet citat Hippocratem 2. Epid. Sub „ cute ichores creabantur, inclusi calescebant & pruritum excitabant, deinde „ pustulæ ambustis similes exsurgebant, &c. Item citat Platonem in Timæo, ut doceat gravissima ab ichoribus symptomata importari. Hippocrates itaque primum sicut & Plato in Timæo considerat, vel serum sanguinis per se, vel facta comparatione cum sero aliorum humorum. Rursus, quum dicimus serum sanguinis, vel de sanguine solo intelligimus, vel de complexo 4. humores. Serum sanguinis per se considerati εὐήθες est, mite, mansuetum: omnium aliorum humorum serum, & puris serum comparatione cum sero sanguinis molestum est, & semper aliquid mali affert, quia recipit sui humoris naturam. Sed serum sanguinis complexi quatuor humores ambigit; Estque bo„ num aut malum pro dominatu alicujus humoris. Proinde Hippoc. illo ad„ ducto loco scribit: De sanguine ichoroide, quod in pavidis talis, & vigilantibus, sive bonus, sive malus (Quo loco admirandum Hippocratis inge-

nium sibi in subsidium memoriæ tantum id scribentis) Hic duas assignat no-
„ tas; Pavorem, vigilias. Deinde dicit, Bonus, malus. Ac si dicat. San-
guis complexus quatuor humores in notis bonitatis aut malitiæ ambigit ac va-
cillat. Nam prout dominatur hic aut ille humor (quoniam raro adest ista æ-
quabilitas quam natura postularet) ita varia symptomata elucent. Exempli
gratia, si pituitosior est, & serum ejus (nam de sero mentio præsertim est)
pallores adsunt, tamquam minus formidandum symptoma, eaque quæ εὐήθειαν,
„ & benignitatem humoris designant. Unde, quod notandum est, ait, sero
„ pituitoso, inest quidem torpor, non mordacitas nec malignitas; nisi pituita
„ vitiata sit, nimirum aut salsa, aut acida. Quo ex loco colligere est (sed hoc
πάρεργον, utile tamen admodum ad cognoscendum) Arthritin, Ischiada cæte-
raque id genus, nec a pituita simplici, aut sero ejus esse, sed aut a sero pi-
tuitoso acido, aut salso, quod ad curationem magni momenti est. Nam pi-
tuita ejusque serum ex sententia Gal. paullo ante adducta indolentiam torpo-
remque in partes inducit, nedum eos atroces dolores quibus immisericorditer
qui articulari morbo sunt impliciti divexantur. Ergo (quod ante dictum est)
serum sanguinis comparatum cum aliorum humorum & puris sero, blan-
dum est & benignum. Nam & serum ichorque puris magnas alvi perturba-
tiones affert, tenasmos, dysenterias, quod Empyicis contingit Com. in Aphor.
39. sect. 2. lib. 6. Epid. De bilioso sero loci pene infiniti sunt. Ut Aphor.
3. lib. 6. Initio. Dysentericorum quum ichores præsertim biliosi ab hepate ad
ventrem confluunt, si ventriculum feriant ἀποσιτίαν inferunt, si intestina gra-
vissime ea afficiunt. Isti ichores & crudi & incocti dicuntur: crudi quum non-
dum a natura sunt temperati, non quod in alimoniam cedant. Incocti quod
vix gratiam naturæ recipiant. Vide Com. in part. 44. lib. 2. de Diæt. acut.
Quo in loco nomen ἰχῶρες male vertit Leonicenus: Humores melius, serum
biliosum, serositates (si nomen Latinis placet) tenues superfluitates. Item &
4. de Diæta περὶ ὀξέων, satis aperte docet generationem febrium ardentium
quum venulæ arefactæ ichores ad sese attrahunt. Contra tamen ea quæ hic
dicuntur facere videtur quod lib. 1. de morbis: quum de causis phrenitidis
agit Hippocr. ait sanguinem oportere fieri serosum in Græco διϊχρεῶν. Ergo, ut
scribendi commentandique finis fiat, privato quodam nomine ἰχὼρ ἢ αἷμα ἰχω-
ροειδὲς malignum, furibundum, venenatumque, serum, & pepasmi expers si-
gnificat, ut in pestilentibus constitutionibus contingit quas austrina constitutio
πνιγώδης, & ventis carens advexit: tunc enim serum putrescit venenatumque
redditur. Idem fere in fructuum abundantia contingit. Nam videre est iliadem
morborum sporadicorum contagione alios inficientium, & multos e medio
tollentium. Morborum numerum a sero maligno ortorum satis videre licuit
hoc anno 1573. In quibus jactationes innumeræ, pulsus calori per partes
fuso non ἀνάλογος, pruritus, faucium exulcerationes, dolores capitis transla-
to sero ac efferato implacabiles, in multis parotides funestæ: Quibus natura
satis robusta, sudores eruperunt, superfuerunt, utpote morbi indole & na-
tura in sero maligno consistente. Nam, quum fixa in humoribus præsertim
crassioribus morbi causa, sudores ita solvendo non sunt. Sed hæc satis. Quod
ad Aristot. opinionem paullo ante adductam (de qua dicturos non sumus pol-
liciti

liciti) quod ichor ſanguinem crudum aut in ſerum verſum ſignificet, Id minime verum, ſed καταχρηστικῶς tantum. Nam ut lacti crudior pars quædam eſt quæ ſerum dicitur, ita & ſanguini, & cuilibet humori Galeno Com. in part. 38. ſect. 2. lib. 6. Epid. Non propterea tamen ἰχὼρ ſanguinem crudum deſignat. Quamquam quum aquoſus magis ſanguis eſt, natura proxime ad ſerum accedens, ſeroſum ſanguinem vocitamus, non tamen abſolute ſerum. De ichore locus eſt nota dignus apud Hippocr. libro de hominis ſtructura ubi dividit autumnum in duas partes, in priore parte autumni τοὺς ἰχῶρας dominari ait, in poſteriore ſuccum melancholicum. Et quum iſte ichor dominatur, acidis, & adſtringentibus alimentis locum eſſe dicit: Galenus vero cap. 9. lib. 6. Sanit. tuendæ, dolores Capitis maxime manare ait ex vapore ἰχώρων, a ventriculo in quem iſti ἰχῶρες in jejunio tranſlati fuerant.

TO. K.

KATAKΛΙΣΙΣ καὶ ἔῤῥιψις contrariam vim habere videntur apud Hippocr. Nam libro de humoribus quum æger nullam decubitus formam retinere poteſt, nec ſedere, nec recumbere, nec quieſcere, ſed disjicitur, provolvitur, deciditque in pedes jactatque corpus, ἔῤῥιψις dicitur, & paſſio tantum eſt. Quum autem ſuo loco manet, quieſcit, erigitque ſeſe alacriter *; actio quædam eſt quam ἐνέργειαν Galen. Comm. in part. 16. lib. 1. Prognoſt. vocat: Id autem decubitus appellatur, Græcis κατάκλισις ἀπὸ τοῦ κατακλίνεσθαι, quod decumbere ſignificat. Ut autem dum ſeſe corpus movet, & legitime ſeſe componit facultatis corpus moventis ἐνέργειαν declarat, ita quum quieſcit nonnulla ejuſdem actionis ſignificatio apparet. Nam quies aut ſummam infirmitatem facultatis ſignificat, ut quum ἐν πυρετοῖς κοπώδεσι, corpus ne tantillum movetur nequeunte facultate aliquid efficere, & excitato dolore quum vel minimum movetur quis, aut facultatis vim aliquam, unde ἀνακαθίζειν καὶ κατακεῖσθαι καὶ κατακλίνεσθαι, ἐνεργητικόν τι habent, ut ita dicam. Præterea eſt aliqua quies in qua omnium muſculorum contentio fiat, Græcis ὁμοτονία dicitur, ut in milvis apparet qui in aere pendent. Unde inepte quidam confundunt ἐῤῥίφθαι καὶ κατακεῖσθαι: Illud paſſio tantum eſt, hoc actio. Quæ enim ratio & analogia eſt avis in aere volantis, & ejuſdem in terram decidentis dum telo trajecta eſt, aut gravi corpore decuſſa, eadem eſt τῆς ἐῤῥίψεως καὶ κατακλίσεως. Quum enim aves evolant præpetibus pennis actionis animalis vegetæ ac integræ illæſa facultate ſignum dant aliquod. Contra vero quum decidunt aere percuſſæ ictæve caſum facultatis ſignificat: Illud habitus, hoc privationis rationem habet. Idem in ægris contingit. Κατάκλισις deſignat & facultatis corpus moventis robur, & rationis judiciique integri ſignum exhibet: ἔῤῥιψις, quæ & κατάπτωσις dici poteſt, depravationem decubitus, aut ejuſdem privationem quamdam notat, unde & facultatis moventis imbecillitas caſuſve, & rationis labefactatio apparet, quum nulla veluti præeunte voluntate huc illuc jactati moventur. Et ideo τὰ σκέλεα διεῤῥιμμένα, in malis ponit Hippocrates part. 17. lib. 1. Prognoſt. Item τὰ σκέλεα διακεκαμμένα καὶ διαπεπλεγμένα, in malis ponuntur, & in Coacis vocat διακεκλασμένα, Quum artus deducti ſunt & modice contracti, quod reſolutio-

* Quod Hippoc. in Prognoſt vocat ἐν μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι

tionem nervorum & indecoram compositionem significat. In ægris decubitus ratio magni ponderis est, quod ad prædicendum præsentiendumque magnas habeat opportunitates. Hippocrates lib. de decenti ornatu de decubitu quidem agit quem ἀνάκλισιν vocat, sed hoc nomen pro decumbendi loco non pro forma sumitur. Itaque Hippocr. lib. περὶ χυμῶν, quum artem medicam breviter perstringit, ait consideranda esse τὰ σχήματα, illo nomine complectens omnem decubitus rationem, sive ea e natura sit, sive contra naturam. Et lib. περὶ ἄρθρων, hanc vocem usurpat quum docet quid afferat decubitus forma ad morborum (præsertim ubi de gibbositate, & repanditate disputatur) generationem aut augmentum. Nam & membri imbecillitas, & decubitus positusve partis ad incrementum morbi facit, quod in quam decumbimus partem, ea comprimatur, in eamque maxime partem præsertim si debilior sit, humores confluere solent. Sed hic duobus modis nomen σχήματος usurpatur. Tertia accedet significatio ex lib. de vetere medicina. Nam illic observat Hippocrates in corpore τὰ σχήματα, ut aliæ partes cavæ sint, aliæ non: & de aliis differentiis similiter. Verba Hippocratis sunt part. 17. lib. 3. de Articul. προξυμβάλλεται „ ἐνίοισι σὺν νόσῳ ἢ τὰ σχήματα ἐφ' ὁποῖα ἂν ἐθισθέωσι κεκλίσθαι, idest: Nonnullis „ una cum morbo figuræ decubitus in quas decumbere consueverint ægri, con„ ferunt, suppl. ad morbos adaugendos. Porro decubitus observatur aut in ægris aut in sanis: In sanis rationem causæ habet, in ægris potius signi, potest etiam & causæ, ut nunc ex lib. de artic. docuimus. Voco autem rationem causæ, quod bonus decubitus & naturalis ad optime juvandam coctionem conferat, & ad vitandas catarrhi opportunitates. Puta, si quis supinus jaceat, etsi illi hoc in more sit (quod perpetuo spectari vult Hipp. in Prognost.) & decussatim manus capiti imponat, non est dubium quin in Ephialten propendeat: Si paullum inflexus propensusque, idque pro voluntatis arbitrio obdormiat, coctionis munus in ventriculo juvabit. At quærit Aristot. Probl. 3. lib. 6. cur inflexo corpore decubitus juvat: duas rationes reddit: Prior est, quod coctio in alvo magis promovetur, parte nimirum tali decubitu calefacta: Posterior, quod locus flatibus qui in corpore multi pullulant & surgunt, detur: Extento corpore enim nulla caverna adigitur qua flatus sese recipiat, eoque nobis molestior esse solet. Item & Problem. 5. & 7. Quærit cur indormiamus potius lateri dextro, accumbamus & innitamur potius lateri sinistro: quæ quæstio ab illo acute agitata, acutius solvitur. Eaque huc pertinet quoniam de sanorum decubitu agitur qui tantum rationem causæ habere debet: si vis, signi & rationem habeat. At in ægris magni interest qua figura quis obdormiat, aut diductis cruribus, an decussatis, an complicatis, an negligenter rejectis ac projectis, an supinus, an pronus, an molliter, an laboriose, an quiete placideque, an turbulente, jactabunde, & cum jectigatione. Quæ omnia signi rationem habent, ut inde significatio fiat, aut doloris partis cujusdam, ut quum pronius in ventrem procumbit, aut delirii, ἄλυος, infirmæque aut potius senescentis & inclinatæ facultatis, ut quum nudatis pedibus (febre non admodum vehemente, vis enim in eo magna ponenda est Galeno Com. in part. 17. lib. 1. Prognost.) aut provoluto corpore, aut projectis artubus quis decumbit in lecto. Quæ omnia fuse persecutus est Hippocrates. Ut ergo recte

de-

decumbere, quod κατακλίνεσθαι dicitur (hoc enim verbum ἐνέργειαν significat, vim nimirum ab alio prodeuntem) ἢ διασχηματίζεσθαι a Galeno Com. in particul. 17. lib. 1. Prognost. signum bonum in ægris, ita contrarium in malis censeatur. Hippocrates primum optimam κατάκλισιν describit, in qua facultatis vim vult efflorescere ac elucere, & non ita vehementis morbi significationem dari, aut si morbus talis, non tamen corpus debilitatum succumbit. Optimum decubitum Galenus vult esse quum in latus alterutrum sine labore decumbi potest: Et hanc decubitus formam Mathematicorum more proponit, quæ sit obliqui index, canon & regula quam intueri sit necesse. Ejusmodi autem decubitus optimus ut signum: nam vim & robur corporis designat. Quum enim talis decubitus rotundam figuram efficiat, difficilius suo statu retinebitur, quam si plana esset. Quod si eam servet æger & tolerantiam suam & robur indicabit. Alia est decubitus forma quam Gal. in Com. in part. 16. lib. 1. Progn. vocat ἀνάῤῥοπον ὑπτίαν: interpres vertit, Jacere erectius, sed male, debet enim Latine reddi, quum quis supinus & erectus decumbit, τὸ ὕπτιον enim supinum significat. Quatenus enim supinus tantum decubitus, est ἐνδοιαςὸς, idest, indifferens & ambiguus, sed quia erectio est aliqua, affinis est optimo decubitui. Alii decubitus non ita boni, ut κατάκλισις ὑπτία, ἢ προπετής, aut προπετὴς, idest, decubitus supinus, & præceps, propensus, proclivis, & deciduus. Item alius malus, quum in ventrem decumbit. Itaque quum suo decubitu manere non potest, provolvitur & in pedes a culcitra prolabitur, nudantur pedes, projiciuntur artus inæqualiter, proprie id omne ἔῤῥιψις ἀπὸ τῶ ῥίπτασθαι dicitur. Si ergo hoc ἔῤῥιψις dicitur, quare dicit hoc totum ἀλυσμὸν significare? an aliud est ἐῤῥίψις, seu ῥιπτασμὸς, & ἀλυσμὸς, quod si verum est, unum & idem seipsum significabit. Est ubi nomen ἔῤῥιψις ejusmodi projectionem, devolutionemque corporis significat quatenus ad inæquales motus & agitationes significatas prius refertur: Est ubi significet id ipsum quod causa est ejusmodi motuum & agitationum inconditarum. Quod autem causa est, dicetur aut summa imbecillitas facultatis corpus moderantis, aut ventriculi κάκωσις; mala dispositio orificii ventriculi, aut totius ventriculi. Nam Galenus Comm. in Aphor. 56. lib. 7. aperte docet ἀλύειν, verbum significare anxietatem a qualitate humoris ventriculi orificium molestantis, ut non tam in capacitate humor contineatur, quam alvi ipsius parietibus adhæreat. Nam & ἀλυσμὸς id significat, & quæ causa ἄλυος, eadem & ἐῤῥίψεως causa. Nil interest sive hoc, sive illud dicas. Hoc tantum monere superest κατακεῖσθαι & κατακλίνεσθαι, pro eodem sumi: tamen τὸ κατακλίνεσθαι, habet plus ἐνεργείας, quam κατακεῖσθαι, si ad examen res revocetur. Item mirum quomodo κατακλίνεσθαι, hic & lib. de Artic. in bonam partem sumatur, quum part. 38. lb. 2. Prorrh. τὸ κατακεκλιμένον, in malam accipiatur partem. Nam quum cautionem affert ne quis exsolutis medicinam adhibeat, vocat τοὺς κεκλιμένους, idest, ἐκλύτους, ut Galenus loquitur, interpres vertit, Inclinatos. Forte nomen hoc ad hominem accommodatur quum potius ad morbum referri debeat: ut dicatur ἡ νόσος κατακεκλιμέν, morbus affectus, ac inclinatus quum omnia sunt in desperato: quo modo dicimus: Rempubl. inclinatam ac senescentem. Cicero. Sed hæc alio loco.

KATEIΛOYΣAI φωναὶ legitur apud Hippocratem partic. 32. sectio. 3. lib. 3. Epid. Cujus in vocis proprietate multum laborat Galenus. Nam & improprie hac usum voce Hippocratem contendit, & si vocem admiserit, male activam pro passiva usurpasse. Nos non tam de verbo laborabimus, quam ut utilitas ex rei explicatione consequatur. Primum Galenus activam vocem rejicit κατειλῦσαι, etsi Hippocrates ea uti voluerit, ait credibilius passivam usurpasse κατειλύμεναι. Nec adeo ignarum linguæ Græcæ Hippocratem esse vult ut activam vocem pro passiva supposuerit. Miror tamen Galenum non observasse etiam in germanis scriptis, ut in aphorismis & Epidemiis, Hippocratem alias solœcismum committere, alias passivam vocem pro activa voce usurpare, alias quod effectus proprium est parti attribuere, & contra: ut aphorismo 37. lib. 2. Aph. scribit οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες, alii ἐργῶδες scribunt & melius. Itaque solœcismus commissus. Debuerat enim scribi τοῖσιν εὖ τὰ σώματα ἔχουσι φαρμακεύεσθαι ἐργῶδες. Et si legamus, ἐργώδεες φαρμακεύεσθαι improprium hoc est. Et 2. de morbis mulierum legitur γυναικὶ διεφθορυῖα, pro διεφθορυίῃ. In Aphorismis lib. 4. Aphor. 51. ὑποστήματα λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσεις, dicit in voce passiva, pro λύοντα. Alicqui non cohæreret aphorismi sensus ut alio loco a nobis est demonstratum. In Prorrhetico partic. 52. lib. 2. φάρυγγα πνιγώδεα dicit, pro, συνάγχην πνιγώδεα. Nec enim fauces sunt strangulantes, sed angina ipsa est quæ strangulat. Quo in sensu Hippocrates dicit φωναὶ κατειλῦσαι, sive, κατειλύμεναι, pro φάρυγξ τηκόμενος, & κατειλύμενος, aut, γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος. Attribuit voci, quod parti attribui debet. Itaque Galenus in duobus mihi errare videtur (pace tanti viri dicam.) Ac primum quidem quod arguat Hippocratem, aut saltem fingat male Hippocratem vocem activam pro passiva posuisse. Hoc enim Hippocrati contigisse docuimus ante. Etenim licuit Hippocrati etiam data opera, ut summo auctori, & primo artis Medicæ cultori & improprie aliquando loqui, & solœcismos committere. Quod non tam ignorantiæ aut incuriæ tribui debet, quam ejus auctoritati. Voluit enim videri aliquando parum de verbis laborare, res curiosius persequi. Immo isti errores (si modo errores dicendi sunt) aliquid priscum, & auctoritate plenum habent. Quomodo Maro Poetarum regula sæpe dimidios versus composuit, sæpe syllabas breves pro longis supposuit, sæpe vocales non elisit. Quod artis Poeticæ ignorantia factum nemo bonus dicat. Secundo modo Galenus lapsus videtur qui vocem illam & activam, & passivam, κατειλῦσας rejiciat: quod nemo dixerit, vocem impulsam, intrusam, contortam, illud tamen ipsum est quod vox κατειλύμενον significat. Jam autem diximus proprie quidem τὸ κατειλύμενον voci non tribui, sed potius instrumento nempe arteriæ, aut laryngi. Quod miror Galenum non legisse apud Hippocratem ut nos ipsi legimus quemadmodum paullo post aperiemus. Scopus Hippocratis est demonstrare qualia contingerint in constitutione calida, humida ventisque placida. Caput humoribus fetum plenumque redditum est. Hinc coryzarum, & catarrhorum in fauces & pulmones ilias. Maxime autem eorum vim perceperunt qui jam ad tabem propensitatem nonnullam habebant. Itaque ferina destillatio fauces irrigans læsit instrumenta, & tametsi humida esset non tam raucas

eas voces effecit, quam quodammodo clangosas ob feritatem & acrimoniam humoris, quæ divellit & contrahit quodammodo, unde gurgulio, aut arteria lædi constringique videtur quod κατειλεῖσθαι dici potest: Hinc vox κατειλυμένη dicetur, effectum pro causa sumendo, quum instrumenti læsio, contractio, siccitas, squalor, divulsio ob ferinam distillationem vitiandæ vocis occasio sit. Sic κατειλυμένας voces dicemus ac si dicas: κατακλειομένας ἢ συνειλυμένας, occlusas, coactas, compressasque ut pote exire nequeuntes. Hoc autem catarrhus effecit præsertim in natura tabidis, & iis quibus pulmo imbecillus foret: Hippocratis duo sunt loci ex quibus eorum quæ dicuntur plena demonstratio elicietur. Libro 1. Epid. sectio. 1. partic. 28. loquens de vergentibus ad phthi-
„ sin qui in constitutione humida male affecti sunt, quum tamen plerique
„ haberent ἐνδοιαστῶς, ait, φάρυγγες ἐπώδυνον εἶχον, ἔχοντες ἔρευθος, ῥεύματα σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι. In hoc loco autem quem nunc demonstrandum suscipimus scribit, φωναὶ κακούμεναι καὶ κατειλοῦσαι, sive κατειλούμεναι. Idem sensus, verba diversa sunt. Quod sit idem sensus patet, primum in utroque loco maxime de phthisicis loquitur, de ferina destillatione a capite: Ista destillatio quamdam σύντηξιν attulit pharyngis. Nam quum diu perseverat, contabescit eliquaturque pharynx & arteria, hinc vox vitiatur, impeditur. Itaque & φάρυγξ proprie dicetur a ferino τηκόμενος καὶ κακούμενος, item & κατειλούμενος. Itaque eumdem sensum vides, & verba diversa quidem sed eodem pertinentia omnino. Alter locus est æque apertus histor. 6. sectio. 2. lib. 3. Epid. de filia Euryanactidis; Huic, ait Hippoc. fauces initio dolebant, rubebant, γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος, destillationes multæ acres, tenues, deinde quod notandum, sub finem, & erat illi συγγενικὸν φθινῶδες. Hic patet a destillatione ferina gargareonem affectum esse revulsum, retractum, quod non fit citra siccitatem & colliquationem quamdam. Itaque fauces dici possunt τηκόμεναι, κατειλούμεναι, ἀνεσπασμέναι. Improprie autem verba hæc ad ipsam vocem referrentur. Quod autem ab ipsa siccitate contractio, & vitium arteriæ contingat, patet ex Com. in Aphor. 35. lib. 4. Aphor. Ubi miratur qui fiat ut intorqueatur collum, & tamen doloris non meminerit Hippocrates. Galenus autem ait doloris vacuitatem non adesse
„ quum inflammatio est, sed evenire posse, ut ab ipsa siccitate colli tentio
„ fiat, tractus, & eversio. Qui locus est commemorabilis. Et de ea re plenius dicetur in voce ξηρόν. Porro miror Galenum Comm. in particulam illam quam nunc explicamus, dubitasse cur dixerit Hippocrates & tabidis & phreniticis & ardentibus febribus voces lædi intorquerique. Nam raucas voces reddi vult a catarrho, a siccitate clangosas. Verisimile autem febricitantes ardenter habere clangosas, non raucas. At jam demonstravimus ex prædictis locis istam destillationem acrem esse, mordacem quæ quamdam siccitatem & squalorem afferat instrumento unde vox non libere exeat, propterea credibilius est & in tabidis ipsis, & in phreniticis clangosam vocem esse ob ipsam siccitatem inductam, quam raucam. Quamquam & nonnihil raucedinis habere potest.

ΛΕΙΕΝΤΕΡΙ'Α. Ad historiam de leienteria hoc addi potest. Grammatice nimium de leienteria agit, ac si solo intestinorum lævigatorum vitio contingat. Decipiturque nimium nominis Etymo: quod si respicitur, non est dubium quin ad sola intestina vitium referatur. Sed in hoc taxantur veteres Com. Aphor. 1. lib. 6. Aphor. qui quum essentiam λειεντερίας probe intelligerent, in nominibus assignandis aberrarent. Si χύλωσις ad solum ventriculum pertineat, cum ἐν τῇ κοιλίᾳ χυλώσεως ἀποτυχία dicatur λειεντερία, non ad intestina prima mali labes revocanda. Galenus Comm. in Aphor. 12. lib. 4. Aphor. melius multo de leienteria sentit: Λειεντερία, ait, sequitur intemperiem omnium partium quæ ad alvum pertinent, idest, ipsius ventriculi, in quem cibi ingeruntur, & intestinorum quæ cremorem ex hoc recipiunt, hæc Galenus. Imitandus itaque potius Galenus fuit quam Paullus qui etymo deceptus imminutus est in explicatione originis & naturæ ipsius morbi. Tamen Comm. in Aphorismum 43. lib. 6. loquens Galenus de Leienteria quæ succedit longæ lienosorum ægrorum Dysenteriæ, „ ait, τῇ δυσεντερίῃ ἐπιγίνεται λειεντερία ἐπὶ τῇ τῶν ἐντέρων κακώσει μόνῃ. Diuturnæ dy„ senteriæ lævor intestinorum succedit, ob solum intestinorum vitium. Itaque & Paullus & Gorræus Galenum tamquam Deum tutelarem habebunt in tuenda opinione sua. Locus notandus admodum est. Nam illud μόνον, non excludit ventriculum; immo nulla leienteria contingere potest, quæ vere ita nominetur, nisi vitium attingat ipsam alvum; quum sola alvus chyloseos officina exsistat. Cur ergo dixit, solo intestinorum vitio leienteriam contingere? illud per comparationem cum aliis morbis qui fiunt per συμπάθειαν necessario, dictum est. Nam comparatur lævor intestinorum cum hydrope, hydrops in frustratione αἱματώσεως, suam essentiam habet: Αἱμάτωσις solum hepar agnoscit causam sui: Ergo tametsi partes omnes & intestina hydrope laborent, id non fit proprio ipsorum vitio, sed propter vitium hepatis, nimirum imbecillitatem ob evacuationem in dysenteria nimiam: sed leienteria a solo intestinorum vitio, idest, non fit per sympathiam alicujus partis, lienis, hepatis, aut venosi generis, ut hydrops; sed proprio vitio, & ejus, supple, partis, sine qua leienteriæ essentia non subsistit. Nec enim si sola intestinorum œconomia laboraret, funestum esset symptoma: sed ut diuturnæ dysenteriæ leienteria tamquam ἐπιγενόμενος ἡ νόσος ἢ σύμπτωμα, in malis ducatur, necesse est ventriculum laborare. Credibile quidem primum labefactata esse intestina a dysenteria, & ita malum crevisse, & lævorem in iis jamdiu fatigatis a vetere morbo contractum fuisse, sed iste lævor καταχρηστικῶς tantum leienteria appellitari debet, nisi protracto ad Ventriculum vitio, sed hæc satis.

T O. M.

ΜΥΚΗΣ, masculini generis μύκου, & μύκης, μύκητος, unde μύκητες in plurali numero, obscuram admodum habet significationem apud Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, quum ait ischiadicos claudicantes urendos

esse

esse μυκῆσι. Vel uruntur partes carnosæ, vel osseæ: osseas non censet uri debere σιδηρείοισι ferramentis, sed μυκῆσι, contra vero carnosas ferro candente urendas esse. Quid sibi vult Hippocrates? Nam si μύκης & μύκητες, fungos & terræ quædam φύματα significat, ut aperte Gorræus in dictionis hujus explicatione edisseruit, quis erit sensus si dicamus artus claudicantis ob infarctum crassioris pituitæ, ut illo loci explicat Hippoc. quam medicamentum purgans amoliri non potuit, partem carnosam ferro exuri debere, osseam autem μυκῆσι, idest fungis, ut vertit Cornarius Grammatice tantum? Nec enim hæreret sensus. Nos autem quum varias hujus vocis significationes in veterum libris haberemus in numerato, videbimur forte non longe ab Hippocratis mente discedere si quid sentiamus, explicemus. Præter fungi e terra præsertim crepusculo erumpentis significationem, lucernarum fungos quoque designat hoc nomen. Et μύκητες apud Aristoph. pro vermiculis qui circumvolitant lucernas accipitur. Etymologicus autem pro scintilla vult sumi, qua ex postrema significatione id quod volumus, eliciemus: Ita enim Hippocrates aut vult multas & profundas crustas (ἐσχάρας vocat) excitari, aut non. Excitantur præsertim in mole carnea. Id autem commode fit candente ferro quod vestigium sui minime fugax imprimit atque inurit; in ossea substantia nil necesse est hoc fieri, propterea ustio si procuranda est, melius administrabitur μυκῆσι, non dicam, fungis, sed scintillis candelarum & flamma ipsa. Ac si μετωνυμικῶς scintillam, pro igne ipso activo accipiat, ut si accensa candela admoveatur urendo ossi. Quidam interpres paullo quidem propius ad mentem Hippocratis accedens legit: Urendas partes osseas cantharidibus. Sed huc adducendi codices fide digni. Quod ad intemperationem Cornarii attinet, ut ea suo patrocinio non careat, fieri potest temporibus Hippocr. quosdam μύκητας, idest, fungos exstitisse, quibus forte caustica adurensque vis inesset, quæque commode in ustione ossium usu veniret. Sed id conjecturæ opus est.

T O. N.

NΗΔΥΣ, ἀπὸ τοῦ νηεῖν, quod aliquid ingeratur cumuleturque, significationem invenit, pro utero alias sumitur, alias pro alvo proprie dicta, alias pro alvo tantum inferiore, & id proprie significare volunt. Unde νηδύϊα lactes crassioraque intestina significat apud Hippocr. Et libro de corde sub finem nomen νηδύος, pro ventriculo & intestinis. Ego vero nomen νηδύος apud Hippocr. reperi lib. περὶ τέχνης, & sumitur pro quavis in corpore capacitate fere eo modo quo & nomen κοιλίη. Nam & in angustum vox hæc contrahitur, & latius patet. In angustum quidem contracta cum articulo ἡ alvum proprie significat, sive nomen alvi pro solo ventriculo χυλώσεως officina sumatur ut interpretatur Tullius, sive etiam præter ventriculum comprehendat ventrem inferiorem. Quo in sensu dicebat Aphor. 15. lib. 1. αἱ κοιλίαι χειμῶ-
„ νος φύσει θερμόταται. Et partic. 40. sect. 2. lib. 6. Epid. Empyematis umbilicus
„ terminus est, quibus suppuratio contingit, iis κοιλίαι ταράσσονται, pro alvo inferiore sumitur nomen κοιλίης, sine articulo, quod alias dixit κοιλίη ἡ κάτω, quomodo Aphor. 38. lib. 7. Aphorism. Destillationes ἐς κοιλίην τὴν ἄνω, idest,
„ in

est in pulmonem, auctore Galeno. Et par. 1. sect. 3. lib. 6. Epid. Cutis raritas ἡ κοιλίης πυκνότης, idest, ventris inferioris densitas & adstrictio. Et θερμοκοίλους ψυχροσάρκους, vocat particul. 25. sect. 4. lib. 6. Epid. nomine τῆς κοιλίης, pro ventriculo in quo cibus elaboratur ac conficitur, sumito: potest quoque & hic pro iis quibus hepar calidius est θερμοκοίλους sumere, ut nomen ventriculum, & totam ventris inferioris regionem designet. Item pro externo habitu abdominis sumitur nomen hoc: & per synecdochen pro partibus in abdomine contentis, ut part. 19. lib. 2. Prognost. ἡ κοιλίη λαπαρὴ καὶ εὔογκος legitur, „ idest, totum abdomen & aqualiculus. Et Galenus lib. ad Thrasybul. Venter præpinguis acutiem menti non affert, quo loco de athletis agit quibus „ venter saginatus est. Et aphorismo 7. lib. 6. Aphor. Dolores sublimes κατὰ τὴν κοιλίην vocat, qui peritonæo tunica distinguuntur. Nam si partes supra peritonæon infestant, dicitur dolor μετέωρος. Sin ventriculum ipsum, aut intestina, aut profundiores partes, dolor profundus dicitur. Nomen autem κοιλίη, sine articulo omnem cavitatem significare potest, sive illa sit manifesta, sive soli rationi subjiciatur, idest, sola ratione comprehendatur. Quam- „ quam Hippocrates Aphor. 20. lib. 6. scribit cum articulo, si sanguis „ ἐκχυθῇ εἰς τὴν κοιλίην παρὰ φύσιν, corrumpitur. Non est credibile tantum significari, aut alvum inferiorem, aut superiorem, sed generaliter pro omni capacitate sumitur tametsi articulus additus sit. Quo in sensu nomen νηδύος sumi potest. Unde commemorabilis est locus lib. de arte: Corpus non ha- „ bet unum ventriculum; Græcis μίαν νηδὺν, sed plures. Duo sunt qui ci- „ bum suscipiunt & dimittunt: præter hos duos alii plures. Nam quibus- „ cumque membris caro est circumsita, musculus appellari solita, hæc ven- „ triculum habent. Nam omne inconcretum & non coalescens, seu illud „ pellicula, seu caro circumtexerit, cavum est. Dum sanum est flatu, dum ægrum ichore impletur. Quod notandum est. Et illud ipsum est quod Galenus demonstrat Com. in Aphor. 20. lib. 6. Aphorism. quum ex- „ plicat locum inflammationis, & ἐκχυμώσεως. Phlegmone, ait, fit quum spargitur sanguis per minimas partes ad eas cavitates quæ sunt in musculis, quas solo rationis sensu contemplamur, in Ecchymosi autem effunditur in spatia quæ vasis ipsis circumjacent & circumponuntur.

T O. Ξ.

ΞΗΡΟ'Ν apud Hippocratem multis tribuitur, majoremque significationis vim habet quam quis fortassis opinetur. Nam & ophthalmia sicca, & morbus ξηρὸς & tabes ξηρὰ, & pleuritis ξηρὰ, & χολέρα ξηρὰ, & ulcus ξηρὸν, aliaque multa sicca dicuntur alio atque alio in sensu quorum explicatio non est prætermittenda in Aphor. 12. & 14. lib. 3. Aphorism. ξηρὰς ὀφθαλμίας, reperio quæ & φθινώδεις, dicuntur, quæ ταῖς ὑγραῖς opponuntur. Non quod idem φθινώδης, ophthalmia & ξηρὰ dicatur: quum ξηρὰ longius largiusque accipiatur. Nam & ophthalmiæ siccæ in humorum acrium abundantia contingunt, & in squaloribus: tabidæ autem, Græcis φθινώδεις ophthalmiæ in squaloribus, consumtioque oculorum contingit, ut

paullo

paullo post dicetur. Ceterum ophthalmiæ ῥοώδεις καὶ ὑγραὶ opponuntur ophthalmiis ξηραῖς καὶ σκληραῖς, lib. de locis, aere & aquis, ut ξηρὸν καὶ σκληρὸν idem significare videantur. Ait enim humidas ophthalmias iis contingere qui loca calida & ventis calidis perflata incolunt: Duras & vehementes iis qui versantur in locis ventis frigidis perflatis. Sic sicca lippitudo bifariam potest intelligi, vel quod nihil aut paucum defluat, vel quod aliquid ad oculos acre, mordax, & tenue affluat non quantitate sed qualitate peccans. In humida autem humor aqueus defluit, non eo modo quo in Epiphora, sed quum inflammatione in oculos humor defluit quantitate molestans, humidam ophthalmiam describit Hipp. part. 48. sect. 3. lib. 3. Epid. In constitutione cal. humida austrinaque multis fiebant ophthalmiæ humidæ diuturnæ palpebrarum, multis contigere tubercula. Quod docet unum & eumdem humorem duplicem habere substantiam, unam tenuem qua efficit ophthalmiam humidam: alteram crassam qua Epiphyses & tubercula producit. Quod Gal. Com. in particulam illam exacte docet. Et quum tenuem humorem dico, non acrem & mordacem intelligo, nam hic siccam lippitudinem facit. Sed aqueus & liquidus humor multus humidam gignit. Quod Hippoc. demonstrat in lib. de locis & aquis, & Commen. in Aphoris. 14. lib. 3. explicans quid contingat autumno sicco & aquilonio, „ quem æstas pariter sicca & aquilonia præcessit: Contingunt, ait, febres „ acutæ, diuturnæ, lippitudines siccæ, quia quod in bile est humidissimum „ & liquidissimum absumtum est, quod crassius est, remansit. Itaque humidissima & maxime liquida pars humidam ophthalmiam peperisset. Quod crassum est de tenui humore reliquum, siccam ophthalmiam parit: quod crassum de humore crassiore ac glutinosiore, in palpebris tubercula gignit, ut ex Hippocratis interprete abunde patet. Dictum autem paullo ante siccam lippitudinem dici, vel quod nil excernatur, quum non desit forte humor, sed supprimitur ab ambiente frigore ut ante ex libro de aere & locis docuimus, & ea lippitudo sicca dici potest, cruda, dura: vel quod humor affluat quidem sed paucus, acer, nitrosus: Tertia accedit ea quam φθινώδη diximus a squalore quodam & immodica siccitate. In squaloribus, Græce αὐχμοῖς, omnes pullulant, sed maxime secunda, & tertia. Nam ad primam frigus boreale concurrit maxime. Aetius & Celsus composito nomine ξηροφθαλμίας, vocant eas in quibus oculi arent, squalent, non tument nec diffluunt, sed cum levi prurigine ingravescunt, & palpebræ præ gravi pituita inhærescunt. Et ψωροφθαλμίας similes constituunt in quibus oculorum aspritudo cernitur, scabrities, pruritus a nitroso salsoque humore. Et iis accidunt quibus humores biliosiores sunt cum nonnulla crassitie, aut quibus corpus pituita salsa putrique abundat. Ergo quum in aphorismorum lib. 3. Aphor. 16. Hippoc. dicit, ἐν αὐχμοῖσι φθινώδεες ὀφθαλμίαι, legendum sine distinctione, non cum additione, καὶ, ut quibusdam placet. Nec istos αὐχμοὺς ita audire oportet, ac si nil humoris adsit. Humores enim adsunt ferini non tam quantitate quam qualitate molesti. Quod tamen in Com. Galeno non videtur, sed errat meo judicio, ut alio loco a nobis est demonstratum. Et in lippitudine φθινώδει consumtio oculi sequitur aut ratio-

ne

ne ipsius squaloris, aut ichoris ἐν αὐχμῷ geniti. Nomen tabis large accipitur, ut Com. in Aphorism. 10. lib. 3. Aphor. sumi posse docuit Galenus.
„ Νόσημα ξηρὸν dicitur ab Hippoc. Comm. 1. part. 22. in lib. de Diæt. acut.
„ Dum morbus, ait, siccus est, a pleniore cibatione abstinendum. Nomen τοῦ ξηροῦ, non tantum morbis thoracis tribuit, sed omnium partium affectibus in quibus nil eorum quæ redundant excernitur. Ut quum in lippitudine nil resudat, in cerebri affectibus nil per nares palatumque extruditur. In affectibus ventris inferioris quum alvus sicca aridaque manet. Quum autem excretio fit, morbus ὑγραίνεσθαι dicitur. Quo loco quæstio poni potest disputatione digna, an idem sit, morbum siccum esse & crudum: ut idem, coctum esse & humidum. Idem videntur esse. Nam in pleuritide quum madet os, expectoratumque jam procedit, est quid ἐπιφαινόμενον docens initio jam exacto brevi morbum finitum coctumque iri, Aphor. 12. lib. 1. Si itaque quum nil excernitur aridumque os est pleuritis sicca dicitur, & cruda: madescente ore humidus morbus dicetur & coctus. Itaque concludet quis, sed male, ophthalmiam humidam, in qua multus diffluit humor, eamdem dici coctam eo modo quo & pleuritis. At res longe differt. Item quum quaquaversum ac undique cerebrum diffluit liquidis excrementis, morbus dicetur humidus & coctus. Sed hoc falsum est. Dicemus autem brevitatis quidem morbi indicium esse oris madorem & humectationem, non tamen idem esse humidum & coctum: nec siccum & incoctum. Nam quum liquidior ptisana lib. 2. de Diæt. acuto. ad humectandum dari dicitur, non idem est, ac si dicas ad coquendum. Unde lib. de Vetere Medicina erysipelata, peripneumoniæ, defluxiones salsæ, acres, humidæ, incoctæ dicuntur, quæ quum coquuntur, crassiores dicuntur: idest, dum crassiores redduntur jam coqui putantur. Et Hippocr.
„ part. 23. lib. 1. de Diæt. acut. scribit: Si os madefiat, & qualia opor-
„ tet e pulmone educantur, sorbitionis quantitatem augebis: Nam quæ citius madent, celerioris criseos notam præ se ferunt. Si humidum esse idem esset ac coctum, siccum & incoctum idem, Hippocr. simpliciter dixisset: Si os madefiat; nec adjecisset: Et qualia oportet educantur: Hæc enim particula, non humiditatis meminit, quæ siccitati contraria est, sed coctionis ipsius tacitam mentionem injicit. Alioquin quum Gal. & Hippoc. Aphor. 12. lib. 1. Aphorismorum, & Aphor. 50. lib. 2. Prognost. scribit in morbis thoracicis sputa initio apparere debere, idem est ac si dicat, os humescere initio debere. Itaque aliud est humescere, aliud coctum esse. Et quum supra dixit Hippocr. Si qualia oportet educantur: Galenus in Com. ait hoc esse signum & argumentum coctionis. Non autem dicit, os humidum, esse coctionis γνώρισμα. Præterea si idem esset coctum esse ac humidum esse, catarrhosæ dispositiones, cujuscumque modi essent, e coctorum morborum numero, etiam dum incipiunt, dicerentur. Nec dubium est quin quibus in morbis excretio debet esse materiæ, si illa materia omnino supprimitur, morbus siccus dicatur, & crudus, quatenus notæ coctionis non elucent. Quum autem de materia morbi educitur quippiam, ὑγραίνεσθαι morbus dicetur, & coqui si notæ argumentaque πέψεως appareant. Sed si ante

te tempus excretio fiat materiæ, tametsi quippiam effluat, tamen crudus appellabitur morbus, νοῦσος autem ξηρὰ non dicetur. Apud Hippocratem χολέρα ξηρὰ, dicitur 4. acutorum τῇ χολέρᾳ ὑγρῇ opposita, a spiritu flatulento & acri turbationem seditionemque in corpore excitante, sive sint tantum flatus, sive alia adsint quæ prohibeant quo minus flatus ipsi exeant. Ex sententia autem Galeni eos adoritur Comm. in particulam 103. lib. 4. acutor. qui cibos coctu difficiles sumserunt transire nequeuntes, quibus adjecti sunt cibi impense calidi ac acres. Unde tumultus excitatur, idque contingit quod Horatius in Satyris cecinit:

-- Nam, variæ res
„ *Ut noceant homini, credas, memor illius escæ,*
„ *Quæ simplex olim tibi sederit. at simul assis*
„ *Miscueris elixa, simul conchylia turdis,*
„ *Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum*
„ *Lenta feret pituita.*

Sic lazerpitii radix choleram morbum siccam facit si cum multo caseo & carne bubula sumatur. Sic 5. Epid. Quidam vorax ex haustu vini generosissimi, placentarumque esu in choleram siccam incidit. Ex eo autem sicca definitur cholera, quod excitata illa seditione in corpore omnia resistant, nullaque neque sursum, nec deorsum fiat evacuatio. Atque in humida plus est materiæ præsertim biliosæ corruptæ liquidæ, unde facultates ad omnimodam excretionem sollicitantur: & quatenus excretio fit, humida dicitur: In sicca quum plus crudæ sit materiæ & flatuum materiam illam subigere, movere, agitareque studentium, divelluntur membranæ; immo disrumpuntur non sine, atroci dolore, a quo mors præeuntibus frigidis sudoribus contingit: siccaque ideo dicitur quod nil excernatur, sed convolutio tantum intestinorum fiat, inflatioque ventris & omnium rerum convulsio quædam. Qua in significatione τὸ ξηρὸν proprie sumitur. Ac illo quarto Acutorum scriptum est:
„ A cholera arida venter inflatur, strepitus fiunt, dolor laterum & lumbo-
„ rum, nilque alvus dejicit, sed adstringitur. Adstrictio illa τὸ ξηρὸν constituit, & in adstrictione ista ξηρότης consistit. Et Galenus interpretans particul. illam non probat suppressionem istam flatuum ad hyparxin constituendam
„ choleræ aridæ. Verba sunt hæc: Quum flatus interdum exire possint, in-
„ terdum retineri, aridam choleram ob retentionem flatuum generari asserere nequeo. Nam probabilius eos vocare cholera morbo laborantes in quibus flatus erumpant, quam in quibus retineantur. Contra tamen veritatem asserere videtur hoc Hippocratis interpres Galenus, quum cholera sicca videas eos interire in quibus suppressio fit & flatuum & humorum. Idemque fit in ventre quod in eo surarum affectu qui a Græcis σπασμὸς dicitur, in quo ob prohibitum flatum divulsio contingit partium nervosarum, indeque dolor implacabilis. Sed objiciat quis, quum in tympanite flatus cohibeatur, cur non æque implacabiles dolores excitantur, & mors non æque subito obveniat, ac in cholera sicca? In tympanite enim coercetur flatus humoris comes inter mem-

membranas. Dicimus in cholera morbo conatum esse naturæ ad excretionem, & majorem agitationem a spiritu flatulento & humoribus pituitosis crudis ac tenacibus, quam in tympanite. Nam in tympanite non tantus tumultus fit, sed sensim atque sensim flatus cumulantur & materia: In cholera sicca orgasmus est. Non quin in tympanite dolores adsint etiam qui vix remediis cedant, sed non adeo acres sunt & acuti ac in cholera ipsa. Dolores adesse in „ tympan. vix placabiles declarat aphorism. undecim. lib. 4. Circa umbilicum „ labores & tormina, nec medicationi, nec aliis remediis obedientia in tympanitem terminantur. Ceterum quod ante de distinctione ophthalmiæ humidæ ac siccæ dictum est, idem de angina dici potest. Nam si diligenter legatur lib. 4. Acutorum duplex angina reperitur, una a crassa viscosaque materia quæ in majoribus venis continetur, altera a subtili, acri, & hanc anginam Galen. Commen. in part. 30. & 31. lib. 4. Acut. explicans ait vocari posse „ πικρόχολον ἐς χολώδεα, Hippocrates sic eam describit: Quum a capite tenuis flu- „ xio est & nitrosa, mordet, ulcerat, & orthopnœam parit & siccitatem multam: quæ hoc humore apparent sunt ἰσχνά, idest, minime tumentia: sic enim illo loco & Com. in part. 54. lib. 2. Prorrhet. ἰσχνὸν non pro gracili sumitur, sed pro humili, & non tumente. Quo loco anginam illam siccam videtur describere Hippoc. ut non tam quantitate humor infestet quam qualitate, unde partes ξηρασίαν quamdam, verbo vetusto, patiuntur: Et quum non sit tumor, ob siccitatem tamen difficilis est deglutitio: & spargitur humor in omnes partes iis dolorem inducens ac summam siccitatem & squalorem quemdam ut partes quodammodo extenuatæ emaciatæque appareant; & ob emaciationem istam omnium ad collum & guttur partium attinentium vocis sequitur impedimentum per laryngis passionem, ait Galenus. Eamdem anginam siccam, sed letaliorem „ Hippocrates videtur explicasse lib. 4. Aphorismor. Aph. 35. Si a febre „ habito collum convertitur, & vix devorare potest sine ullo tumore, letale. „ In altero aphorismo: Si a febre habito tumore non exsistente in faucibus stran- „ gulatio repente supervenerit, letale. Loquendi formas Galenus animadvertit; Nam aliud est dicere: Vix potest devorare: aliud, strangulatio adest in faucibus tumore non exsistente, necessario guttur & larynx afficitur. Ac quærit Galenus cur in descriptione anginæ non meminit doloris ut in Prorrhetico dicens, „ Fauces dolentes: Item, An angina absque dolore esse possit. Quod ad prius, tametsi doloris non meminit, tamen potest satis intelligi; de posteriore ita sentit, si cum inflammatione angina est, necesse est quoque & dolorem adesse. Sed si inflammatio non adsit, strangulatio potest contingere tribus modis absque dolore: Ut oborto œdemate, vel resolutione laryngem moventium musculorum, vel ab utroque simul. Tertio summa siccitas & squalor eorumdem laryngis musculorum hoc efficere potest. Desiccati enim supra modum extenduntur, & sic angustiam afferunt, præsertim si siccatio confertim fiat. Siccitas autem illa ab humore est nitroso ut dictum est. Sed alia quæstio difficilior oritur, quum strangulatio in angina repente contingat, an id a siccitate immodica fieri potest, & quomodo? Videtur fieri non posse. Nam si intemperies sicca angustiæ & strangulationis perinde causa est, non nisi longo tempore acquiritur, ut ex locis multis doceri potest, ac præsertim cap. 7. lib. 3. de loc. affi.

aff. ubi Galen. docet Epilepsiam non ideo ab intemperie sicca fieri, sed ab humore potius quod cito fiat ac solvatur, quomodo ergo strangulatio repente continget? Cur non hectici strangulantur? Nisi quis dicat siccitatem quidem tempore acquiri, sed illam non satis esse necando nisi febris maxima concurrat: quæ febris brevi afferre potest ariditatem musculorum laryngis & tensionem, præsertim si sit e genere καυσώδεων. Quæstionem hanc Galenus resolvit „ Com. in Aphor. 35. lib. 4. quum Hippoc. scribit: Si cui a febre occupa- „ to collum invertitur, & vix devorat, sine tumore, letale: ut illum aphorismum explicet affert similem sententiam lib. 2. Epidem. quam aperte enar- „ rat cap. 3. lib. 4. de loc. aff. Anginam patientium tales erant affectus, col- „ li vertebræ intro vergebant, extraque apparebat collum habere cavitatem, „ & hoc tactum dolebat: In utroque loco meminit Hippocrates de angina a contorsione Colli: In Epidemiorum secundo contorsio fit a tuberculo, hinc doloris meminit: In 4. aphorismor. contorsio fit in febre ingente, nec tamen doloris meminit, quia forte non est, sed (inquit Gal. Com. in Aphor. illum lib. 4.) ob ingentem fit contortio siccitatem, non tam ratione febris, quam peculiari etiam affectione ob affluxum humoris nitrosi colli, & omnium partium eo pertinentium. A siccitate enim repente inducta tensio fit, tractus, & eversio vertebræ: eo autem celerius strangulatus contingit, si febris ingens sit: nam jam peculiaris est affectio squalida colli & gutturis, & auctario accedit febris ingens quæ arefacit, liquat, fundit humores, acuit & efferat, usumque respirationis auget, sic malum malo cumulatur. Patet ergo peculiarem quamdam siccitatem colli, & gutturis strangulationem contingere, quod non satis acute, ut solet, Galenus explicavit: Quod ne adhuc alicui fictum videatur præter locos adductos ex aphorismis & 4. acutorum alius est manifestissimus part. 28. sect. 1. lib. 1. Epid. Hippocrates enim illic animadvertit a ferina destillatione pharyngen esse vitiatum & tabefactum, hinc retractio gutturis & strangulatio. Vide plura in voce κατειλῆσαι. Nos autem quid in ægris observaverimus, aperiemus in rigentissima hieme quum αὐχμὸς esset (qui non tantum de immoderata æstate, sed etiam de hieme rigidissima intelligitur) quum omnia

„ *Penetrabile frigus adurit*, *Virg. Georg. lib. I*

Ut loquitur Poeta: A destillatione ferina ichoris cujusdam residente crassiore humoris parte in cerebro, instar spongiolæ expressa medulla cerebri excussi vidimus juvenis cujusdam fauces, collum & guttur emarcuisse ac contabuisse nec non magnam deglutiendi difficultatem: Tamen nullus erat tumor, nulla inflammatio, immoderata siccitas erat peculiaris illarum partium & veluti squalor. Sic species anginæ erat quam & in Aphor. explicat Hipp. & 4. acutor. Et manifestissime partic. 28. sect. 1. lib. 1. Epid. Sic quomodo in oculis visitur ξηροφθαλμία, sic in gutture sicca angina nullum apud Græcos nomen sortita, nisi quod σύναγχος χολώδης ἢ πικρόχολος, ab Hippoc. 4. Acutorum dicitur. Et acutiores medici ejusmodi anginam necessario habere aliquid συντηκτικὸν, & ferinum ἢ θηριῶδες, & malignum autumant. Nec abs re. Nam incredibile dictu quam misere vexentur ægri: ut quid opis afferas ignores latente morbo, nihilque sub sensum Medici cadente: unde ægri colliquescunt,

ac tabescunt sine ulla causa manifesta. Sed id Hippocr. omnium bonarum præceptionum auctor primus litteris ad perpetuam memoriam & miserorum ægrorum cladem elevandam tradidit. Sed περὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, præsertim quod ad morbos pertinet, hæc sufficiant.

TO. II.

ΠΑΡΑ'ΚΡΟΥΣΙΣ ἀσαφὴς, καὶ ψηλαφώδης, apud Hippocratem legitur particula penultima lib. 1. Prorrh. sect. 1. observationeque dignissimam habet significationem. Ac de nomine παρακρούσεως plura adscribere alienum est, quum a Gorræo distinctiones assignentur inter μανίαν, παρακοπὴν, παράκρουσιν, παραφροσύνην, ἔκστασιν, & ceteras id genus voces quæ errorem alienationemque mentis significent. Quum autem debita constitutio cerebri, sive ut organica pars, sive ut similaris consideretur, integrarum perfectarumque functionum auctor exsistit, ita læsio ejusque offensa easdem functiones evertit atque labefactat. Et ut læsionis gradus sunt, ita & causæ: & exadversum: variant quoque nomina, ne quis forte iis temere abutatur idemque putet esse apud Hippocr. legi μάνηναι & παραλέγειν, hinc παρακροῦσαι καὶ παραπαῖσαι, pro mediocri quadam mentis alienatione usurpantur. Unde ἀσαφὴς παράκρουσις mentis error desipientiaque obscura dicitur. Nec vox illa ἀσαφὴς additur ad minuendam vim nominis παρακρούσεως, ut si quis dicat ἔκστασις σμικρά. Posterior enim vox alterius vim diminuit. Quid ergo illud est quod scribit Hipp. ἀσαφέα παράκρουσιν valde phreniticam esse? Declarat occultam tacitamque sæpe mentis alienationem quæ sensus nostros lateat, & quæ plus in recessu, quam in fronte promittat: Galenus ut in omnibus industrius est & acutus, ita in explicanda rei hujus veritate præ ceteris ingenii sui aciem ostentat. Scribit nomine τῆς παρακρούσεως ἀσαφοῦς latens vitium cerebri significari pessimum & ægris perniciem creaturum. Nam ut plurimum phrenitidem contingit esse conspicuam, ut quum ægri ejulant, vociferant, floccos carpunt, mordent, prosiliunt, aperteque delirant. Est & alia in qua delirii quidem summa sunt omnia, sed manifestis illis notis sese produnt minime. Et ea sæpe cum veternosa est affectione, quæ si non adesset æque petulantes vehementesque ægrotantium impetus forent. De ejusmodi „ affectione locum tertii Epid. vult Commentario in illum locum 1. Prorrh. „ intelligi Galenus; Nullus phreneticorum vehementer insanivit. Porro veternosa affectio bifariam adesse potest, vel pituita cerebrum occupante per se aut cum alio humore: unde partic. 1. lib. 1. Prorrh. sect. 1. Dum ait malum esse si comatosi phrenitici quarto die exacerbentur, significat, ait Galenus, jam non a sanguine malum esse: quia si illud sanguis adduxisset, verisimile esset aut natura juvante, aut Medici ope copiam sanguinis detractam diminutamve esse: nunc autem quum quarto die, quo malum cessare debet, illud increscat, dominantis pituitosi humoris argumentum est. Quo in loco phrenitis cum comate explicatur a complicatis humoribus. Secundo modo veternosa quodammodo phrenitis esse potest per alienationem temperamenti humidique absumtionem novo quodam affectionum successu, cujusmodi est illa affectio quam nomine ἀσαφοῦς παρακρούσεως explicat Hippocrates. Itaque subindicat,

dicat, obscure tamen, delirium bifariam succedere posse, aut alterato tantum cerebro, aut alienato. Alienatio autem alteratione longe deterior est, & eam nomine τῆς ἑκτικῆς διαθέσεως explicat in Comm. Gal. ut idem cerebro delirantis contingat, quod & febre hectica laboranti, ut progressu temporis cerebrum affectum ab humoribus labem affectionemq; contrahat quæ numquam eluatur. Quod lanis infectis contingit, ut ait Horat.

--- Neque amissos colores
Lana refert medicata fuco:

Carm. 3. Od. 5.

Atque talem phrenitin cum parvo pulsu languido ac angusto existere asseverat, oppressa nimirum, jacente, ac fatiscente facultate. Et qui assident ægris dum ægrum non dimoventem se vident ac taciturnum, brevi cum eo bene actum iri credunt, quum mors tamen proxima instet. Adjecit, ψηλαφώδης, Vassæus vertit, *Contrectabilis desipientia*, alius, *palpans*, & melius Ægris quippiam oculis obversatum quod palpatione manuum assequi se posse putant. Delirii enim signum est contrectando velle quippiam prehendi quum nil adsit quod prehendi possit; Item frequenter desurgere velle ad desidendum „ cum inani opinione rei molestantis, Comm. in part. 16. sectio. 3. Prorrh. Sic παράκρυσις ψηλαφώδης dicitur, ac si dicat, παρακρούοντες ψηλαφώδεες. Et miror Vassæum hominem alioqui eruditissimum male vertisse in Aphorism. 16. sectio. 3. lib. 1. Prorrh. ψηλαφώδεες κοπιώδεες, *Contrectati fatigantur*. Nam ψηλαφώδης non contrectatum, sed contrectantem palpantemque significat, ὡς διὰ τῆς ἠρεμαίας ψηλαφίας ἁπτόμενον, contrectatione quadam suboscura aliquid prehendere volentem, ait Gal. Com. in part. penultimam 1. Prorrh. sect. 1. Item male conjungit hæc, ψηλαφώδεες κοπιώδεες, quum distincte legi debeant: Palpantes, delassati ac fracti, ut minimum appulsum non ferant. Sic bifariam Vassæus erravit, nam ad molestam ægrorum contrectationem, idest, quum blandæ etiam manus appulsu offenduntur, non sequitur κόπος sed ὀδύνη. Quamquam in Coacis legitur ὀδυνώδεες, non κοπιώδεες. Ceterum hoc addam quod pertinet ad illam obscuram latentemque mentis alienationem cum palpo junctam, quæ magnæ phrenitidis signum est, observavi in nobili viro Altissidorensi istam ἀσαφῆ παράκρυσιν. Nam obdormiscebat, delirabat perpetuo, interrogatus respondebat, delirabat tamen: perpetuo movebat manus, & contrectare aliquid velle videbatur: pulsus parvus, angustus, post longam ἐφίδρωσιν interiit undecimo morbi die. Quum modeste quieteque eum delirare videremus, omnium eramus securi. Sed longe nos opinio nostra fefellerat. Hectica enim διάθεσις inerat cerebro.

ΠΕΛΙΔΝΟ'Ν ϗ μέλαν colorum differentiæ sunt in morbis observandæ. Πελιδνȣ̃ quidem mentio injicitur, non quatenus in morbis boni malive signi speciem portendit. Πελιδνὸν, livens, medio fere loco situm est inter nigrum & album absolute. Et quum de nigro aliquid decedit amittiturque, ad livorem via sternitur. Colorum observatio primas in Arte medica tenet, quod illis tamquam certis notis humorum in corpore dominatus deprehendatur: modo non refluant intro motuque reciproco sensus nostros decipiant. Quod Galen. Comm. in Aphor. 2. lib. 1. annotavit citans Hippocrat. lib. περὶ χυμῶν· τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐςὶ, εἰ μὴ ἄμπωτις. Et lib. 6. Epid. sectio. 4. part. 29. Hippocrates scribit, δίκαιον ὡς ἂν ἔχῃ ἡ τροφὴ, ὅτω ϗ τὰ ἔξω ἕπεσθαι, consentaneum est talem in corpore colorationem esse & superficiem, qualis est materia, succus & alimentum in venis. Nam nomine τῆς τροφῆς, omnis in venis contentus succus comprehenditur. Nec abs re colorum differentias observavit Hippocrates quum color ad ea symptomata referatur quæ in corporum effectionibus consistunt ut in libris de symptom. causis abunde monstratum est. Hippocr. initio lib. de mulier. natur. Tria in hominibus spectantur, Numen, mulierum natura, & colores. Et Galenus cap. 7. lib. 5. de loc. aff. scribit ex coloris in superficie inspectione vitia & hepatis & lienis detexisse. Immo etiam si hepar nec obstructum, nec induratum, nec inflammatum, tamen ex colore mutationem in temperie factam insigniter intellexit. Atque inter colores τὸ πελιδνὸν ϗ μέλαν observavit Senex, quod quum alteruter in corpore efflorescit, nihil boni significatur. Porro livido niger omnino deterior est. Niger enim aut summum incendium, aut exstinctionem mortificationemque significat, aut perfectam interceptionem facultatis vitalis quominus partes extimas corporis fulstret. At livor via tantum est πρὸς τὸ μέλαν. Tamen in Prognost. lib. 2. part. 9. locus est quo colligere possis in acutis (in quibus momenta inclinationesque morborum, ῥοπαὶ ϗ ἔφοδοι consideranda veniunt) nigritiem livitate minus malam esse. Textus hic est: Si digiti ac pedes omnino nigre- „ scunt minus pestiferum, quam si liveant. An nigror non deterior, νέκρω- „ σιν enim absolutam magna ex parte significat? Si enim ex Gal. Comm. in part. 8. lib. 2. Prognost. τὸ πελιδνὸν σημεῖον ἐςὶ τȣ̃ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, deterioris conditionis corpus esse nigrities significabit. Item si livor cum infirmitate corporis non mortem simpliciter designet, sed in propinquo jam esse prædicat, multo magis & nigror. Videndum an hoc verum quod ab Hippoc. dictum est. Galen. in Comm. prædicto ait minus proprie locutum fuisse Hippocratem quum scripsit, Nigrorem minus quam livorem malum esse; nam debuit potius dicere, vel quod in morbis nigrities omnino letalis non est, vel quod extreme perniciosa. Sed quatenus nigror minus malus sit quam livor contra quam communis ratio suadeat, paucis aperiendum. Quum Hippocrates livorem ait mortem proximam designare, livorem intelligit cum læsione omnium actionum quæ κατὰ προαίρεσιν fiunt, ob facultatis infirmitatem aut potius casum, ut part. 7. lib. 2. Prognost. docet. Et si cum tali infirmitate juncta esset nigrities, quis dubitat

bitat quin pessime appareret? Symptomaticῶs enim id fieret. At nigroris pedum & manuum quum meminit, adjecit, si malum facile æger ferat, & signa alia adsint salutaria. Ergo cum livore junxit ruinam casumque facultatis animalis, quod symptomaticon est tantum, & perniciei plenum: cum nigritie signa salutaria vult concurrere: ille enim nigror criticus est, significans ad extima materiam morbi fomitem abscessisse. Notandumque aliud, dixit, livorem digitorum & unguium, & nigrorem manuum & pedum, ac si dicat non sufficere nigrorem digitorum ut sit criticus, sed & pedum: alioqui pars tantum materiæ in partes extimas diverteret, ac raperetur. Atque ita mortis metus est, ut de Critone legitur Histor. 9. sect. 3. lib. 1. Epid. qui obortis ad talum pustulis nigris interiit: parte alioqui materiæ totius incapace. Quod idem contingeret si aut digiti tantum manus, aut pedum nigrescerent. Contra in Erophontis historia part. 3. sect. 3. lib. 3. Epid. probabile nigram materiam totam in crura abscessisse: unde tametsi nigra minxisset, convaluit præter spem. Et apud Hippoc. sub finem lib. 1. de morbis πῦον πελιδνὸν, pus lividum ait fieri quum sanguis modicus ad multam salivam admiscetur: & non statim spuitur, sed semiputrefactum, & effeminatum manet.

ΠΕΡΙΡΡΟΙΑ a Latino interprete particula 7. sect. 2. lib. 1. Epid. vertitur *offusio*. Sed ut in plerisque grammaticum tantum agit, ita rem quæ ab auctore proponitur non satis explicat. Περιῤῥεῖν circumfluere quidem significat, unde περίῤῥοια *circum-effluxio* verti posset. Nomen offusionis quidam referunt ad dejectiones alvi confertim factas, spumantes quodammodo a concluso in iis multo spiritu, quales in melancholia hypochondriaca laborantibus deprehenduntur. Quo auctore id dicant, non intelligo. Περίῤῥοια ad excretionem urinæ refertur. Nam quum meminisset Hippocrates excretionum per alvum, leienteriæ, dysenteriæ, tenasmi, jam de alio excretionis genere dicturus scribit, πολλοῖσι δὲ καὶ περίῤῥοιαι μετὰ πόνου χολώ-
„ δεες, ξυσματώδεες, πυώδεες καὶ ςραγγουριώδεες, οὐ νεφριτικαί. Multis præterea conti-
„ gere urinæ effusiones biliosæ eæque cum dolore, &c. Refert autem ad περιῤῥοίας, ςραγγουριώδεις, οὐ νεφριτικάς. Ac si dicat, stranguriosæ erant effusiones urinæ, non tamen ob affectum renem tales erant: sed, ut ait Com. in partic. 8. illius sectionis, fit ἀπόςασις κατ' ἐκροῦν· repurgato nimirum toto corpore quod ob constitutionem anni pluviosam multam undique colluviem in se se congesserat.

ΠΡΟ'ΧΕΙΡΟΝ πνεῦμα apud Hippocr. part. 24. 1. Prorrh. idem est quod φαινόμενον πνεῦμα, & μετέωρον. Nam quum in meatibus respirationi destinatis angustia est, aut labefactatum est nervorum principium ut sublimem elatumque spiritum metu strangulatus ducere cogamur, id dicitur πνεῦμα πρόχειρον καὶ μετέωρον. Quod utrumque tametsi eodem pertineat, tamen πρόχειρον eatenus dicitur, quod sensibus nostris appareat, coacto ægro nimirum scapulas respirando conspicue movere ad redimendam compensandamque frequentiam spiritus: non quin sit difficilis ea respiratio: Et quod

adverbium προχείρως, per ἑτοίμως, καὶ ῥᾳδίως explicet Galen. ut πνεῦμα πρόχειρον ἔχειν sit προχείρως ἀναπνοεῖν. Illud προχείρως καὶ ἑτοίμως, non refertur ad ægrum respirantem, sed ad eos qui adsunt, quique eum respirantem facile vident, idest, magno conatu spiritum ducentem. Quod longe petitum videtur. Et apud Galenum eodem loco τὸ πρόχειρον τῷ ἀποκεκρυμμένῳ, idest, occulto, contectoque opponitur.

ΠΥΡΕΤΟ'Σ περιψυχθεὶς eleganter ab Hippocrate dicitur part. 7. lib. 1. Prorrh. Febris perfrigerata. Ut quum in leipyria febre, aut Causo uruntur interna, extimæ vero partes algent. Nec enim tametsi febris definitur per expansionem caloris alieni in corpus universum, ex eo colligere est, febrem proprie non esse, si in extimis partibus frigus adsit summum: Quum febris non tam ex eo sit æstimanda quod in corporis partibus conspicuis calor fusus sit, sed potius quum in internis maximeque in partibus nobilibus conceptus est. Quod aperte Gal. explicat Com. in partic. 29. sectio. 1. lib. 6. Epid. Et Comm. in part. 7. lib. 1. Prorrh.

TO P.

ΡΕΥΜΑΤΙΚΗ' διάθεσις Latinis, dispositio rheumatica, nam nomen ῥευματικὸν circuitione est explicandum. Et quum nomen hoc ambiguum sit, verbi homonymia est explicanda. Quum a partibus superis in inferas, aut validis in infirmas, aut continentibus in contentas fluxio fit, ῥεῦμα καὶ κατάῤῥους, Græcis id διάθεσις ῥευματικὴ καὶ καταῤῥώδης dici potest: Et peculiari nomine dicitur quum humor a capite descendit qui varia inducit symptomata ut docet Galen. lib. 3. de Sympto. causis. cap. 4. Quo loco κατάῤῥουν, ad caput refert sive ab intemperie simplici, sive composita malum ortum sit. Et alio nomine τὸ ῥεῦμα dicitur τῆς κεφαλῆς. Nam in aliis partibus ῥεῦμα aliud partis nomen sibi adsciscit, unde in Prognosticis animadvertit Gorræus ῥεῦμα γαστρὸς, dici pro alvi profluvio. Et nos fluxum aliquem hepaticum dicimus, lienosum, dysentericum, quæ omnia nomine τοῦ ῥεύματος includi possunt, quum partem aliquam principem auctoremque sui agnoscant hi fluxus: Et accommodate ad hæc quæ dicimus Gal. cap. 4. lib. 3. de Sympt. causis, ait, analogiam esse inter caput & ventriculum in fluxionibus ipsis. Quo enim modo caput male affectum sese exonerans in partes aut propinquas, aut remotas, varios morbos producit, ut tabem, inflammationes in hepate aut liene Galeno cap. 14. 2. de differ. feb. aut volvulos in intestinis Hippocrati lib. de Glandulis: Immo & longa alvi profluvia (nam horum caput auctor est ut ait Hippoc. lib. περὶ παθῶν.) Ita male coquens ventriculus diarrhoeas facit: Et tempore partes illæ imbecilliores factæ malum producunt ut licet colligere ex Hippocr. lib. περὶ παθῶν. Nam ait venter inde fit ἀσθενὴς καὶ λεπτός. Aliam analogiam eamque elegantem scribit Gal. 2. de differ. febr. inter caput & ventriculum dum adumbrare vult (nusquam enim ratio causaque expressa est) cur certa periodo fluxiones sint reduces: Ut, inquit, ordo est excretionis in ventriculo ipsorum excrementorum, & tamen

Vide cap. 14. & 15. lib. 2. de diff. feb.

igno-

ignoratur; quia cauſa excretionis neſcitur, ita quia ignoratur cauſa generationis, & excretionis excrementorum in capite, influxus proportio & ratio quoque nos latet. Ergo quum pars aliqua princeps, ut cerebrum, multum humoris accumularit, impatiens tanti oneris relegat in partes illas. Accumulat autem multum in ſe vel quod debilius ſit, vel quod pituitæ ſedes ſit, ut problematice, non tamen ſine ratione, ſcriptum eſt lib. 4. de morbis apud Hippocr. Nam quicumque eum lib. ſcripſit ab eventis rem metitur, nec tam naturalium humorum rationem habet quam non naturalium, quum nemo ignoret ſi quis humida frigidaque multa pituita abundet a qua aut tormina ſentiat, aut dolores articulares, aut horrores ſub cute frequentes ſentiat, quin horum malorum origo a cerebro ſit. Ergo ab hoc pituitæ proventus; quum itaque debile, & quatenus eſt ejuſmodi cerebrum multum pituitæ acervat in ſe colligitque, & quatenus cucurbitæ inſtar attrahit, eſtque ſpongia, ad iſtam congeriem hoc facit plurimum, ut demonſtrat Hippocr. 4. de morbis, & lib. de Glandul. ſed incommodum hoc alia opportunitate compenſat & redimit. Quia enim ſuperum locum tenet tamquam in arce, & principatum quemdam in corpore, eatenus ſeſe expedit ea pituita quam ſuo marte pepererat, aut quia imbecillius, aut alia ratione. Horum omnium argumentum eſt, quia quum ſuam vim non poteſt exerere, & ab onere opprimitur, ſuccumbit victum. Hinc Apoplexiæ, Epilepſiæ, comata, catochæ, quæ omnia pituitoſi humoris cerebro familiaris ſunt ſoboles. Nam ut annotat Gal. Comm. in particul. 20. lib. 1. Prorrhet. Caloris eſt movere, & non ſinere ea quibus ineſt quieſcere, ita frigoris eſt ea immobilia reddere in quibus quoque ineſt. Et quum ita affectum eſt cerebrum ut mittat in has aut illas partes, id ῥευματικὴ διάθεσις dici poteſt. Sed longe alia eſt harum vocum proprietas cujus gratia hæc commentamur tamquam multum profutura. Nam proprie diatheſis ῥευματική, ad partes fluxione tentatas eaque diuturna refertur, aut quum præ imbecillitate ſua ſive naturali, ſive adſcititia nata eſt pars recipere humores aliunde influentes eoſque corrumpere, quod non faceret, niſi jam malum habitum contraxiſſet, & jam in ῥευματικὴν diſpoſitionem deveniſſet. Priorem modum, nempe quod pars fluxione multum tentata tandem in ῥευματικὴν διάθεσιν deveniat, explicat Galen cap. 17. lib. 2. de differ. febr. quum ait: „ Si deſinat fluxio (ut jam in partem imbecillam nil deſcendat) quia calor „ malus partis deſinit: & diſpoſitio partis ſuſcipientis fluxionem permoveat, „ idem ſuſcipienti parti, quod & mittenti prius conveniebat, accidit. Nam „ excrementa colliget, & quia pravus in ea collectus ſanguis, & quia debi- „ lis eſt. Adeo ut onus potius ſit ſanguis in ea contentus quam alimentum. Et hoc eſt in ῥευματικὴν διάθεσιν deveniſſe. Et corruptio quæ prius erat per modum fluxionis, nunc eſt per modum generationis in parte ipſa imbecilla reddita, & congeſtionis. Nec ſolum id ab excremento collecto fit, ſed etiam ab alimento ipſo quod corrumpitur ob vitium vetus contractum a diuturna defluxio- „ ne. Idem plenius explicat Gal. c. 14. l. 2. de diff. feb. Per plethoram aut cacochy- „ miam partes infirmiſſimæ aut Eryſipelate, aut herpete, aut alio morbo tentantur, „ aut habent illam quam dicunt διάθεσιν ῥευματικὴν. Quod non ſignificat ſimpliciter partes ita comparatas eſſe ut aliunde recipiant, ſed jam ſuo ingenio (licet

(licet nil mali aliunde adsit) alimenta excrementaq; corrumpere quæ in alias partes secedant. Aliud enim est ῥευματίζεσθαι, aliud διάθεσιν habere ῥευματικήν. Nam illud significat tantum dilui partem imbecillam ab eo humore qui a parte forti onerata mittitur: hoc autem malum contraxisse habitum demonstrat. Ac jam de priore modo. Posteriorem modum nempe quum pars forte imbecillitatem contraxit, non autem ratione diuturnæ fluxionis, ut in priore modo diximus, a qua imbecillitate, & alimentum, & ea quæ ab aliis sanis partibus mittuntur corrumpat, explicat Galen. cap. 4. lib. 1. de loc. aff. qui „ locus est admodum commemoratione dignus. Quidam a benignis succis of„ fendebatur, dolores sentiebat & tormina, Galeno roganti quid ita esset, respon„ dit in eam se affectionem venisse ob usum medicamenti quod ad evacuan„ dos acres humores sumserat: Galenus conjecit vitiatum esse intestinum, & „ jam in rheumaticam dispositionem devenisse, propterea que facile jecoris excrementa recipere in se, eaque corrumpere. Sic essentia τῆς διαθέσεως ῥευματικῆς in duobus consistit, ut promptitudo & facilitas sit ad recipienda aliarum partium excrementa: præter id, ut ea corrumpat. Utrumque autem contigit ob vitium a parte contractum. Et nisi istud esset vitium, & jam prava dispositio, facile admitteret excrementa hepatis intestinum, & ea nec corrumpere, nec ab eis læderetur. Nam quum sanum est intestinum, facile excrementa jecoris sustinet, quum ea non stimulent multum (nisi aut in propria sede vitium nacta fuerint, aut id a parte in quam descendunt, & in qua morantur contraxerint.) Nec necesse illa excrementa mala esse per se, quum quod jecoris excrementum est, id alteri parti alimentum esse possit, ut ab eo fructum & voluptatem pars capiat. Sed quum pars male affecta est, & præsertim quum incidit in ῥευματικὴν διάθεσιν, proprium alimentum corrumpit, nedum partium aliarum excrementum: immo a re minima offenditur. Demonstratum enim ante ex 17. cap. lib. 2. de diff. feb. alimentum ita affectæ parti onus potius esse quam nutrimentum. Nomen autem hoc διαθέσεως ῥευματικῆς, apud Galenum sæpe legitur, nec satis apparet quid eo significetur. Non tam modum fluendi significat, undecumque id fiat, quam partis ipsius affectionem & διάθεσιν, sive sit imbecillitas in ea parte contracta, quod Galeno videtur, sive fluendi quidam impetus: Item, an per venas & arterias fluxio fiat, an per inanes meatus. Vulgus medicorum, & ignarum quoque omnes a capite fluxiones esse censet. At antiquis contra videtur; id quod nomen διαθέσεως ῥευματικῆς, indicat. Nam & undecumque & in quascumque partes derivari & a vasis, & ab inanibus spatiis in quaslibet partes humor potest. Et ut in infinitum nostra non prodeat oratio, satis erit locos designare in quibus istam ῥευματικὴν διάθεσιν celebrat Galenus, ut ex locorum collatione intelligas quid hoc nomine significetur. Galenus observat quempiam acre medicamentum sumsisse, inde vitiatum est intestinum, inde in διάθεσιν ῥευματικὴν devenit, & facile jecoris in se excrementa recepit, & ea corrupit. Hic ὕπαρξις τῆς διαθέσεως ῥευματικῆς explicatur. Et vix alio loco enucleatius id describitur. Alius est locus ubi meminit ipsarum ῥευματικῶν διαθέσεων. Immo & lib. in quo de istis affectionibus rheumaticis egit, disputat de causis periodorum. Item qua ratione in affectionibus & inflammationibus externis contingit, ut in

Cap. 4. lib. 1. de loc. aff.

Cap. ult. lib. 2. de diff. feb.

in exacerbatione & dolor, & tumor augeatur, & venæ turgeant ob affluxum inutilis materiei: idem quoque contingat in internis pulmonum affectionibus & thoracis, & in inflammationibus. Illo loco meminit ῥευματικῶν διαθέσεων. Item quum agit de menstruis immodicis, ut fiant humoribus a venis derivatis, ad venas uteri sanguinem depelli, ait, ὡς ἐν ταῖς διαθέσεσι ῥευματικαῖς: vide plura a nobis explicata in primo tomo Consiliorum meorum. Item περὶ τῶν ῥευματισμῶν, Galenus lib. de sang. missione, Cap. 8. quum de ea exoneratione sermo fit, quæ in habitum corporis fieri solet. Qui locus ῥευματικοὺς non esse a capite repetendos, more vulgi, docet, sed ab interiore corpore robustiore in genus musculosum infirmius & imbecillius. Et pluribus id „ explicatum est in eo quem sic inscripsimus lib. Examen duorum morbo- „ rum qui ab antiquis non sat abunde sunt explicati & definiti. Horum „ prior ῥευματικὸς affectus, & ἀπόκεισις ἔξω dicitur, alter pleuritis ex dorso: Et inter locos memorabiles occurrit unus in quo agit de distinctione excrementi partium nervosarum & carnosarum. Caro (ait) non propria sui ratione fuit mucosa, aut alia pars sanguinea, sed proprium ejus excrementum est, quale ταῖς ῥευματικαῖς διαθέσεσι, & in jecorariis excretionibus. In membranis & ossibus facile apparet mucus, raro in carnibus: Qui locus facile potest explicari ex lib. 1. locor. affect. cap. 4. Pluribus id definiri posse, sed satis erit Lectori locos annotasse, ut ex lectione & comparatione hujus rei verum germanumque sensum eliciat.

Com. ad Aph. 57. lib. 5.

PΗΞΙΣ κατ᾽ ἐξοχὴν pro venarum ruptione accipitur apud Galen. Et διαπήδυσις, καὶ ῥῆξις, ἀναστόμωσις καὶ ἀνάβρωσις, ad αἱμοῤῥαγίαν referuntur. Quamquam αἱμοῤῥαγεῖν ad narium fluxum proprie refertur. Galenus verbo composito eoque prisco vocat part. 86. lib. 4. acutorum φλεβοῤῥαγίαν. Dicemus autem quibus signis ῥῆξις καὶ ἀναστόμωσις, & aliæ differentiæ distinguantur: quod id non minimum conferre videatur. Ῥῆξις apud Galen. Com. in Aphor. 78. lib. 4. Ῥῆξις, ἀκριβῶς αἵματος ἐργάζεται κένωσιν. Ruptio est quum meraci purique sanguinis excretio fit: Male in vetere Leoniceni interpretatione: Diruptio, ait, puris sanguinis facit evacuationem, locus corruptus plane. Item ἀθρόως fieri debet in ruptione evacuatio, & repente Græcis ἐξαίφνης. Ut ea ratione scripserit „ Hippocrates; Qui sponte sanguinem mejunt, iis a renibus ruptio venæ significatur. Et vox ἀπὸ ταυτομάτου, duo significare potest, sine causa manifesta, & repente. Et excretio purioris sanguinis repente, quum nihil præcesserit quod hoc afferat, fieri potest & ob nimiam venarum repletionem (unde talis ruptio ad causam non manifestam refertur) & ob saltum equitationemque: & hæc ad causam manifestam pertinet. Itaque placet Galeno in Com. τὸ ἀπὸ ταυτομάτου potius, ἐξαίφνης, significare: Hæmorrhoidon fluxus quum fit, non debet fieri, αἱμοῤῥαγικὸν τρόπον, ac si ruptio aliqua esset, idest, non ἀθρόως, sed κατὰ βραχὺ, ait Gal. Com. in Apho. 25. lib. 4. Quo ex loco modum fluentis sanguinis in ῥήξει, & ἐν ἀναστομώσει facile colligere est. At in anastomosi non fit κένωσις ἀθρόα, sed κατὰ βραχὺ. unde ῥήξεως καὶ ἀναστομώσεως differentia patere potest, quod ἐν τῇ ῥήξει, fit evacuatio ἀθρόως, ἐν τῇ ἀναστομώσει paullatim fiat, præsertim si paucus sanguis. Leonicenus vertit, *præsertim si parva sit apertio*.

Quem errorem ut omnes animadvertant verba Græca fidem facient. ἡ δὲ ἀναστόμωσις (suppl. γίνεται) οὐκ ἀθρόον αἷμα προχέουσα, καὶ μάλιστ' ὅταν ᾖ βραχύ. Anastomosis non confertim sanguinem fundit, præsertim quum paucus exiguusque fuerit. Adjectivum βραχὺ, an ad αἷμα, an ad dictionem, ἀναστόμωσις, refertur? si ad illud, & sensus constat, & solœcismus non est, si ad anastomosin, sensus quidem stare potest, sed non ita proprius, at solœcismus non potest evitari. Αναβρώσεως signa alia sunt, nam & dolores præcesserunt, & puris nonnulla fit excretio. Plura Comm. in Aphor. 78. lib. 4.

ΡΙΠΤΑΣΜΟ'Σ ἀπὸ τοῦ ῥίπτασθαι, quod verbum ad ægros Celsus refert qui in lecto conflictant sese: Proprie Latine dicetur, corporis disjectio, projectio, inquietudo, dum aut affecto superiore orificio ventriculi, aut maligna vi morbi ita affectus est æger, ut ignoret quo situ corpus collocare debeat. Atque idem ῥιπτασμοῦ nomen significare videtur, quod ἄσα, καὶ ἀλυσμὸς, quum subinde decubitum mutat æger: Vide Comm. in part. 22. sectio. 2. lib. de Diæta τῶν ὀξέων. Porro quod omisit Gorræus ἀλυσμὸς, apud Hippocratem duplex est, ναυτιώδης καὶ ἀνέμετος: plura alias.

ΤΟ Σ.

ΣΠΑΤΙ'ΛΗ Galeno Comm. in particulam 22. lib. 2. de Diæta acutor. significat liquidam alvi excretionem, ut quum male pransis cœnatisve (si quid nimirum peccatur aut in tempore, aut ordine, aut qualitate rerum assumtarum) calor ventriculi afficitur. Ita enim chylosis vitiosa fit, & ciborum non coctorum excretio fit. Interpres Hippocratis male vertit σπατίλην *alvi lævorem*. Aliud enim est alvi lævor, aliud vero σπατίλη: quamquam affinitatis nonnihil inter se se habent.

ΣΠΑ'ΔΩΝ, aut melius σπαδὼν (quoniam nomen σπάδων aliud significat) apud Hippocratem lib. 1. de morbis peculiarem habet significationem, eamque non negligendam. Quum illo loco de empyematis caussis disputat, inter eas recenset rupturam venarum in pulmonibus, item & earumdem venarum τὸ σπαδῶνα. Ruptura autem & σπαδὼν differunt, fere καθ' ἧττον καὶ μᾶλλον. Pote quum quis immodicum laborem sustinuit, aut vomuit, sæpe in pulmonibus rumpitur vena, ob sanguinis motum raptumque violentum, unde purulenta sequitur excretio ulcusculo facto: Sin autem præeunte motu isto violento sanguis turgeat & vena non rumpatur: Idem contingit venis pulmonum quod & venis quæ a Medicis varicosæ dicuntur. In pulmonum vena ὁ κιρσὸς fit, idest dilatatio venæ a sanguine ibi coacto & stagnante. Nam & dilatatio ista auctore Aetio in omnibus partibus contingere potest, quæ venas habent, præsertim si a fonte caloris sint dissitæ. Sed hoc ab Aetio dictum est, quia novit bifariam dilatari venas, vel ob sanguinis pigritiem tarditatemque quum crassior est, fœculentior, & a calore spirituque influente non illustratur: eoque modo varices proprie fiunt. Alio modo quum per incitationem violentumque motum fit: Insilit enim sanguis, & sibi velut iter præcludens dum confertim

mo-

movetur, venæ dilatandæ occasio est. Quod in pulmone τὸ κιρσὸν, aut κιρσοειδές τι, Hippocr. 1. de morbis vocat, & τὸ σπαδῶνα. Ait enim in pulmone ab exercitatione velut κιρσὸν fieri, quem σπαδῶνα vocare possis, interpres satis male, *Acu-*
„ *tum tractum*, vertit. Et paullo post de venis in lateribus positis loquens ita
„ scribit: Eodem modo venæ in latere afficiuntur, quæ intus in superficie
„ positæ sunt. Et quum sic affectæ fuerint, κιρσοειδῆ γίνεται καὶ μετέωρα εἴσω,
„ varicosæ fiunt venæ & intus in molem aliquam attolluntur: Ac si divel-
„ lerentur vasa ipsa ut intumescant. Et propter eam divulsionem solutionemque continuitatis τοῦ σπαδῶνος, nomen ἀπὸ τοῦ σπᾶν καὶ σπᾶσθαι derivatum imponitur.

ΣΠΥΡΑΘΩΔΕΣ διαχώρημα, ἀπὸ τῆς σπυράθων, idest, ab excrementis caprarum quæ globulorum instar rotunda sunt, & sua circumscriptione circumducta. In dictione, ψαθυρὰ, docuimus in resiccatis a calore arefactisque maximam partem sicca, arida, rotundaque ac globulosa reddi excrementa. Nam calor exsugit exsiccatque. Nec tamen necesse esse illic demonstravimus quoties aut hepar, aut interna ardent, spyrathoden esse excretionem. Etenim Hippocr. part. 4. lib. 4. de Diæta acutor. dum historiam febrium ardentium explicat, ait in illis liquidas esse excretiones & pallidas. Galenus hoc contingere ait, quod humores serosi sint ac crudi, ideoque tenues quod coctio omnis crassefaciat Idem Hipp. partic. 30. sectio. 2. lib. 1. Epid. in febribus continuis quas τειταιοφυέας vocat, excretionem multarum per alvum humiditatum observavit, quum tamen æstus ingens esset. Et partic. 40. lib. 4. acutor. duabus de causis alvum in febribus liquidiorem esse posse contendit, aut propter ventris phlegmonem aut propter colliquationem, sic diversa ratione phlogosis ventris alvum lubricat, & adstringit. Inter ceteros vero locos de siccis aut liquidis excrementis hepate aut simpliciter inflammato aut imbecilliore reddito, aut ventre affecto, occurrit unus ad particul. 17. lib. 4. acutor. Ubi notabis vim verbi τοῦ κεχυλῶσθαι. Sæpe tamen σπυραθῶδες excrementum est, & ægre egrediens (quod πρὸς ἀνάγκην vocat Hipp. 2. Prognost. & in Prorrhetico) inflammato aut incalescente plurimum fit hepate, ut pote tenuem humoris partem exsugente & alliciente. Quod 3. Epid. Histor. 12. notum est de Hermocrate, cui quum inflammatum hepar esset, ab alvo combusta, dura, non paucaque exibant. Idem & in Prognosticis annot. Hipp. de Hydropicis loquens. Nam hydrops aut affecto primario hepate fit, aut secundario tantum. Secundario ob inflammationem quamdam lactium, mesenterii & primarum venarum. Primario ob inflammationem in ipso hepate conceptam. Quamquam ab aliis causis esse potest. Sed posita hypothesi hac, nimirum & in hepate inflammationem esse, & alias in mesenterio: non minus ab hoc, quam ab illo sequitur hydrops. Sed Hipp. distinctionis notas assignat. Si mente eas vellis assequi, sciendum primum hydropi ab inflammatis ilibus & mesenterio nato profluvium alvi adesse socium: Contra hydropi nato ab inflammatione hepatis alvum siccam dura excernentem ægre (quod excretionem spyrathodem designat) conjungi. Sed ejus rei causas tres assignat Galenus in Comm. in part. illam 2. lib. 2. Prognost. Prima est quia inflamma-

matio lactes debilitat, unde non amplius attractioni hepatis subserviunt. Hinc non remanet in tenuibus intestinis χυλὸς, sed rapitur, & pellitur. Secundo alimentum corrumpitur, hinc facultas ad excretionem excitatur. Tertio ob loci calorem impense auctum multa bilis generatur, hinc ἐρεθισμός. Quo loco quæstio proponi potest cujus cognitio plurimum utilitatis ad diagnosin, & affectuum therapian est allatura. Cur non eadem ratione inflammato hepate fluor alvi contingat, ac quum mesenterium ardet? Primum demonstratum est ante in biliosis, continuis, & adurentibus febribus, in quibus hepatis æstus est, profusiorem alvum esse ex Hipp. & hoc signum esse συνεδρεῦον, nonnihil accedens ad παθογνωμονικὸν, quod calor febrilis auctus omnia cruda faciat ac corrumpat. Secundo si ex Galeno ilia inflammata sive mesenterium, sive lactes vocaveris, ideo fluorem afferunt, quod multum bilis generent, ideoque alvum citent, multo magis id præstabit hepar bilis officina. Cur non generabit ichores & bilem quibus alvus citabitur, quemadmodum & iidem ichores singultum faciunt inflammato hepate? Præterea, si mesenterium inflammatum corruptionem cibi affert fluoris causam, cur non & hepar? Immo potior ratio videtur. Item si inflammatio hæc in mesenterio angustiam affert, unde ἀνάδοσις impeditur, cur non & in hepate, & per consensum in mesenterio? Et si hepar exassat, adurit, exsiccat, cur non & mesenterium? Cuilibet enim parti inflammatæ datum est oblatam rem calfacere, ac quoad potest, siccare. At dices, si hepar inflammatum est, exassat, torret non solum quæ in se habet, sed quæ in venis mesaraicis continentur & devehuntur; Immo fæci sanguinis simile reddit excrementum (quod ideo Græcis dicitur ὑποπλώμενον Galeno cap. 7. lib. 5. de loc. aff.) sed si cum inflammatione juncta sit imbecillitas, tunc adest liquidior alvus: at numquid intemperies calida & phlogosis hepar imbecillum reddit, proinde fluorem hepaticum accersit? Non est necesse. Ideo aliud est inflammari hepar, aliud mesenterium. Nam quum illud ardet, saltem devectio fit alimenti, illudque alimentum moram trahit circum hepar. Oportet autem agens ei quod patitur vicinum esse: at quum mesenterium ardet, impeditur illa alimenti ἀνάδοσις, & non moram trahit alimentum, sed quia non subit præterlabitur. Impedita autem ἀνάδοσις maxime alvum liquidiorem facit. Rationes tamen in utramque partem allatæ, ac confictæ multum probabilitatis habent, & plerisque negotium sunt daturæ.

ΣΥ'ΝΑΓΜΑ ἀπὸ τοῦ συνάγεσθαι, apud Hippocr. particul. 15. sect. 3. lib. 6. Epid. coagmentationem concretionemque lapidis significat. Galenus multis in locis cum Hippocrate utitur nomine συστάσεως. Et in 3. Aphorismorum σύστασιν πωρώδεα dicit. Illo loco sexti Epid. Hippocr. meminit συνάγματος μετ᾽ οὔρησιν, ut distinguatur a synagmate πρὸ οὐρήσεως. Ut σύναγμα dicatur μετ᾽ οὔρησιν post collectionem urinæ in vesica, a renibus in hanc percolatæ. Nec enim οὔρησις mictum significat, sed collectionem urinæ in vesica post secretionem factam, οὔρησις Latine quidem, Mictus, reddi potest, sed non ut nomen, Mictus, actum mejendi significet. Quidam per nomen τοῦ συνάγματος περὶ οὔρησιν levem horrorem qui prehendit sub dio mejentes, intellexere. Sed hac interpretatione suam inscitiam aperte declaraverunt, ut nos in libello de lapide a nobis conscripto aperuimus abunde.

ΣΥΝ-

ΣΥ'ΝΤΡΟΦΟΣ νοῦσος, morbus una nutritus, vel ad verbum, connutritus dici potest. Is autem σύντροφος dicitur qui longo tempore corpus detinuit ac exercuit, ac si principiis ipsius naturæ primis inhæsisset ac cum materno lacte suctus fuisset. Non videntur autem plane morbi connutriti idem esse cum diuturnis, de quibus Hippocrates in Aphorismis cum eorum crisin, „ aut solutionem potius explicat, ut Aphorism. 28. lib. 3. Plurimi affectus „ diuturni (nam vocem χρόνιον addit Galenus) pueris judicantur, nonnulli „ in 40. diebus, alii in mensibus, alii in annis septem, quidam quum pube„ res anni instant. Qui permanserint, nec pubere ætate desierint pueris, nec „ quum, menstrua incipit purgatio, εἴωθεν χρονίζειν durare, ac perseverare consueverunt. Leonicenus vertit, Commori consueverunt: ad rem quidem apte satis, sed non ad verbum. Melius autem durare verteretur, nec enim eos affectus necesse est ad mortem comitari sed durare quidem fas est. Si autem jam præcipitis decrepitæque ætatis homines prehenderint, consenescunt quidem ac commoriuntur. Qua in sententia fuit Hippocr. Aphor. 39. lib. 2. Aphorismo„ rum: Senes, præsertim qui in prima parte senectutis degunt, maximam „ partem minus ægrotant quam juvenes, qui vero morbi diuturni eos adori„ untur, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκουσι. Maxima ex parte commoriuntur. Non dixit, χρονίζουσι. Quod notandum, ut detegatur error Leoniceni qui τὸ χρονίζειν commoriendi verbo explicavit. Omnes quidem σύντροφοι, morbi diuturni sunt, unde diuturnitatis verbo a Galeno describuntur, sed non contra diuturnis omnibus συντρόφου nomen rationemque attribues. Ut Connutritus morbus suæ originis primordia a primis elementis igne & aqua, quæ Hippocr. in generationem sufficere abundeque esse eleganter lib. 1. de Diæta tradidit, videatur repetere ac arcessere. Ut si plus aquæ cuipiam insit, in humidiores morbos præceps magis ruet: sin plus ignis æstivorum morborum procellis facilius tentabitur, eosque fovebit, ut enim temperies nativa morborum parens exsistit, sic & conservatrix. Et ut Galen. Commen. in Aphorismorum 39. lib. scribit, πάντες τοῖς οἰκείοις νοσήμασιν εὐαλωτότεροί εἰσι, corripiuntur facilius morbis congeneribus. Connutritorum morborum in classem vocabuntur hemicrania, podagra, calculus, tabes, præsertim quum aut a semine ipso labes contracta est, aut a nutricatu quem a matre in utero cepit fetus. Sic Hippocrat. in lib. de Aere, locis, & aquis convincit ex eo semen a toto corpore decidi, quod ex macrocephalis macrocephali, ex sanis sani nascantur. Præterea Hippocr. lib. de sacro morbo, quem plane non rejicit Galen. ex numero germanorum librorum Hippocratis Comm. in partic. 4. lib. 1. Prognost. aliam rationem adstruit illius contractæ ab initio imbecillitatis: „ Purgatur & florescit cerebrum pueri in utero sicut & aliæ partes prius„ quam gignantur. In hac purgatione si probe purgatum fuerit, & nec „ plus nec minus defluxerit, fetus maxime sanum caput est habiturus. Sin „ amplior colliquatio a cerebro fiat, dum augetur fetus morbosum caput „ habebit, & sonitu plenum, nec solem, nec lumen, nec frigus tolerabit. Aliaque illo loci scribuntur digna intellectu. Sic ea infirmitas a primordiis ortus nostri derivatur, & σύντροφος dicitur, sive mala διάθεσις, sive morbus, sive

ſive impotentia, ſive infirmitas vocitetur. Ex præcedentibus liquido conſtat καταχρηστικῶς quidem omnes morbos diu nos exercentes συντρόφους dici vocarique poſſe. Sed aut σύντροφοι dicuntur qui nobiſcum naſcuntur in principiis ipſis veluti ſiti latenteſque, & qui tempore emicent ac in lucem promittantur. Iique aluntur crementumque capiunt ac roborantur, niſi mutatione ætatis quæ ex libro 3. Aphoriſmorum juvare plurimum ſolet, aut evacuatione aliqua naturali aliquid aliud contingat. Item σύντροφοι dicuntur morbi qui nos quaſi demum natos non invadunt, ſed peculiari aliquo Diætæ vitio, aut excrementorum proventu nos corripiunt, qui ſi jam ætate grandes ceperint una cum fato ipſo concedunt. Poſteriorem modum explicat, in Aphoriſmo 39.
„ lib. 2. Qui morbi ſenibus accidunt diuturni magna ex parte comitantur
„ ad mortem & conſeneſcunt. Item Aphoriſmo 40. illius libri, raucedines in valde ſenibus coctionem non admittunt. Gal. in Comm. ait non ſolum illum morbum ſenes ad mortem comitari, ſed nephritin, podagram, & omne morbi genus a frigidis humoribus natum: quod diuturnum eſt, Galeno
„ ſcribente Com. in Aphor. 39. lib. 3. omnes morbos diuturnos frigidos eſ-
„ ſe. Sed ut proprie loquamur qui jam ſenes factos prehendunt morbi ratione præſertim imbecillitatis, temperamenti, & congeriei ſuccorum crudorum, dicentur οἰκεῖοι, congeneres, non autem σύντροφοι. Sed de morbis nobiſcum natis & in ſinu noſtro veluti poſitis aliud eſt, quum τοῦ συντρόφου nomen illius proprie addicatur. De his Hippocrat. part. 6. ſect. 5. lib 6. Epid.
„ ſcribit: Morbi σύντροφοι in ſenecta relinquunt, per coctionem, ſolutionem,
„ aut rarefactionem. Galenus valde laborat in explicatione illius Aphoriſm. Nam ſi omnes morbi diuturni frigidi ſunt, ut paullo ante dictum eſt, ſyntrophi morbi diuturni in ſenecta vires acquirent, nedum ſolventur. Omnes autem frigidi ſenes comitantur ad extremum uſque diem, ut etiam demonſtratum eſt, & ut Galenus Comm. in Aphoriſm. 41. lib. 7. ſcribit: Seniori-
„ bus omnia mala pejora fiunt ratione imbecillitatis, ſic σύντροφοι, & diuturni morbi adventante ſenio deteriores evadent. Quod & Comm. in Aphoriſmum 6. lib. 6. abunde explicat, dum rationem reddit, cur renum & veſicæ vitia in ſenibus non curentur. Nam eſt virtutis magna imbecillitas quæ tamen variat pro variis ſenectutis temporibus, quum crudi ſenes virideſque ſint alii præcipitati & capulares, ut Galenus in libris de ſanitate tuenda pluribus explicat. Nunc quum iſta ſeſe ita habeant, videndum an verum ſit quod Hipp. ſcribit, connutritos morbos in ipſa ſenecta relinquere, τῶν συντρόφων nomine morbos intelligens qui nos fere ab initio comitati ſunt peculiarem temperamenti rationem conſequentes. An de frigidis, an vero de calidis intelligit Hippocr. Non de frigidis, quia adaugerentur potius ætate ſenili & novo excrementorum proventu foverentur. Minus vero de calidis Aphoriſmus eſt audiendus, quum ſupra poſitum ſit omnes affectus diuturnos frigus patrem agnoſcere. Accedit quod quum Hippocrates dicat morbos in ſenio διὰ τὴν λύσιν, ceſſare ac quieſcere, λύσεως autem nomen ad morbos frigidos & diuturnos pertineat, 1. cap. 1. de Criſibus. Mirum non eſt ſi de frigidis morbis intelligatur. Nec enim audire oportet veterum interpretum aniles nugas qui morbos in ſenecta relinquere ajunt, animi quidem morbos, iracundiam, avaritiam,

super

ſuperſtitionem, Græce, δεισιδαιμονίαν, corporis autem, amatorias perturbationes. Hæc tamquam commentitia & inania rejicit Galenus. Ut ad rem redeamus. Morbi in ſenecta relinquunt, præſertim qui in intemperie calida poſiti ſunt, vel potius morborum διαθέσεις quædam, & intemperaturæ quædam morborum parentes, quamdiu ætatis fervor viget, parva occaſione morbos proprie dictos ſuſcitant, ſed ætatis flexu quum jam deferbuit calor acer, a temperamento ſenili pote frigidiore temperationem moderationemque habent. Galenus meminit in Comm. de articularibus morbis ab intemperie calida, de cephalæis & nephriticis doloribus ab eadem intemperie natis. Quorum morborum diſpoſitiones, & ut ita dicam in eos inclinationes & propenſitates ſunt nobis congenitæ & σύντροφοι. Et ætatis ſenilis temperies ad frigiditatem devergens earum diſpoſitionum eſt tamquam medela, & remedium, ut Comm. in hanc particulam pluribus explicat Galenus. His conſentiunt quæ ab Hipp. ſcribuntur cap. de Eryſipelate lib. 2. de Morbis, quod Eryſipelas, ideſt calida diſpoſitio diu manens in corpore, ſeneſcentes relinquat, ideſt, ſenectus eſt tamquam remedium, Græce τὸ ἐρυσίπελας τοὺς ὑπογηράσκοντας ὑπολείπει. Sic obſervati ſunt quidam ab intemperie calida ſeroſi bilioſique humoris procreatrice articulari labore implicari, qui adventu ſenilis ætatis ab eo fere immunes extiterunt. Vetus enim illa infirmitas & intemperies veluti contemperatione quadam correcta eſt ac emendata. Qua in re demonſtratio Aphoriſmi 20. lib. 2. „ Aphoriſmorum conſiſtit: Quibus juvenibus alvus humidior eſt, iis ſeneſcen- „ tibus reſiccatur. Ut ſi in juventute intemperies calida erat acerrimæ bilis procreatrix, a qua inteſtina diluta fluidiora fient, illa intemperie ceſſante dum adeſt ſenectus, jam alvi fluxilitas ceſſat, & per cauſæ efficientis abſentiam durities adſtrictioque ſuccedit. Idem de raritate, de frigore, de ſiccitate, quæ aut liberioris alvi cauſæ eſſe poſſunt, aut contrarii effectus, intelligendum. Sic veteres intemperies ætatis curſu ceſſant ac obliterantur. Quæ cauſa impulit Hippocratem ut ſenectute adventante morbos connutritos ceſſare ſcriptis traderet. Obſcurius quidem ſed melius quam quiſquam alius, idem auctor lib. de Diæta earum rerum rationem reddit. Quum enim comminiſcitur duo prima rerum omnium principia ignem & aquam, idonea & efficacia per ſeſe ad omnium rerum propagationem, alias ex igne fingit partem tenuiorem ſumi ac elici ad hujus aut illius generationem, alias ex aqua, alias debiliorem partem, alias robuſtiorem. Et ut ab illis elementis partes hoc illove modo affectæ deciduntur, deſecanturque, ita varietas in animantibus exſiſtit ac ſur- „ git. Ut, inquit, ſi quod in igne fortiſſimum eſt, tenuiſſimum vero in „ aqua in temperamentum cujuſdam coit ac conſpirat, calidam ſiccamque „ neceſſe eſt quæ hinc reſultat, temperiem. Atque hæc facile a morbis cali- „ dis æſtuante cælo capitur ac exercetur. Et morbi ſcaturiunt in ignis ac- „ ceſſionibus, in aquæ vero proventu, ſanitas. Deinde ſubdit: Et hi, qui „ illam temperiem ſortiuntur, ætate vigente ad bonum corporis ſtatum ma- „ xime morboſi invalidique exſiſtunt, ſenes autem facti ſanitatis beneficio maximo perfruuntur. Quo loco abunde apparet veteri intemperiei corporis ætatem poſtremam afferre nonnihil medelæ ac præſidii. Quod eſt intelligendum ſi cetera conſentiant ac paria ſint. Nam ſenex genio indulgens, ac immodi-

eo lyæi usu voluptuari solitus non defungetur illa vetere intemperie morborum connutritorum parente ac fautrice. Immo antiqui mali semina vigebunt ac corroborabuntur. Nunc autem id quod multum negotii Galeno dedit mentem Hipp. de coctione, solutione, & raritate explicare instituenti, obiter a nobis est discutiendum. Si intemperies calida est, & velut morbus connutritus, quorsum meminit Hippocrates rarefactionis, & solutionis? Nam & rarefactio & solutio de morbis intelliguntur qui sensim decrescunt & diminuuntur, ut de morborum frigidorum materia & de tumoribus. Quod si humores sunt frigidi aut tumores tamquam morbo connutriti aut morborum connutritorum auctores augebuntur in senectute, nedum discutientur. Quinetiam quum in senibus corpus sit δυσδιαφόρητον & siccum & frigidum, nec ratione corporis habitus, nec ratione caloris qui imbecillus est ἀραίωσις continget. De coctione minus mirum esse debet, quum quoties intemperies aliqua immutatur, corrigitur, temperatur moderationemque accipit, large πεπασμὸς, matura Latinis, dici potest, πέψις proprie non diceretur. Sic biliosorum humorum πεπασμὸς dicitur, quum eorum ferocia refrenatur, reprimitur ac hebetatur. Sic λύσις ἢ ἀραίωσις non possunt ad morbos connutritos pertinere, præsertim si fiat mutatio in senectute. Nisi dicamus partes in quibus olim intemperies illa concepta erat morborum parens contabescere, collabi, macrescere, genuinumque calorem exardescere nequaquam, & ita morbi, idest, antiquæ διαθέσεως solutionem, seu dissolutionem, Græce λύσιν ἢ διάλυσιν (quam posteriorem vocem Gal. in Com. usurpat) contingere. Ut fiat partium διάλυσις quædam, & ex eventu ipsius diatheseως dissolutio. Hinc Hippoc. lib. de Aere & locis ait in senibus esse raritatem venarum & colliquationem quod amplius explicat lib. 1. de morbis loquens cur senes minus a pulmonum morbis laborent quam juvenes. Præterea nomen ἀραιώσεως improprie sumi potest, non pro illa occulta foraminum Iliade quæ corpori juvenili adest, sed pro quadam extenuatione & marcore rei: ut denso opponatur rarum, idest, depressum, consumtum, ἐκτετηκὸς, extenuatum, ut quod de superficiei qualitate dicitur ad profunditatem ipsam referatur. Sic nimirum verba Hippocratis non sunt ad unguem exquirenda præsertim in libris in subsidium memoriæ ab Hippocrate conscriptis: quum proprietatem verborum in germanis libris maxima ex parte servare consueverit, & ut verbo absolvam, nomen ἀραιώσεως ἀντὶ τῆς ἀναλώσεως ἢ τέψιος, Hippocr. potuit usurpare, quæ verba leguntur partic. 1. sect. 3. lib. 6. Epid.

ΣΦΑΚΕΛΙΖΕΙΝ ἀντὶ τοῦ διαφθείρεσθαι apud Hippocratem sumitur ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν, ut annotat Gal. Comm. in Aphor. 50. lib. 7. Et præter omnes significationes assignatas aliud designat in lib. 7. Aphorismorum „ quum Hippocrates scribit, ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος: Quibus sphacela„ tum, idest, corruptum fuerit cerebrum (ita enim Leonicenus) in tribus „ diebus pereunt, hos si evaserint, supersunt. Archigenes lib. 2. De locis aff. cap. 7. vocabat ἑτεροκρανίας σφακελώδεας, quas ὀδύνην διαΐσσουσαν, idest, dolorem turgentem habere asserebat: Forte in eo sensu nomen τοῦ σφακέλου sumsit quo & Hippocrates. Multas illius nominis significationes illo loco

ex

ex aliorum sententia refert non negligendas. An hic σφάκελος, aut gangrænam, aut corruptionem substantiæ partis ejus quæ dicitur σφακελίζειν, aut νέκρωσιν ejusdem significat? An dices corruptionem significari quam διαφθορὰν vocant? An verisimile ad sphacelum adacto cerebro, seu perfecta mortificatio affectave significetur, seu rudis & inchoata tantum, ita restitui posse ægrum? Nequaquam vero. Magni enim momenti adeo est cerebrum ut tantum mali non ferat impune: mors siquidem in propinquo est. Ut ea ratione erroris convincendus sit Leonicenus, qui τὸ σφακελισθὲν vertit, *corruptum*. Si enim, corruptum, significet, nulla vitæ salus sperabilis est. Plantius Hippocratis interpres σφακελισμὸν ingentem cerebri quassum ictumve significari putat: ut illius quassus occasione inflammatio cerebrum adoriatur, aut potius, ut proprie cum Galeno loquamur Comm. in Aphor. 42. lib. 2. διάθεσις φλεγμονώδης, quæ una ex causis apoplexiæ censetur: Itaque σφακελίζειν ἀντὶ τοῦ ἀποπλήττεσθαι, idest, attonitum cadere, concuti, siderarique sumeretur. Non enim dubium quin a casu, concussu, ictuque ἔκπληξις ἢ ἀποπληξία consequatur, hinc Aphorismus 14. lib. 7. ἐπὶ τῇ πληγῇ, ἐς κεφαλὴν ἔκπληξις, κακόν. Hoc loco vocat τῆς κεφαλῆς πληγὴν· primo de morbis vocat τὸ σεῖσιν. Etsi Plantii conjectura veri aliquid simile exhibeat, tamen aliud quid videtur Hippocrates nomine τοῦ σφακέλου voluisse indicare. Nam de attonita affectione, seu aphonia, seu apoplexia (siquidem obscure Hippocrates τοῦ σφακέλου nomine, aut ἔκπληξιν, aut ἀποπληκτικὸν πάθος subindicaret) dictum est in Aphorismis præcedentibus. Quum enim scribit. Qui-
„ bus sanis capitis dolores repente oboriuntur, subindeque obmutescunt
„ sterturitve, septem intra dies fato concedunt, Aphor. 51. lib. 6. Aphorism. Apoplexiam subindicat ut placet Galeno in Comm. τῆς enim ἀφωνίας nomine per quamdam ἐξοχὴν, intelligit labem affectionemque omnium quæ a voluntatis nostræ arbitrio pendent actionum: plura illo Comm. videre possis, & in Aphorism. 5. lib. 5. & Aphorism. 58. lib. 6. Item quum ait, ἐπὶ πληγῇ ἔκπληξις, illam apoplexiam a casu aut potius percussu satis indicabit. Ut non probabile sit hunc solennem de sphacelo cerebri aphorismum, idem sonare quod & illi a nobis citati Aphorismi, Galenus interpretans quid significet hic sphacelus, admodum ambigit qua in sententia standum sit. Nequit enim propria in significatione accipi: Itaque cum gangræna confundit ductus veterum opinione præsertim Græcorum. Nam Medici carnis νέκρωσιν, ex ingenti inflammatione secutam gangrænam proprie vocabant: & Græci qui proprietatem verborum cujusque artis non satis intelligunt, σφάκελον, quod citata Herodoti verba declarant. Quo in sensu σφάκελον ἀντὶ τῆς γαγγραίνης ab Hippocrate sumi suspicatur. Sit ita sane. An gangræna in cerebro sanabilis? Quod Galenus contingere posse vult, si incipiat tantum. Sed quum cerebrum vix propter dignitatem principatumque ferat inflammationem citra perniciem ægri, nedum, quum eo veniatur ut jam gangrænæ metus adsit. Aliis sua fuit opinio & conjectura, nos quid sentiamus, explicabimus. Aristot. Problem. 9. & 10. lib. 1. in constitutione frigida & sicca agnovit non cerebri, sed totius corporis aut uteri potius σφάκελον, ac si siderationem dicas, Gaza, *crudorem* Latine vertit, Galli dicunt,

Domini Dureti

opinio probabilior.

cunt, *Morfondu*; Et interpretatur idem Ariſtoteles nomen crudoris, ſeu σφακέλου. Crudor eſt quem committit frigida ſiccaque impenſe tempeſtas, impatiens omnino excernendi humoris. Sed Problemate 10. meminit ſiderationis ſphaceli & crudoris cerebri, quum ait, ſi præeunte tempeſtate ſicca & aquilonia æſtivo tempore, ſequatur autumnus auſtrinus & pluvius, quem hiems proxime excipiat, quia multum ſimul materiei excipit, & ſua frigiditate non poteſt humorem cogere, denſare, coquere, & in pituitam ſaltem vertere, ſi in capite non ita multus, gravitatem affert, ſi nimius frigiduſque fuerit, ſphacelum affert, crudorem vertit. An eo in ſenſu ſphaceli nomen ſumi poſſit, ut quibuſdam placet? Probabile aliquid habet. Tamen ſphacelos pro crudore potius intelligi poſſet Aphoriſmo illo: Qui„ bus ſanis dolores capitis repente oriuntur: ſubindeque aphoni fiunt, in„ ſeptem diebus pereunt, niſi febris ſuccedat. Duplici nos conjectura nitimur: priore quidem quod non ita breve tempus deſcripſerit ut illo Aphoriſmo in quo de cerebro ſphacelon patiente agit. Nam ſi crudor tantum eſſet, aut tamquam ſola intemperies, aut cum admixtione frigidæ materiæ, non tam citam mortem afferret, ſed ad ſeptimum diem promitteret: Poſteriore vero, quia meminit Febris; hæc enim digerit ac coquit cruditates, & quæ coryzæ ſunt cum febre minus relabuntur, quam ſi febris abeſſet part. 10. ſect. 3. lib. 6. Epid. Contraria tamen ratione quis niti poſſet ut doceat Aphor. de aphonis repente factis intelligi non poſſe de crudore cerebri, quia ſi humor in cerebro collectus eſſet, vix abeſſet dolor: Si ita ſit, dolor capitis repente non oboriretur, quod tamen vult Hippocrates. Niſi quis dicat quod experientia ſæpe deprehenditur, multis ſæpe aut capitis gravitates aut dolores non ita eſſe moleſtos ob collectas in cerebro cruditates quæ eos reſpirare ſinunt nec ab opere avocant. Scitum „ enim illud Galeni Comm. in Aphor. 38. ſect. 2. lib. 6. Epid. Humore pi„ tuitoſo & ejus ſero hoc ineſſe ut non dolores, ſed torporem quemdam „ inferat, niſi vitio aliquo pituita aut aceſcat, aut ſalſa reddatur, qui locus notandus eſt. Itaque eæ cruditates quæ aliquo tempore inducias dant, aut auctæ, aut concepto vitio deteriores factæ ventres cerebri occupare poſſunt, aut totum cerebrum veluti efferato motu invadere, unde aut apoplectici cadunt, aut cito moriuntur, aut paraplegia ſaltem implicantur. Quod nuper contigit cuidam illuſtri viro, qui quum mediocriter caput doleret per decem dies (in ima tamen aure ſatis erat vehemens dolor) & ὀρθοστάδην ageret, repente concidit, & convulſus intra breve tempus interiit. Quem eventum annotavit Hippocrates part. 15. lib. 3. Prognoſt. quum de „ doloribus aurium acutis agit; Periculum delirii adeſt & interitus: Gale„ nus in Comm. ſcribit Nonnulli eorum qui acuto dolore capiuntur deli„ rant, & repente moriuntur tamquam ſiderati (αὐτοπλήκτους vocat) quum in cerebrum ἀθρόως fluxio dolorem auris efficiens eruperit. His ita poſitis videtur potius Gal. aſſentiendum ut ſphacelum pro aliqua gangræna incipiente inflammationis alicujus ſequace ſumi dicamus. Nec hic nomina τῆς γαγγραίνης ἢ τοῦ σφακέλου, ad unguem exquirenda ſunt. Quod tamen res ſit in præcipiti, trium tantum dierum meminit. Nam pars princeps non diu

Historia.

fert

fert vehementem aliquem affectum, Galen. Comm. in Aphorism. 51. lib. 6. Sic sphacelus non tam ab humore est quam prava cerebri dispositione. Quum ab humore est, plurium dierum usura conceditur. Hinc Aphorism. 51. lib. 6. septem dierum meminit, quod Galenus tamen non probat quum sit ῥέγχος, signum fortis apoplexiæ. Non sine ratione septem dierum meminit, quod tempus suum est: nam vitam nostram 7. dierum esse demonstrat Hippocr. lib. de Carnibus. Alia conjectura de sphacelo cerebri est. Possunt dolores capitis adesse quos aut hæmorrhagia, aut puris excretio solvat, aut per aures aut nares si frontem aut tempora occupent. Quum pus in cerebro, aut circum membranas adest, vel quod sit inflammatio vel intemperies, fieri potest ut pars livescat, & ita sideretur. Quod & lateri purulento evenit ut fiat βλητὸν, idest, livens, sideratum Comm. in part. 35. 1. de Diæt. acut. in hoc sensu cerebrum σφακελίζον καὶ βλητὸν dici potest; & si pus non exeat, brevi mors. Cerebrum autem βλητὸν legimus, lib. 2. de morbis, ubi idem agit Hippocr. quod & Aphorism. 50. lib. 7. de quo hic disputatur. Porro non aliunde τὸ βλητὸν petitur quam a succrescentia humorum malorum, quorum excretione cerebrum fit immune ab omni affectione: Vid. part. 15. lib. 3. Progn. Quibus post dolores capitis sanguis aut pus non eruperit lata in cerebrum materia moriuntur ὃν τρόπον ὑπόπληκτοι. Unde Aphorism. 10. lib. 6. Caput dolenti, & omni ex parte dolenti nisi pus aut aqua aut sanguis erumpat, bonum. Inter ceteros locos occurrit notandus lib. 2. de morbis ubi περὶ σφακελισμοῦ cerebri agit: Causas illius corruptionis assignat, signa, & curationem. Atque inter cetera animadvertit & a calore, & a nimio frigore istum sphacelum posse contingere. Tamen initio lib. 3. de morbis etiam a magna vasorum impuritate id fieri ait.

TO. T.

TΕ'ΚΜΑΡΣΙΣ ἀπὸ τοῦ τεκμηρίου. Τεκμήριον veteres appellarunt σημεῖον συλλογιστικὸν, ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι. Τέκμαρσις, conjecturalis cognitio, vertitur. Sed id male & Grammatice tantum: erronea enim versio est quum τεκμήριον redditur, conjectura: quum signum sit syllogisticum & necessarium, desumtum a propria cujusque rei indicatione, quam natura suppeditat. Galen. Com. in part. 2. lib. 1. de Diæta ὀξέων, τέκμαρσιν interpretatur τὴν διὰ τοῦ τεκμηρίου γνῶσιν. Nec alium hujus vocis interpretem quærere oportet, quam ipsum Hippocratem, illius, meo judicio, auctorem quatenus in arte medendi usuvenit. Ut enim illius, auctor est, ita proprie usucapit, energiamque illius exprimit: Τέκμαρσις, est ratio cuique convenienter medendi. Nec enim satis esse putat Hippocrates confusam animo tenere medendi effigiem, nisi qua ratione huic aut illi medicina sit faciunda, intelligatur. Itaque quum veteres Θεράπειαν consectati essent, quæ artis scopus est ad quem collimare oporteat, necesse quoque fuit eos τὴν διάγνωσιν, in numerato habere, & πρόγνωσιν. Quæ tria veteres attigisse credibile est. Quid ergo illud est in quo erraverint, & erroris ab Hippocrate convincantur? Quoniam τέκμαρσιν neglexerint: puta se

se medicos palam profitentes, quod generales animo de Arte Medica notiones retinerent, nec infra sese demittentes, rationem cuique faciundæ medicinæ adhibendæque singulis operæ consectarentur. In hoc τεκμάρσεως ratio omnis vertitur. Quum non homini sed Calliæ & Socrati Medicina fieri debeat. Variam aliorum de Tecmarsi sententiam in Com. adducit Galenus: Partim τῆς τεκμάρσεως nominis ambitu, & diagnosin & prognosin comprehendebant: alii Therapian. Atque ita Græca vox hæc aliter atque aliter explicatur, ut docet Galenus. Dicam quod sentio. Si veteres Therapian coluerint, nec adeo ignari atque minus fuerint, ut & diagnosin & prognosin (quod utrumque ad τὸ θεραπευτικὸν μέρος, ut loquitur Galenus, pertinet) prætermitterent, non eo consilio credendum veteres ab Hippocrate accusari quod imminuti in nonnullis essent, idest, τέκμαρσιν neglexissent, ac si dicat, diagnosin & prognosin (ut quidam interpretati sunt) sed quod quum præclare in omnibus Medicæ Artis partibus excellerent, rationem cuique accommodate medendi sumta indicatione a peculiari cujusque natura, missam fecissent: Hoc autem est τέκμαρσιν haud esse consecutos, quæ tamen in primis tenenda est. Hippocrates autem illam τέκμαρσιν consequendi viam aperit contra Gnidios medendi magistros, & alios omnes qui in generalioribus Artis præceptis præclare versati, particularia prætermitterent, quæ tamen in primis Medicum commendant ac ostendunt. In libris de Diæta proponit exempla quorum explicatio ad instruendam explicandamque τεκμάρσεως vim pertinebit: Nam quando, quo morbi tempore, quo in subjecto, quo habitu, hoc vel illud usurpandum sit, abunde explicat. Exempli gratia, inter edulia præstantissima ptisana alimenti juxta ac medicamenti facultate insignita est; tamen nisi hac aut illa præparatione, hoc vel illo morbi tempore, hac aut illa ægri natura, exhibeatur, ægri damnis plurimis obruuntur ac cumulantur. Hæc est Τέκμαρσις ratio medendi convenienter cuique ex perspicientia peculiaris & communis cujusque naturæ per τὰ τεκμήρια, idest, signa syllogistica. Itaque nulla vox Latina est quæ vere τεκμάρσεως nomen referat atque exprimat.

ΤΡΙΤΑΙΟΦΥΕ'Σ ἢ τριταιοφυὴς πυρετὸς, Latine reddi potest, *febris ad tertianæ naturam accedens*: aut ad verbum, *febris tertiumgena*. Quidam hemitritæon cum ea febre, quæ τριταιοφυὴς dicitur, videntur confudisse, at longe discrepant. Et eorum opinio roborari potest auctoritate Hippocratis: hujus si exacte verba considerentur, eadem fere natura, conditio, ingenium & mores, item symptomata febris τριταιοφυέως, & ἡμιτριταίου videntur: Nam particul. 23. sectio. 1. lib. 1. Epid. scribit loquens de febribus semi-ter-
„ tianis; Infestabant πυρετοὶ φρικώδεες, Continuæ, non intermittentes: ὁ τρόπος
„ ἡμιτριταῖος, τῇ μίην κουφοτέρῃ, τῇ δὲ ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι: Idest, modus erat
„ febrium semitertianarum, uno quidem die levior erat febris, altero acer-
„ bior. Et idem Hippocrates partic. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. scribit: Febres
„ erant continuæ, non intermittentes, invadebant τρόπον τριταιοφυέα, in mo-
„ dum febris tertianam referentis, μίαν μὲν ἀποκουφίζοντες, καὶ μίαν παροξυνόμενοι,
„ uno die temperatiores levioresque exsistebant, altero acerbiores; deinde sub-
„ dit, ῥίγεα πᾶσιν ἀτάκτως, καὶ πεπλανημένως ἐγίνοντο, ἐλάχιστα καὶ ἥκιστα τριταίοισιν, ἀλλ'

ἐπι-

„ ἐπὶ τῶν ἄλλων μείζω. Rigores erant sine ordine omnibus, & erratice, minimi quidem in his febribus fuerunt, in aliis majores. Quæ verba si conferas, utramque febrem idem esse colligere possis. Nam & utraque continua, & utraque tertio quoque die acerbior, diebus interjectis levior. In utraque sunt rigores & horrores, ut forte nomen horroris & rigoris non stricte sumtum idem hoc loco significet. Nec est quod objicias in hemitritæo secundum diem deteriorem esse secundo die in ea febre, quæ τριταιοφυὴς dicitur, quod in hemitritæo secunda sit accessio auctore Galeno passim, sed præcipue cap. 2. lib. 2. de differ. feb. in τριταιοφυεῖ autem non est secunda accessio, sed tantum continui-tas febris, unde secundus dies omnino levior est. Nam Galenus Com. in particul. 25. sectio. 2. lib. 1. Epid. Explicans quid sit ὑποκουφίζεσθαι (quo verbo utitur Hippocr. dum disputat de secundo die febris τριταιοφυέος) ait Hippocratem moderatam tantum remissionem intelligere in secundo die febris tritæophyûs. At hæc moderata quoque remissio est in febre ἡμιτριταίῳ, si conferatur secundus dies cum tertio. Unde eadem verba sunt & idem sensus, ὑποκουφίζεσθαι, & μίαν ἡμέρην κουφοτέρην ἔχειν. quibus usus est verbis explicans, & febrem τριταιοφυέα, & ἡμιτριταῖον. Sed tamen quum longe una febris & motu, & specie, & more, & causa, ab altera discrepet, tametsi doctissimus Hippocr. rerum distinctiones & διαφορὰς, maxime & diligentissime observans, unam cum altera videatur confundere, ea de re paullo plenius sub finem hujus Commentarii disputabimus, facta diligenter unius cum altera comparatione. Nunc de ea quæ τριταιοφυὴς dicitur, disseramus. Febris hæc ex continuarum genere est Hippocratis auctoritate in partic. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. Et tamen exacerbationes habet tertio quoque die non quod in ἀπυρεξίαν desinat (alioqui e continuarum numero eximeretur) sed παρακμὴν quamdam habet, Galeni auctoritate cap. 2. lib. 2. de differ. febr. Nec rigor est aliquis typicus, tamquam novæ accessionis paranymphus, sed criticus esse potest. Tamen ex part. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. In febribus τριταιοφυέσιν observat Hippocrates ῥίγεα, rigores inordinatos & vagabundos. Quod notandum est diligenter, ne eos rigores observantes temere febrem semitertianam esse putemus, aut intermittentem aliquam. Sed quod tertio die febris exasperetur, id παροξυσμὸς dici potest, reduplicatio, unde Hippocrates vocat tertio die ἐπιδιδόναι, ἐπιπαροξύνεσθαι, & in aphorismis, διὰ τρίτης ἰσχυρότερον πυρετὸν γίνεσθαι, scribit. Galenus 2. de diff. feb. συνόχους, in duo genera dividit, in συνόχους, & alias generis nomine insignitas & ambiguo συνεχεῖς. Harum posteriorum ratio in iis præsertim febribus spectatur, in quarum continuitate peculiaris humoris motus observatur, ut quum vel tertio quoque die exacerbatio aliqua observatu digna animadvertitur, ita ut nonnulla periodi sit ratio: sic quædam continua est quotidiana, quædam tertiana, quædam quartana, sed hæc rarius. Si tertio quoque die exacerbatio contingit τριταιοφυὴς dicitur eidem Galeno. Si secundo die nova fit accessio, & tertio quoque die exacerbatio fit, ἡμιτριταῖος dici potest. Quamquam nomen hoc rejicit Galen. cap. 2. lib. 2. de differ. febrium, & Commen. in particul. 5. sect. 3. lib. 1. Epid. Docens Hippocratem adjecisse ἡμιτριταῖον καλεύμενον, quod nomenclatio hæc Hippocrati non placeat: eamdem tamen probat Galen. cap. 7. lib. 2. de differ. febrium. Sed non abs re primum febrem continuam

Aph. 43. lib. 4. Aphor.

tinuam tertio quoque die deteriorem factam, & die ſecundo novam acceſſionem habentem appellari non vult ἡμιτριταῖον, quod & continua quotidiana die medio paroxyſmum habeat, & tertiana duplex continua, & duplex, ſive triplex quartana continua. In Epidemiis partic. 23. ſect. 2. lib. 6. plane negat ſemitertianam ullam eſſe intermittentem, lib. de typis cap. 4. contrarium plane aſſerit. Et nullo umquam loco tam ſui eſt oblitus Galenus. Sed longe hæc inter ſe differunt, quum in continua quotidiana idem ſit humor & eodem loco incluſus qui acceſſiones faciat, in duplice tertiana continua non idem eſt humor, nec locus: ideo prudenter monebat Galenus cap. 11. lib. 1. de different. febrium, in æſtimandis febribus non conſiderandas acceſſionum invaſiones & periodos, ſed conſiderandam cujuſque proprietatem & ingenium. Quod „ cenſuit Hippocr. Aphor. 12. lib. 1. quum ait: Acceſſiones, & conſtitu- „ tiones morbi judicabunt. Ceterum tametſi febres omnes continuæ ſint, tamen has exacerbationes, annotationes, & ἐξ ὑποσχέσεως ἐπίδοσιν quamdam, ut ex Hippocr. particul. 25. ſect. 3. lib. 1. Epid. patet, immo Galenus vocat περιόδους. Nam de illis febribus continuis homonymos vocatis ita ſcribit, ταῖς πολλαῖς κατὰ μέρος περιόδοις προσέρχονται, Ideſt, alias atque alias velut quibuſdam circuitionibus inſiliunt, ac repetunt. Quod mirum eſt, quum περίοδος non ſit febrium continuarum, ſed intermittentium, & dividatur in παροξυσμὸν καὶ ἄνεσιν. Παροξυσμὸς autem καὶ ἄνεσις ad febres typicas maxime refertur, ſed præſertim ipſa ἄνεσις, cujus loco in continuis, ſi quando concedunt remittunturque παρακμὴ dicitur. Tamen in continuis etiam ſi exacerbationum ſimilis quædam recurſio animadvertitur, ut ſi tertio quoque die, aut quarto, aut ſingulis diebus, tunc licebit in illis febribus περίοδον ſtatuere, ſed minus proprie ſi ad unguem res exigatur, ut ex definitione τῆς περιόδου, colligere licet aſſignata a Galeno lib. de totius morbi temporibus. Sed his relictis tria videre oportet. Primum quid videatur Galeno de tritæophyis febribus: Secundo an ſint e cenſu continuarum. Deinde, an ſit quidpiam commemorabile quod hæ febres tertio quoque die moveantur, quum generaliter hoc etiam ad omnes febres bilioſas extendatur. Denique an ἡμιτριταῖον καὶ τριταιοφυῆ πυρετὸν, confundat Hippocrates, quæſtione dignum eſt. Ac primum περὶ τριταιοφυῶν hoc Galeno videtur, ut non ſignificent aut ἡμιτριταῖον, aut tertianam aliquam intermittentem. Quamquam ex initio Com. in particul. 23. ſect. 2. lib. 6. Epid. nomine hoc includitur & „ ſemitertiana, & producta tertiana; Verba Galeni hæc ſunt: Quas autem „ febres τριταιοφυεῖς vocet, abunde dictum eſt, ſemitertianas videlicet, & productas tertianas. Quod abſurde dictum eſt quum ſæpe contendat aliis locis Galen. magnum eſſe diſcrimen inter τριταιοφυὲς καὶ ἡμιτριταῖον. Sed puto interpretem Latinum male vertiſſe vocem διότι: ipſe videre poſſis. Quod autem nomen τριταιοφυέος, longam tertianam non ſignificet duabus id rationibus conſequi poſſumus. Priore quidem, Quum Hippocr. part. 23. ſect. 2. lib. 6. Epi- „ dem. ſcribit: Omnibus febribus τριταιοφυέσι, nox ante acceſſionem moleſta „ eſt, in Comm. Galenus: Proprium eſt, ait, febrium τριταιοφυῶν, ut no- „ ctem ante acceſſionem moleſtiorem habeant, extenſis autem tertianis omni- „ bus non proprium. Itaque aliud extenſa tertiana eſt, aliud τριταιοφυής, alioqui hoc Galenus Comm. in partic. 5. ſect. 3. lib. 1. Epid. ait: Quum duode- „ cim

„ cim horis finitur accessio, exquisita tertiana est, si hac longior sit, simpli-
„ citer tertiana vocatur, cui præterea longior accessio est, tertiana producta nuncupatur. Quæ autem πρὸς ἀπυρεξίαν non venit, si horrificas primo die accessiones habet, secundum autem diem leviorem, ἡμιτριταῖος dicitur, si simpliciter sine horroribus tertio quoque die acerbior est, ea τριταιοφυής dicenda est. Hinc patet e continuarum genere esse, & propterea longam tertianam τριταιοφυέα non dici. Nam & in Aphorism. 43. lib. 4. cum Hippocr. scribit:
„ Quæcumque febres tertia die exasperantur, hoc de tritæophyis intelligitur:
„ periodus autem hæc; Quocumque modo intermiserint, de longis tertianis.
An autem ἡμιτριταῖος καὶ τριταιοφυής idem sit, longe magis ambiguum est. Tamen & causa, & motu differunt. Nam Galeno Com. in part. sect. 3. lib. 1. Epid. semi-tertiana a primo insultu ad incrementum horrorem habet, item quum longius progreditur. Et in periodica accessione rursus horrorem habet & συστολὴν, & rursus eumdem horrorem, & contractionem. Quod cap. 9. & 10. lib. 2. de differ. febrium explicat. Et Com. in partic. 23. sect. 2. lib. 1. Epid. κατ' ὅλην πυρετὸς φρικώδης dicitur, quod per omne tempus accessionis symptoma horroris producatur. Et bifariam fit, aut quum intensio (Græcis ἐπίτασις) facit reduplicationes, aut quum ascensum tantum facit inæqualem. Sic in hemitritæo est inæqualitas in accessione particulari, & in universali statu, quod in dies febris augescat more τῶν συνόχων ἐπακμαστικῶν, Galeno auctore Comm. in particul. 23. sectio. 2. lib. 1. Epid. Sed τριταιοφυὴς unum & continuum, & æquale ab invasione ad vigorem habet incrementum, & caret accessione secundo die: Item horrore caret. Et quum dicimus habere æquale incrementum, id debet intelligi de particulari accessione, non de universali. Nam partic. 23. sectio. 2. lib. 1. Epid. loquens ex professo περὶ τριταιοφυῶν ait illas ἐξ ἐπισκέσεως vehementius exacerbari, & in dies increscere. Sed hoc de universali accessione intelligendum, alioqui falsa opinio Galeni foret. Sic motus ratione ἡμιτριταῖος καὶ τριταιοφυὴς distinguuntur. Causa quoque longe inter se differunt. Nam Galeno Comm. in partic. 5. sectio. 3. lib. 1. Epid. ἡμιτριταῖος fit a bilioso & pituitoso humore simul mixto, τριταιοφυὴς a bilioso humore quidem, sed eo δυσκινητοτέρῳ καὶ δυσπεπτοτέρῳ, idest, qui lentior tardiorque est, & coctu difficilior: deinde addit, Et hanc febrem τριταιοφυῆ, partium principum phlegmonem esse dicunt. Quod notandum. Itaque nomine hemitritæi, & productæ tertianæ aliud quid significatur quam τοῦ τριταιοφυέος. Quod confundebant veteres inducentes parvum hemitritæon & magnum hemitritæon, & nullam simplicem tertianam aut longam constituentes, quos ridet Galen. Commen. in partic. 23. sectio. 2. lib. 6. Epid. & nono & decimo cap. lib. 2. de differ. febr. Et maxime quod si hemitritæus ex intermittentium genere foret, non esset perniciosus secundum Hippoc. dictum Aphor. 43. lib. 4. Aphorism. At contra eidem Hipp. partic. 5. sectio 3. lib. 1. Epid. Hemitritæus omnino perniciosus est. Τριταιοφυὲς autem hemitritæon non comprehendit, nisi generalius nomen sumatur. Unde Galen. Comm. in partic. 23. sectio. 2. lib. 6. Epid. ait: Si quis omnes acutas febres τριταιοφυεῖς appellet, non abs re fecerit. Non tamen ulla febris ad integritatem desinens ἡμιτριταῖος dicetur. Quare hac correctione utitur Galenus, quasi vero hemitritæus nomine τριταιοφυὴς, non recte conti-

contineatur, quum utraque sit febris acuta & continua. Hoc dictum est ut omnis errandi tollatur occasio. Quia enim in tritæophyea febre est majus argumentum intermissionis, aut potius remissionis, ἢ παρακμῆς, quam in hemitritæo, si dicamus hemitritæon esse τριταιοφυῆ, ad intermittentium genus sophistæ hemitriteon revocarent. Galenus enim de tritæophyea ita scribit: μόνος πυρετὸς τριταιοφυὴς ὁ πλησίον τῆς ἀπυρεξίας ἀφικόμενος. Interpres, *fere in integritate remittitur*. Nos ita vertemus, *Accedit ad vacuitatem febris*. Et paullo ante de eadem loquens dixerat. Si qua febris tertio quoque die fortior fit, nec inter-
„ missionem minimam afferat, ut æger ad sinceram integritatem accedere vi-
„ deatur, ea febris acuta vocabitur. Sic τριταιοφυὴς acuta est febris, proinde intermissione caret, remissionem habet, & quoad sensum, ad ἀπυρεξίαν videtur accedere, unde accommodate ad hæc Comm. in partic. 23. sectionis 2. lib. 1. Epid. ait. Acutæ autem & continuæ febres dicuntur ab Hipp. quæ παρακμὴν quidem manifestam habebunt, sed nullam ἀπυρεξίαν sortiuntur, & numquam hominem relinquunt, ut loquitur Comm. in part. 25. sectio. 2. lib. 1. Epid. Quoniam autem ista παρακμὴ, & veluti ad ἀπυρεξίαν, vicinitas maxime in febribus τριταιοφυέσι spectatur, ideo non vult in τριταιοφυῶν nomine includere ἡμιτριταίους. Quamquam si largius nomen sumitur, contineri potest, quum utraque febris continua sit, acuta, tertio quoque die exacerbationem habens, necnon remissiorem secundum diem habeat. At id diversa ratione ut dictum est. Quod autem ad hujus loci intelligentiam spectat maxime, Galeno placet Comm. in particul. 23. sect. 2. lib. 6. Epid. τριταιοφυεῖς, sive παραφυεῖς (sic enim vocant) in ratione periculi medias esse inter hemitritæus, & tertianas intermittentes, sive simplices sive longas. Sic quum Hipp. Aph. 43. lib. 4. ait: Quæcumque febres tertia die fortiores fiunt, μᾶλλον ἐπικίνδυνοι. Illud ἐπικίνδυνον bifariam referri potest, vel ut intermittentes conferantur cum continuis in quibus remissio est aliqua, aut latens, aut manifesta, sed intermissio nulla est, quod vocat ἢ βραχὺ διάλειμμα ποιεῖται. nam illæ vacant periculo, hæ periculi sunt plenæ: vel comparantur τριταιοφυεῖς cum hemitritæis, quod in illis manifesta est παρακμὴ, ut etiam fere intermitte-
„ re dicas: in his nil tale. Ideo addit: Quocumque modo intermiserint, ac si dicat, vel ut manifestum sit διάλειμμα, vel βραχὺ, vel tantum ad sensum, quum tamen reapse non sit.

Quæri potest, an febris τριταιοφυὴς novum genus febris sit, quum omnes febres & synochi putres, & imputres tertio quoque die exasperentur, ideoque τριταιοφυῶν genere contineri posse videntur. Nam & illud patet ex Galeno Commen. in Aphorismorum 12. lib. 1. & passim ex libris de Crisibus & pleuritidi, & peripneumoniæ, & omni morbo a bile nato motus quosdam esse tertianos & ut ita loquar τριταιοφυίας, ut & morbi a pituita de nocte moventur. Ut aliquid obiter dicatur, & peripneumoniæ & pleuritides, & causi & id genus morbi habent aliquid τριταιοφυὲς ἢ τριταιογενὲς, sed tamen febris τριταιοφυὴς aliquid peculiare significat, ut paullo post dicemus. Magna quæ hoc loco sese obtulit difficultas est de vera distinctione hemitritæi, & τριταιοφυοῦς, quamquam diserte Galenus docet τριταιοφυῆ πυρετὸν, medium quid esse inter hemitritæon & tertianam intermittentem, tamen idem mores, ingenium, causa, motus, natura eadem esse videtur. Primum utraque est continua. Sed dices, hemitritæus κατ'

ἐξοχὴν φρικώδης dicitur, quæ differentia magna eſt, ſed τριταιοφυὴς non dicitur horrifica. Tamen contrarium legitur: Nam Hippocrates loquens de iis quæ
„ τριταιοφυεῖς dicuntur, ait: Omnibus rigores erant inordinati & erratici, &
„ quidem parvi. At ait Galenus, parvi rigores ab horrore non differunt: ſic τριταιοφυεῖς ſunt φρικώδεες. Quod ſi dicas non propterea horrificam eſſe τριταιοφυῆ. aut ſi horrifica ſit parum eſt, ſed ἡμιτριταῖος neceſſario eſt horrificus tertio quoque die, & per omnia febris tempora. Niſi forte quis objiciat quod a Galeno ſcribitur Comm. in part. 5. ſectio. 3. lib. 1. Epid. de ſemitertiana lo-
„ quente: Si tabidis, aut aliter diu ægrotantibus ſemitertiana adeſt, forte licet
„ horrore careat, ſemitertianam etiamnum vocabis. Quod ſi verum eſt dabitur ſemitertiana, quæ non erit φρικώδης. Quod autem attinet ad locum ſuperiorem, in quo Hippocrates febri τριταιοφυεῖ attribuit horrorem præter rationem; Galenus acute interpretatur hoc, ut vitetur confuſio hemitritæi & τριταιοφυέος, primum Hipp. dicit, ῥίγεα σμικρὰ ἀτάκτως, ac ſi dicat, rigores eſſe inordinatos, nec neceſſario adfuiſſe ut contingit in hemitreo: Deinde alia adduntur quæ ad diſtinctionem iſtam pertinent. Sic in multis ita conſentiunt ἡμιτριταῖος καὶ τριταιοφυὴς, ut idem eſſe videantur. Accedit quod quum hemitritæus funeſtus ſit, non minus forte & tritæophyes calamitoſus exiſtat. Nam ex Comm. in partic. 25. ſectio. 2. lib. 1. Epid. ait proprium eſſe febrium τριταιοφυῶν, uti & morborum
„ malignorum exacerbari diebus criticis: quo loco patet ad malignorum mor-
„ borum naturam accedere. Præterea Comm. in partic. 5. ſectio. 3. lib. 1. Epid. Galenus ſubſcribit eorum opinioni qui exiſtimant τριταιοφυῆ ſequi ad inflammationem partium internarum: quod ſi verum eſt, ſpecie ipſa peſſima febris eſt. Accedit quod ex ſententia Galeni Comm. in Aphoriſm. 43. lib. 4. Febres quæ tertia die fortiores fiunt, aut ſequantur malignam humorum putredinem, aut inflammationem partium internarum. Quod maxime πυρετοῖς τριταιοφυέσι accommodatur. Inter cetera hoc urget maxime quod idem ſit tritæophyes & hemitritæus, quum materia eadem ſit. Quod ne cui mirum ſit, legatur Galen. Comm. in particul. 25. ſectio. 2. lib. 1. Epid. de tritæophyis febribus loquens: ſcribit enim febres has non ex uno ſucco generari ſed pluribus, quum calidior febrem acutam ſuccendit ſtatimque diſcutitur: Quæ dum corpus tenet, contingit frigidioribus corrumpi ac putreſcere: & ſic accendi ex illa remiſſione, quod eſt veluti requie & imminutione febris: Et paullo ante dixit tritæophyea ex crudis pituitoſiſque putreſcentibus accedere, flava bile concurrente: ſemitertiana autem fit quum par blioſus humor adeſt: Item ſcribit in febre tritæophyea ſecundum diem leviorem eſſe, tertium graviorem quod vires a priore acceſſione fractas offendat. At hæc verba omnia quid aliud quam hemitritæon declarant, & tamen de tritæophyea agitur. Sic uno loco in tritæophyis unum & æqualem motum agnoſcit, in alio loco de iiſdem agens ſcribit σμικρὰ διακνεφίζοντες καὶ ταχὺ ἐξ ἐπισχέσεως παροξύνονται. quæ verba inæqualem motum τριταιοφυῶν ſignificant. Itaque ſui longe diſſimilis eſt Galenus, alias in tritæophyis unum tantum humorem ſtatuens & æqualem motum; alias plane diſſidentia aſſerens. Nam dum τριταιοφυέας explicat, & Galen. & Hippoc. ἡμιτριταίους adumbrat, animiſque noſtris tenebras offundit. Sed ut ſibi Hippocrates congruat, hoc dicam: omnino τριταιοφυὴς

medium tenet inter hemitritæon & tertianam intermittentem, nam illo decernitur mitior, hac vero deterior: verus τριταιοφυὴς fit ab uno humore bilioso sed lentiore & coctu difficiliore, unde secundus dies levior, tertius autem acerbior exsistit, ac maxime phlogosin partium internarum sequitur. Sed est alius τριταιοφυὴς quodammodo hemitritæi naturam sortiens, in quo & biliosus & pituitosus moram trahit. Aut forte idem humor est, sed duplicem habet substantiam, unam tenuem, crassam alteram. Hoc enim uni etiam humori accidere ait Galenus Commentar. in partic. 48. sect. 3. lib. 3. Epidemiorum ut tenuem crassamque sui partem habeat, quod ad hunc locum maxime pertinebit. Nam tenuior pars febriles accessiones dissipabiles affert, crassior autem fovet aliam accessionem & continuitatem febris. Sed in semitertiana, præsertim si exquisita est, par est humor crudus & biliosus, & pituitosus: Itaque quæ ab Hippocrate uno in loco febris describitur τριταιοφυὴς, præsertim particul. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. accedit ad hemitritæon, & vere media est inter τριταιοφυέα proprie dictum & hemitritæon proprie quoque dictum. Et nisi ita res intelligatur, non potest excusari Galenus quin confuderit & hemitritæon, & tritæophyea febrim. Febrium τριταιοφυῶν Hippocr. in Coacis passim meminit, ut quum scribit febres τριταιοφυέες, cum anxietate malignæ sunt: Item, febres τριταιοφυέες erraticæ in dies pares translapsæ sunt δύσκολοι. Et alio loco ῥίγεα τριταιοφυέα, maligna esse ait si in media inordinata febre exacerbentur: quo loco de rigoribus hemitritæi agere videtur malens dicere ῥίγεα τριταιοφυέα, quam ῥίγεα ἡμιτριταίου, quod nomen ἡμιτριταίου, Hippocrati non placeat. Præterea ibidem legere est ἀλγήματα τριταιογενῆ καὶ ἀλγήματα τριταιογενῶς παροξυνόμενα quod genus dolorum tertiano more redeuntium & in febre, & sine febre videmus. Nam sæpe in tertianis febribus videas dolores die paroxysmi reduces aut in ventrem, aut coxendicem qui sæpe Medicis admirationi fuere, & quos primus Hippocrates observavit, hi autem abscessum minantur: Item & sine febre sæpe redeunt, præsertim si febris tertiana aut quartana præcesserit, & dolorem colicum mentiuntur, eumdemque repetitionis typum habent, quem & febris cui succedunt. Istos dolores τριταιογενέες gummosi sanguinis excretione solvi scriptis quoque mandavit Hippocr. in Coacis. Sed in immensum nimis oratio nostra excurrit.

TO. X.

XΑΛΑ͂Ν a quo τὸ χαλαστικὸν a Gorræo explicatum desumitur, apud Hippocratem pro dejicere, alvumque solvere sumitur. Ita enim particul. 6. sect. 3. Prorrh. κοιλίη dicitur τὰ ὑγρὰ χαλῶσα, alvus dicitur humiditates & serosa dejiciens τὰ ὑγρὰ χαλᾶν, idest, τοῖς ὑγροῖς διαχωρέειν, quum alvus liquidis serosisque humoribus ducitur ac fertur. Et partic. 7. ejusdem libri, ἡ κοιλίης περίτασις ὑγρὰ χαλῶσα dicitur, idest, ad verbum re expressa, *Ventris circumtensio dicitur humiditates ejiciens & excernens*. Nam χαλᾶν ἐκκρίνειν significat. Improprie autem dicitur circumtensio dejicere, quum ipsius alvi proprium sit excernere ac exonerare sese. Sed loquendi forma Hippocratis est, κοιλίης πε-


ἔκτασις, ac si dicat, ἡ κοιλία περιτεταμένη τὰ ὑγρὰ χαλᾷ, *Circumtensa alvus liquida excernit.*

TO Ψ.

ΨΑΘΥΡΑ ἢ ὑπόψαθυρα διαχωρήματα leguntur apud Hippocratem partic. 24. lib. 3. Prorrh. quorum excrementorum observatio non est omittenda ad diagnosin & prognosin. Nam sæpe æstuantibus intimis temperatisque extimis alvus liquidior est ex intervallis excrementa reddens arenulenta, sive arenosa, sive friabilia, & in minimas partes suopte fere nutu dissolubilia, unde colligas securum esse morbum, quum contra statuendum esse videatur. Ista enim friabilitas excrementorum declarat partium internarum æstum summum a quo partim liquidior fit alvus, partim arenulentorum excretio contingit. ὑπόψαθυρα διαχωρήματα, Dureto dicuntur dejectiones in quibus quæ excernuntur in modum carnis minutim concerptæ friantur. Nec admittit interpretationem τῶ ὑποψαθύρω, ut arenulentum dicatur. Hipp. lib. de Glandulis, & vocat glandulas σαρκία ψαφαρά, quod frustulatim secari facile possint & friari corpora glandularum. Apud Hippocratem in summo æstu reperio excrementa reddi πρὸς ἀνάγκην, part. 6. lib. 1. Prorrh. quæ non nisi πρὸς ἀνάγκην reddduntur. Eos autem quibus excretiones hæ contingunt vocat καταξηρανθέντας, exsiccatos, arefactosque idque ab æstu febrili. Hos insignem vacuationem ferre non posse, nec parotidas, nec rigorem testis est Galen. Com. in illam part. 6. lib. 2. Prorrh. Alii etiam reperiuntur exsiccati emaciatique, sed non ab æstu illo febrili, ut quos lib. 9. Method. med. & lib. 2. de Diæta acutor. τεταριχευμένους vocat, nimirum ab inedia triduana quatriduanave a diatritariis præscripta, emaciatos. Porro illa πυραθώδεα excrementa non nisi vi excerni solita, non eadem sunt cum arenulentis, nisi quod utraque sunt sicca, sed πυραθώδεα habent aliquid compactum ob reliquam quamdam, sed exiguam viscositatem, sed ψαθυρὰ nihil glutinis habent, propterea que minimo manuum affrictu friantur dissolvunturque. Forte hoc contingit, quia quum arenulentæ sunt excretiones, alvus jam liquidior est; unde dicit Hippocrates: Arenidæ & liquidæ dejectiones: hinc omnis compactionis & glutinis tollitur occasio. Nec enim credibile eamdem numero dejectionem liquidam esse & arenosam: pugnant siquidem secum: sed alvo liberiore exsistente excretio fit τῶν ψαθυρῶν. Sed quum spyratodea excernuntur πρὸς ἀνάγκην alvi est quædam ἀπόληψις ut scribit Hippocrates. Nec enim est necesse quoties vi & coacto educitur stercus alvum esse adstrictam. Nam reperio apud Hipp. alvum etiam liquidam, quam Hippocrates ὑγρὰ χαλῶσαν vocat etiamnum πρὸς ἀνάγκην reddere. Ita enim partic. 7. sectio. 3. Prorrh. Ventris circumtentio liquida ad necessitatem reddens. Item & partic. 6. ejusdem sectionis: Ex cervicis dolore & sudore venter inflatus si liquida ad necessitatem dimittat. Quod plerisque usuvenire vidimus quibus crassioris humoris pars mesenterio intrinsecus inculcata non patet excretioni, liquida vero proluvies parum admodum adjuvans excernitur. Id præsertim observatum est in morbis anni 1573. qui in vulgus passim sævierunt. Febres erant τειταιοφυεῖς de nocte exasperatæ, in quibus alvus

alvus liquidior fuit, sed symptomata non minuebantur. Quibus autem crassiores humores exacti sunt foras, ii citius evaserunt. Ceterum existimo liquidiorem alvum esse quod facultas naturalis a calore febrili plurimum afficiatur, ut quod excernitur sit symptomaticum, ideo autem φαθυρά esse excrementa ob conclusum summum æstum in partibus imis corporis. Unde aut σύντηξις sequitur, aut absumtio crassioris cujusdam mucoris qui excrementis loco glutinis esset. Itaque talis excretio ut causa & ut signum mala est. Nec novum est æstuantibus intimis alvum liquidiorem esse, quod in morbis prædictis hujus anni observavimus. Nam duabus de causis oriri potest, & propter corruptionem alimenti a calore febrili, a qua corruptione facultas irritatur ad excretionem: Et propter biliosi humoris a calore impense aucto generationem, aut alterius humoris qui biliosi naturam sit relaturus. Tertium accedit non negligendum, nimirum quod in isto æstu interno partes mesenterii quodammodo exardent & connivent. Inde obstructionis species oboritur a qua ἀνάδοσις impeditur. Quarto accedit quod in isto æstu omnia cruda sunt, nec a calore naturali victo coquuntur. Unde Hippocr. 4. acut. partic. 4. in ardentibus febribus dejectiones illas liquidas observat. Has causas alvi liquidioris assignat Galen. Comm. in partic. 2. lib. 2. Prognost. dum explicat qua ratione fluor alvi hydropi nato ab ilibus comes adsit.

FINIS.



GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

COMMENTARIUS IN LIBELLUM THEOPHRASTI DE VERTIGINE

EDITORE

M. JACOBO THEVART,

DOCTORE MEDICO PARISIENSI.



VENETIIS,

APUD ANGELUM JEREMIAM,

Via Mercatoria ſub ſigno Minervæ.

MDCCXXXIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Etiam qui de contemnenda gloria libros conscribunt, ipsis libris nomina sua præfigunt, sic quod professione elevant, usurpatione Memoriæ consequuntur. Valer. Max.

BENEVOLO LECTORI

GULIELMUS DE BAILLOU

DOCTOR MEDICUS

Parisiensis

S. D.

SI vitare velis noxas vertiginis atræ,

Sævit in erectum quæ violenta caput;

Huic animum terso sollers intende Libello,

Ingenio uberior fructus & inde redit.

AP-

APPROBATIO.

HIC Commentarius in Libellum Theophrasti DE VERTIGINE M. GUILLELMI DE BAILLOU Medici Parisiensis celeberrimi, Decani, & antiquioris Scholæ Magistri eleganti stylo, & summa prudentia conscriptus, atque à multis jamdudum expetitus, prodeat tandem in lucem rei Medicæ splendorem aucturus, & utilitatem non mediocrem allaturus. Datum Parisiis octavo Kalendas Novembris, Anni 1638.

De S. Jaque Decanus.

Joannes de Bourges
Doctor Medicus Parisiensis.

Jacobus Cornuty
Doctor Medicus Parisiensis.

GULIELMI BALLONII


MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

COMMENTARIUS

IN LIBELLUM THEOPHRASTI DE VERTIGINE.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

DE VERTIGINE.



ANTEQUAM ad brevem & apprime eruditum contextum Theophrasti accedamus, in naturam & causas vertiginis inquirendum. Nec enim Theophrastus ad intimum examen de Vertigine penetravit, de ea præsertim quæ propriam Cerebri labem consequitur quæ est dirorum & feralium morborum præcursor. Solius enim Medici est in eam arcem penetrare, & primariam a secundaria vertigine dijudicare. Inde enim salus & conservatio homini quæritur. Quod non præstant argutulæ minutulæque quæstiunculæ quæ de ea re moventur. Eas nauci pendimus, repudiamus. Nihil est enim nisi hominum aures verbis inanibus verberare, non autem morbos aut eminentes, aut obscuros curare ac demoliri.

Itaque de Vertigine quæritur an sit morbus, an symptoma. Si morbus, quis, si symptoma, cujus morbi. Ac primum aliud est vertigo, aliud tenebricosa vertigo. Illa in simplici imaginatione conversionis consistit, in hac tenebræ obversantur tamquam obnubentes & caligantes. Hæc deterior est & morbo caduco affinior. Sensus & motus alteratur, & visus maxime perpetitur, unde cadendi ingruit necessitas. In utraque motus est inordinatus spiritus animalis qui non habet suum fulgorem & lumen, non suas περιόδους καὶ ῥοπάς, aditus, reditus, inclinationes. In eo stat natura & physiologia vertiginis quod ad modum generationis pertinet.

Quem-

Quemadmodum enim quum spiritus animalis suum habet fluxum & refluxum, nil est anomalon, nil inæquale, omnia sunt tranquilla, stat & homo & ratio, & animus præsidet nullis tumultibus vexatus: Sic quum spiritus alienus motus ratos & constantes perturbat & quatit, aut quum spiritus illustris inquinatur, aut via obstruitur, læsio contingit, adestque falsa & irrita imaginatio conversionis & rotationis non exsistentis. Spiritus enim puri sunt delatores imaginum rerum objectarum, qui si conspurcati fuerint, vel impuritate cerebri, vel aliunde, hinc promta vertiginum occasio. Ad id facit & meatuum libertas, aut impedimentum. Ideo Hippocr. ventrem ipsum mari similem constituit. Hic est cibi & potus penu, ut sint motus accipiendi & reddendi vices; ut mare est animalium domesticorum, nutritorum & nutriri solitorum alimentum: peregrinorum clades & interitus. Tresque constituit περιόδυς, & circuitus ignis. Alios ad cavitates humorum juxta lunæ facultatem, alios ad circumferentiam, & ambiens solidum juxta astrorum facultatem. Medios intro & foras terminantes qui ignem fortissimum habent in omnibus dominantem. In hoc animus, mens, permutatio, prudentia, augmentum, somnus, vigilia. Hos in cerebro circuitus divinos orbes vocat Plato. Adsunt autem aut absunt vertigines prout & humores, & meatus rite sunt comparati. In his unus aspectus maxime laborat e quinque sensibus. Quia ut a circuli ambitu lineæ pares, ut radii in centrum tendunt: sic a sensibus viæ & foramina quædam patent per quæ haustæ rerum imagines in cerebrum & sensum communem ut in arcem confluunt. Primarius enim sensus dicitur, quod ei sensus externi, ut satellites assistant. Itaque duplex facultas, externa una in sensus quinque partita, interna una quæ est ut judex & arbitra, communi quadam vi dijudicans ea quæ sub varios sensus ceciderunt. Aspectus de albo judicat, at non de dulci & albo. Hic arbitrium communis sensus desideratur.

1. De Diæt.

Altera est facultas conservatrix quæ impressiones & vestigia sensuum retinet, concipit ac recondit. Licet absint res, in ea tamen rerum simulacra impressa manent ac reservantur. Et ut res externæ objecta sunt sensuum externorum, sic hæ imagines sunt objecta facultatis fingentis, & imaginantis quæ φαντασια nuncupatur.

In ea tria cernuntur, imago, facultas fingendi, & actio qua rebus externis semotis & seductis facultas in simulacro versatur. Eadem mirabili quadam vi fingit numquam externo sensu percepta, idque facit ubertate copiaque rerum prius impressarum per confusionem tot imaginum, ex quibus, ut in speculo, resultant novæ rerum non prius perceptarum imagines. Si diu remanent, memoria exsistit. Hanc roborat & fovet speculatio & meditatio quæ est crebra imaginum primarum repetitio ac replicatio, ut Tulliano verbo utar. Duplex rursus memoria est, una patiens quæ imaginem recepit, agens altera quæ ex imaginis apprehensione rem repræsentat; hæc eo dicta sunt, ut facultatis imaginantis vis & natura percipiatur, quia in examine de Vertiginibus inde momenta quærentur.

Cæterum in Vertigine imaginatrix facultas errat, visio aut imminuitur depra-

depravaturque aut aboletur. In simplici Vertigine imaginatio læditur quum referat rotationem rerum alioquin fixarum. Sic refert id quod non est. Visio autem imminuitur. At in Vertigine tenebricosa depravatur imaginatio & visio aboletur. Præter enim falsam & mendacem imaginationem conversionis ac rotationis quæ non est in externis rebus visus deficit ægrotantem ut sæpe procidat, nisi scipione aut re firma utatur. Vertigo ergo est symptoma in genere læsionis facultatis imaginatricis quia depravatur, item & sensificæ, ut visionis, quia aut imminuitur ut in simplici vertigine, aut depravatur deperditurve ut in tenebricosa. Maxime vero id fit si res in gyrum vertatur, quia spiritus visivus qui est visionis auctor, iis rebus quæ rotantur intentus, una cum iis convertitur, & omnia ægro circumagi putantur. Inde & facultatem imaginandi & ratiocinandi læsam putant. Ergo & læsio est visionis, & error imaginationis, immo & motricis læsio accensetur. Sic concursus fit læsionis omnium quæ ad facultatem animalem pertinebunt.

Quidam ex eo inferunt non lædi imaginationem quod æger vere sciat non circumagi externa: at errant. Aliud enim est ratiocinatio & cogitatio, aliud imaginatio. Quatenus enim (licet imaginaria sit opinio circuitionis, & rerum immobilium in gyrum conversionis) æger vere scit rem ita non esse, tamdiu integritas est facultatis ratiocinantis. Est quidem conversio quædam interna & rotatio fortassis spirituum, sed non externa. Sic quum res foris diu circumaguntur, tandem inducunt vertiginem fixo visivo spiritu in res externas volubiles & rotatas, ita dum intus ob summissos tetros vapores motus est inordinatus ipsius spiritus animalis, & inde sequitur vertigo, falsaque opinio circumactus rerum forinsecus positarum. Sic & interna rotatio & externa vertiginem inducit. Opinioque rotationis ab externis rotatis ad internas partes transfertur: ut, rebus foris quietis, inæqualiter intus moto spiritu, ab internis ad externa. Admirabilisque est consensus earum partium. Et quum ab interna causa vertigo pendet, ea facilius exacerbatur, si æger intuetur res foris positas circumactas & volubiles. Dubitare etiam quis possit, an ipse spiritus animalis rotetur. Itaque, ut finis fiat disputationis, integra ratiocinatione potest imaginatio errare, ægrique phrenitici sæpe id faciunt. Sciunt enim sese deludi & decipi errareque, & non esse muscas quas tamen se captare falso imaginantur. Et si spiritus visivus revera circumfertur, & aliquo modo allabitur ad trochum & vortices & choream, falsa non est imaginatio ipsius rotationis præsertim internæ, quia revera animalis spiritus circumageretur. Et id quæstione dignum est. Quamquam (quocumque modo id fiat, seu intercisus motus animalis spiritus, seu impeditus, seu inæquabili motu agitatus) in vertigine est eversio & impedimentum, & quasi repercussio ipsius spiritus animalis (melius interruptio diceretur) nequitque naturalem motum & ordinatum retinere, & ad locos solitos pervenire & permeare. Vapor enim crassus & exhalatio motum istum impedit quodammodo obstruens. Ergo morbus a quo omnia symptomata fluunt, est obstructio, qui morbus in via nuncupatur. Hic alias venit ex visceribus partibusque subjectis, alias

ipsius cerebri est indigena, ex mala cerebri affectione pravoque in eo genito ichore aut humore. Quod autem sit iniqua & inæqualis cerebri intemperies auctor tanti mali, Galenus docet, ut alias trademus. Et id non est examine indignum. Idem enim judicium est quod de flatibus. Hi maxime generantur in inæqualibus temporibus, non quum aut omnia frigore rigent, aut omnia conflagrant. Item in intemperie partium naturalium exciuntur flatus, id quod hypochondriaci testantur.

Lib. de loc. aff.

Ergo ex superioribus patet quæ pars affecta, cerebrum, quæ actio ejus, nempe visio, imaginatio, non ratiocinatio (licet de ea ambigatur) ut & in imaginatione, & sensu & motu sit aut depravatio, aut imminutio, aut error. Hinc definitur vertigo, præsertim tenebricosa, Actio corrupta sensus communis, præsertim imaginationis, cum quadam ad casum propensione a tetro spiritu in plexum retiformem translato, dum laborans credit ac imaginatur corpus suum circumagi, aut res supra caput verti, quibus jungitur corruptio visus, & obversatio tenebricosa. Potest definitio abscissior & brevior esse, modo quæ necessaria sunt non omittantur. Isidorus putat in oculis gyrum excitari flatu ex humiditate resoluta excitato. Quæri solet, cur mentio fiat imaginationis, cur & motus, qui lædi dicitur, an depravatio aut imminutio sit visus quum oculis clausis fiat, & quis vertiginosus. Cur non mentio fit auditus & olfactus quum sensus communis laboret, cujus internuntii sunt reliqui sensus. Item an obstructio sit in anteriore parte cerebri, an in postica in qua Epilepsiam constituunt.

Quoniam autem clausis oculis etiamnum vertiginis sensus est in ægro, potest esse vertigo sine læsione visus, quum tamen hæc læsio de essentia vertiginis esse videatur. Dico ego, etiam oculis clausis sensum esse vertiginis non tam manifestum quam si oculi aperirentur. Apertio enim hæc dum lumen habet, & res objectas quæ converti videntur efficaciorem clarioremque facit vertiginem.. Sic imaginationis error constituit potius vertiginem, quam ipsius visionis. Dicunt alii in cæco, aut oculorum clausione vertiginem esse posse, sed non tenebricosam vertiginem. De motus læsione id quoque dicitur, quod fiat, sed non immediate, at mediate.

Ut satis autem fiat quæstioni alteri, cur in definitione vertiginis non fiat mentio olfactus aut auditus in vertigine definienda, quum sensu communi læso noxa ad particulares sensus pertineat: Dicunt spirituosum esse valde visus organum, & cum motus inæqualis causa sit præcipua vertiginis, labes & vitium in eo facilius percipitur quam in aliis. Unde apud Hippocrat. Olfactus ex aere, gustus ex humido, tactus ex terra, auditus ex igne, visus ex æthere erit. Alii dicunt, quoniam in vertigine contingit error phantasiæ cum motus quadam comprehensione (ideo ante diximus mediate motum lædi) motus & ejus læsio non ita facile ab aliis sensibus percipitur, ut fit a visu. Sic comprehensio objecti motus coincidit cum errore facultatis imaginantis. Et licet actio communis sensus posset corrumpi circa comprehensionem objectorum aliorum sensuum, non tamen inde vertigo aut contingeret, aut nominaretur. De morbo sacro quoque quæstio esse possit. Vertigo minutæ Epilepsiæ nomen, omen & sortem vindicat. Ergo

Lib. de hominis structura.

go nec causa, nec sede differt nisi secundum magis & minus. De Epilepsia ita Gal. In multis Epilepticis cerebrum afficitur per se (comparat enim Epilepsiam per communionem cum primaria) morbi autem causa est frigidus crassus humor in cerebri sinubus collectus nervorum origines, præcipue vero dorsi medullæ primum principium occupans. Eadem & vertiginis conditio. Tamen quoniam in hac plexus retiformis maxime afficitur qui in antica potius parte locatus est, ut oculi & ventriculi anteriores, vertigo erit potius anticæ quam posticæ partis, morbus sacer posticæ: licet sit consortio & affinitas inter vertiginem & morbum caducum. Uterque morbus in via dicitur esse. Vertiginosi tandem in morbum sacrum devolvuntur. Quamquam de causa Epilepsiæ digladiantur auctores. Nec enim semper videtur crassus & frigidus humor causa ejus esse. Teter vapor & exiguus humor lancinans & morbi sacri, & vertiginis auctor esse potest. Quod in aliis corporis partibus parum naturam excitaret aut irritaret, idem in cerebro terrifica edit symptomata ob dignitatem partis. Quod si est, ut revera est, non est credibile tetrum vaporem quantitate exiguum, viribus potentem, efficacem tamen Epilepsiæ causam tantula mole sua replere ac obstruere posse. Afferunt locum ex Gal. Quod velox & celeris Epilepticæ convulsionis discussio declarat crassum quemdam humorem vias obstruentem in ventriculis cerebri, nervorum principio seipsum quatiente ut excludat quod molestum est. Locus Galeni interpretatione eget. Paullo post addit, Epilepsiam non ab ariditate & velut marasmo oriri, aut vacuatione, hoc indicio est quod cito fiat & solvatur: Contra a crasso quodam humore. Subita obstructio meatus a crasso humore fit. Ut autem cerebrum ad ariditatem magnam perveniat, ut corio simile quid patiatur, multo tempore id evenit. Quod dicitur a crasso humore fieri quod cito & fiat & solvatur, id absolute verum non est; nam humor crassus & frigidus piger & lentus est ad motum, sed id per comparationem audiendum est, contra opinionem eorum qui morbum sacrum ab inanitione aut siccitate, Diathesique quadam hectica oriri credunt. Si ita esset, non tam facilis esset, & ortus & solutio convulsionis illius. Hippocr. ait in ovium capitibus (quas frequens morbus caducus capit) serum quoddam & velut rorem graveolentem reperiri. Non meminit illius crassi & viscidi humoris, sed vocat eum serosum humorem, & quasi tabum ἰδρῶτα quo cerebrum diffluit & rigatur. Et cerebrum διεθέεται liquatur erosum quodammodo, & in istud serum & tabum resolvitur. Ut pulmo in tetram aquam illiquescit quæ in thorace hydropem pulmonis facit. Et ut hæc aqua putris tusses molestas excitat, ita in cerebro convulsiones & dolores. At non obstruit. Nisi dicamus more veterum medicinæ Magistrorum qui duplicem obstructionem statuunt, unam oppilativam, alteram attenuativam per compressionem quamdam partium aut vasorum membranarumque concidentiam & collapsum: In oppilativa est latitudo nativa partium aut vasorum, sed obstructio fit a materia aut congesta, aut translata, aut attracta. Et dum Epileptici partes sensibiles & nervi vim patiuntur & ventriculi cerebri, ob enixum ad excutiendum id quod molestum est, angustiores fiunt ventriculi; & licet in iis aqua sit aut tabum malignum quod non sufficit ad obstruendum

Com. ad sect. 6. lib. 6. Epid.

Lib. 3. de loc. affect. cap. 7.

Libro de sacro morb.

dum plane obstructione oppilativa & reali, valet ad attenuativam. Sic Hippocrates observat eos qui micturiunt in calculo aut dysuria cogere in vesica multum fæcis dum in dolore comprimunt os vesicæ, quia tenuior materia exprimitur, fæx remansit. In morbo sacro præsertim per προποπάθειαν ob veterem labem cerebrum ipsum liquescit, in Epid. id forte est quod vocat consumtionem cerebri, Græce ἀνάλωσιν, fit aqua quæ alluit & ambit cerebrum, & id quod influit (ἐπιῤῥέει) e venis (vox e venis non legitur) tenue est præ multitudine. Hippocrates insinuat & innuit convulsionem Epilepticam fieri affluxu illius tetri seri in ambitum cerebri, nec requiri ventriculorum impedimentum.

Lib. 6.

At omnes fatentur non oriri affectionem eam citra noxam ventriculorum. Et Hippocrates vocat, humorem repere in corpus cerebri. Et apud Gal. duplex est inane in cerebro; unum intus, aliud foris; illud in ventriculis, hoc in ambitu. Forte ea opinio non caret patronis quæ tuetur in vetere cerebri vitio (ut in reliquo corpore hominum valetudinariorum quorum ventres pleni sunt sero) esse tabum, serum, aquam, ἱδρῶτα ut vocat Hippocr. sive in eo gignatur, seu liquescente cerebro fit colliquamentum quoddam quod vellicans nervos convulsionem affert. Cur non idem in cerebro contingat quod & in cetero corpore insit quidam sudor teter, putris resudans e cerebro ut reliqui sudores qui a Theophr. definiuntur per σύντηξιν. Sudor enim est σύντηξίς τις. Et in eo libro ait a pituita cerebrum exedi. Si pituita vitiat dentem, cur „ non & cerebrum? Hinc Plin. Dentes igne indomiti tabe pituitæ cavantur. Quoniam disputandi æstus nos abripit, dicamus de sternutamento quod est Epilepsiæ affine. Inde eliciemus id quod morbum sacrum committit esse quid flatulentum, acre, malignum. Galenus causam & efficientem & materialem sternuta„ menti inquirens, ait: Spiritus causa est vel ab infimis partibus, vel ab ipso capite. Non quivis humor causa est sternutamenti, sed ii soli sternutant quibus a capite humiditas aut est mordax, aut in flatum versa. Si quid acre naribus imponitur homo sternuit. Et quod non quivis humor sternuere facit, patet, sæpe enim multum cerebrum plenum est, non tamen sternuit homo. Quia duplex est humiditas, una simplex, innocens, fatua, ἄπιος, altera per colliquationem ut quum a sole aut vino calet. Subinde homo sternutat quia is humor aculei quid habet. Plato ait phlegma non esse molestum nisi in πομφόλυγας versum fuerit, idest, in bullas & flatulentum quid. Et id genus flatus sollicitat cerebrum. Et idem Gal. distinguit crudum succum a pituita. Ille crassitiem habet, hæc humiditatem potius cum natura flatulenta.

Ad Aph. 51. lib. 7.

Lib. de sacro morbo.

In Timao.

1. de alimen. c. 1.

Unum restat quod negotium dat: sternutamentum a capite levat & juvat: an humor tenuis, & an crassus, an coctus, an incoctus. Galenus vult sternutamentum esse boni ominis & salutare (nam aliud est malum ut signum & ut causa) humore attenuato & rarefacto, a calore autem rarefacto. Nam rarefactio fit a calore nativo ubere, quo imbecillo congeritur, & non discutitur materia. Unde vulgo e Xenodochiis jubent ægros exire quum primum sternutant, quod bono id fiat omine, & quod in limine sint sanitatis, quasi victore calore naturali materia sit cocta & mitificata. Mirari subit cur Galen. dicat in bono sternutamento humorem rarefieri. Contra enim fieri videtur.

Nam

Nam initio sternutamentorum materia est tenuis & liquida, acris, idque initio morbi: sub finem morbi salutari sternutamento materia est spissa, crassa, glutinosa, linteis adhærens. In coryza idem fit. Nam initio coryzæ materia est tenuis, acris, exurens, Ergo non tenuis ut placet Gal. & tandem retusa ac mitificata acrimonia, humore non rarefacto, sed crassiore reddito coryza cessat. Humor ut vere coquatur requirit mixtionem, temperationem quæ facit ut humor non sit ἄκρητος, & concoctionem quamdam. Quid ergo opus rarefactione in materia sternutamenti, quum ipsa tenuitas officiat? Initio morborum ῥευματικῶν frequentius sternutatur & inutilius, & nil nisi ichor deurens excernitur. Id quod symptomaticum est. In fine morborum materia fit crassa, temperata, retusa, mansueta, minus tunc sternutatur, & tamen remanet aliquid acriusculum quod pungit & stimulat. Hinc sternutamentum est motus involuntarius partim a morbo, partim a natura excitatus. In morbo caduco idem fieri creditur, ut materia sit tenuis, ἄπεπτος, pungens, acris, provocetque naturam ad excutiendum. Idem materia rigoris facit. Idem materia quæ ceteras a morbo sacro convulsiones facit: sic in morbo sacro, & sternutamento requiritur crassefactio quædam humoris ut natura sit victrix. Nam coquendo natura intendit humorem reddere crassiorem, æqualiorem, mitiorem. Sic coctio fit incrassando ut constans est omnium assertio. Tamen Hipp. ait per putredinem omnia crassescere, immo aquam ipsam. Magna hic quæstio est.. Dicunt Avicennam statuere coctionem, nec incrassando nec attenuando fieri, sed ad æqualitatem quamdam, ut ad justitiam reducendo seductis rebus alterius generis. Modo autem generaliore coctio dicitur esse in humoribus, dum crassa tenuantur, tenuia incrassantur, lenta inciduntur, putria in pus vertuntur, & natura victrix dicitur significante coctione reductionem ad mediocre temperamentum. Si in morbo sacro tenuis & acris materia est, quorsum angelica & pęonia, quum requiratur potius coctio & incrassatio humoris? Quod Epilepsiam & sternutamentum creat natura flatulenta, patet ex Galeno. Qui sani repente caput dolent, &c. Nam subitus dolor a natura est flatulenta, stertor a crassa materia vel in cerebrum lata, vel in eo mota, κατὰ τὴν μετάῤῥυσιν. Si lentus & frigidus foret humor, potius stuporem afferret, ut in attonito morbo videmus. Unde Galen. Cerebro patiente, & in calido affectu non quiescit, at frigidi est immobilia tardaque reddere ea in quibus inest. Si pituita est frigida, qui punctiones, stimuli & motus convulsivi? Ergo & flatus malignus, & materia quædam pungens requiritur. Unde Hippoc. Flatus sanguini miscetur, & fit convulsio Epileptica. At duabus de causis flatus excitatur, in frigida natura, si non est satis caloris ad movendum flatum, cerebri calfactio (agimus enim de effectibus flatuum in cerebro) in calidiore natura quum tota flatuum materia discutitur, si humor superfluat cui calor cerebri impar sit ad coquendum. Tunc ventres cerebri facile flatu replentur. Sic calor & humor in cerebro sternutamenta tum movent. Aer a pulmone elatus compresso confertim thorace, item & acre admotum nari sternuere facit. Ideo dicimus affines affectus Epilepsiam, sternutamentum & vertiginem: vi caloris humor tenuatur in cerebro contentus qui copia obruebat. Idem de Vertigine. Hæc mediam naturam tenet in-

Hippoc. lib. de vetere medicina. -1

Lib. de carnibus

Apho. 5. lib. 7.

Com. ad partic. 20 lib. 1. Prorrh.

Lib. de flatibus.

inter periculosas affectiones & non periculosas. Calor nativus conatur humorem solvere, sed tenuare, & per meatus insensibiles excernere nequit. Quum languet omnino, non nititur solvere. Sic vertigo fit languente calore nativo, sed non summe languente ex opinione Galeni. Quod ad coctionem & attenuationem pertinet, dicimus aliud ὠμὸν crudum, aliud ἄπεπτον. Coctum debere esse crassius, incoctum vero tenuius. Apoplexia fit potius a crasso & crudo succo, Epilepsia a tenui, incocto & pungente. Crudum crassum attenuatur coctione, quia τὸ ἑτερογενὲς excernitur, & dum ad æqualitatem reducitur, tenuius redditur ad sensum, sed æqualius est in se, propterea crassus est unitis similibus partibus, & dissimilibus excretis. Quod opus est caloris segregantis & unientis. Sic aliud est crassum per coctionem, aliud crassum per cruditatem. In sternutamento initio humor & tenuis esse potest & crudus, qui tandem maturus crassescit, & salutare tandem sternutamentum facit: Potest & crassus esse mitior, ut pituita salsa aut acida, quæ temperatur, coquitur, mitificatur. Et in coryza, & malignis destillationibus, & in catarrho liquante, & qui συντικτικός dicitur, vulgo *la Coqueluche*, non solum fit obstructio in meatu narium laborantium coryza, sed intemperies accidit spiritui ventriculorum cerebri, & ipsi cerebro, ut ab obstructione interna nasci solet. Unde qui efflatur spiritus in vera & maligna coryza, igneus sentitur, & sensus frigoris ob pituitam, denique inæqualitas caloris & frigoris. Quæ mitescunt omnia per coctionem. Temperatio humoris acris, species coctionis est, attenuatio crassioris materiæ, & ad æqualitatem reductio, & incrassatio vera semotis iis quæ sunt ἑτερογενῆ, coctio quoque est. Ut ad rem redeamus & disputationis filum resumamus; dicebamus non esse verisimile tantulum humorem viribus potentem ita obstruere posse ventriculos cerebri. Idem & de vertigine judicium. Venenatus & crudus vapor qui palpitationem in corde excitat, in cerebrum elatus, & animales spiritus perturbans sine oppletione tetræ vertiginis auctor esse potest. Eo mitificato, cocto, discusso, molestæ circumactionis sensus desinit. Teophrastus non attingit vertiginem per affectionem cerebri, sed eam quæ a spiritu alieno elato qui currentem spiritum animalem & ordinatum intervertit. Interest autem unde malum, ne temeraria sit medicatio. Non omne a visceribus malum est. Et forte non recipiendus hic est Hippocratis textus. Quæcumque in capite sunt affectiones ex stomacho proveniunt, ut vomicæ, strumæ, dentium dolores, tonsillæ, anginæ, suffocationes &c. Contra libro alio caput omnium morborum pæne fontem instituit. Sed hæc sunt alius loci & temporis. Vertigo aut a flatu, aut ab humore est. Aut a capite & in capite, aut a visceribus. A cerebro, a particulari repletione, ab intemperie inæquali, a cacochymia: aut a vitio ipsius cerebri (id quod in senibus fit, aut iis qui melancholia cerebri seu capitis laborarunt, aut qui magno mœrore, aut studiis litterarum aut curis confecti sunt) ut in capite sit cachexia quædam, & διάθεσις quædam hectica ipsi cerebro inusta impressaque que elui & tolli non potest. Ea maxime vertigo sequitur veteres cephalalgias, aut hemicranias, febris non est. De ea extat edictum Hipp. Quibus sunt Cephalalgiæ & „ Echus sive soni varietas sine febre, & una tenebricosa vertigo incidit,

4. Acut. part. 41.

Libro de struct. hominis qui liber forte non est Hipp. De locis in hom. Gal. in Prorrh. partic. In Coac.

„ vocis

„ vocis tarditas, manuumque ſtupor, eos aut Apoplecticos, aut Epilepticos fore expecta: Ideſt, quæ vertigines a vetere vitio ſunt cerebri; fere Apoplexiam, Epilepſiam, aut ſyderationem capitis minantur. Eam non attigit Theophraſtus ut in Medicorum ſtadiis & ſtudiis non verſatus. Aut ſi cognovit, quoniam exactius Medicorum requirit judicium & curam, aut quia immedicabilis eſt, dedita opera prætermiſit. Nunc Theoprhaſti verba audiamus.

ΟἹ ἴλιγγοι γίνονται, ὅταν ἢ πνεῦμα ἀλλότριον περὶ τὴν κεφαλὴν ἔλθῃ, ἢ ὑγρότης περιττωματικὴ, ἢ ἀπὸ τῆς τροφῆς αἰτίας, οἷον ἢ τοῦ οἴνου, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς χυλοῦ, ἢ, τρίτον, ὅταν κινῇ τις κύκλῳ τὴν κεφαλήν. ὁ γὰρ τόπος ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον φύσει μὲν ὑγρός ἐστιν. ὅταν δ' ἔλθῃ τι πνεῦμα ἀλλότριον, βιάζεται διαδυόμενον, καὶ πρὸς τὰς φλέβας ὠθεῖ κύκλῳ τὸ ὑπάρχον ὑγρόν. ὥστε τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐάν τις περιαιρέσει κύκλῳ κινῇ τὴν κεφαλήν. οὐθὲν γὰρ διαφέρει ἔξωθεν ἢ ἔσωθεν εἶναι τὸ κινοῦν, ὥστης οἷον δίνης τινὸς τῆς φορᾶς τοῦ ὑγροῦ, μὴ συνεχοῦς ὁμοίως. ἀλλ' ἐν τῇ κινήσει τοῦ μὲν ὑστεροῦντος, τοῦ δὲ προτεροῦντος, τὸ ὑφιστάμενον ἀντικροῦον ἵστησι. τὸ δ' ἱστάμενον διὰ τὸ μὴ ἰσορροπεῖν ὁμοίως αὐτῇ, ᾗ ἂν ῥέπῃ ταύτῃ φέρεται, καὶ τὸν ἴλιγγον ποιεῖ, καὶ καταβάλλει πολλάκις. αἴτιον δὲ, τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ ὑγρὰ ῥᾳδίως στρέφεσθαι, καὶ δινεῖσθαι διὰ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν, ὅτι οὐ συνεχῆ. παραπλήσιον γὰρ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐν τοῖς ᾠοῖς τοῖς ὠμοῖς. οὐ γὰρ ταῦτα δύναται δινεῖσθαι διὰ τὴν ὑγρότητα σφάλλεσθαι, τὰ δ' ἑφθὰ δύναται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σφάλλον ὑφιστάμενον, ἑνὸς ὄντος καὶ συνεχοῦς. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι σχεδὸν αὗται, καὶ τοιαῦται τοῦ πάθους.

VErtigo naſcitur, quum vel alienus ſpiritus in caput aſcenderit, vel humor excrementitius, ſive is alicujus alimenti propria vi, ut vini, ſive alterius cujuſdam ſucci vitio genitus fuerit, vel etiam, quod tertium eſt, quum caput quiſpiam in gyrum circumegerit. Capitis enim locus natura ſua humidus eſt. Quum antea alienus quidam ſpiritus eo pervenerit, per venas permeans vim infert, humoremque qui in iis continetur, torquendo, convertendoque, varie exagitat. Quare idem omnino fit, atque quum aliquis de induſtria caput in orbem circumducit. Nihil enim intereſt, an motu moveatur interno an vero externo: quum inſtar vorticis cujuſdam humoris motio rata & conſtanti continuatione careat. Verum quum in omni motu aliquid poſtremum ſit, aliquid etiam primum, id quod ſubſiſtit, dum alterum repellit, ejus motum ſiſtit: quod vero ſiſtitur, quia parem progreſſionem non habet, quacumque viam nactum fuerit per eam defertur, atque tum vertiginem inducit, ſæpe etiam in terram dejicit. Hoc autem ideo fit, quod quæ humida ſunt facile converti & inflecti nequeunt, ob eam cauſam quæ adducta eſt: nempe quod coharente & continuata natura carent. Etenim tale quiddam iis contingit quod ovis crudis. Non enim converti poſſunt, quia fuſum humorem habent: cocta vero poſſunt, quia id quod ſubſiſtit, Græce ὑφιστάμενον, *vagum & errantem motum non habet, unito jam & continuo humore. Sunt igitur fortaſſe tot & tales hujus affectus cauſæ.*

1. 2. 4.

COMMEMTARIUS.

IS non sum qui ex aliorum incommodis mea mihi comparem commoda: & mihi laudem quæram aliorum detrimento. Id ad pessimum & vecors hominum genus pertinere ait Charinus adolescens apud Comicum. Agnosco Grangerium fidelem interpretem, agnosco & concisum brevemque Scholiasten. Is sua laude fraudandus non est. Huic forte ut instauratori non minor laus debetur, quam primo parenti Theophrasto. Perierat expostitius hic fetulus semilacer, & mutilus, ni ille subvenisset manumque supposuisset. Lacunas multas replevit, & quasi in vetere ædificio lapsabundo & caduco ruinas reformavit. Id operam sum daturus ut accessione mei laboris ad interpretis & Scholiastæ primos labores, commune quid resultet quod auctori utrique, & mihi laudi ducatur, & pariter Rempub. juvet & soletur.

Terent. in Andria.

Quæri merito hic potest qui fiat ut vapor a vino, aut humor alienus vertiginem moveat, cum multifariam cerebrum incalescat ac refrigescat nullo tali oborto symptomate. Sed quod admistio rei alienæ, aut cerebri humectatio & refrigeratio magni momenti sit (quum mens & hominis ratio in bona temperie ejus consistat) inde patet quod vapore alimenti statim animans indormiscat, & quasi ligatis sensibus relangueat. Immo mortis adest imago, peregrinæ opiniones oriuntur: denique hominis prudentia mutatur, & quasi percellitur. Nec mirum si facile aliquando vertigo contingat. Quod in alia parte corporis ne naturam quidem moveret aut irritaret, idem in cerebro & membranis ejus terrificum quid affert. Sed quis, qualis vapor aut quomodo afficiat, non facile est assequi: ut enim cerebro non quovis modo aut pleno, aut humectato, calefacto aut refrigerato sternutatio contingit (alioqui sternutamenti non esset finis) ut ante dictum est, sed si humor aut in flatum versus sit, aut acrimoniæ sit particeps sic non a quovis humore aut vapore, aut quomodolibet fit vertigo. Idem jam de Epilepsia est dictum. Credibile est non repetendam causam a crasso, frigidoque humore, at potius a tenui, maligno, & a tabo quodam in cerebro genito. Declarat facilis solutio. Declarat curatio. Nam Epilepticis cauteria adhibentur capiti. An educitur ista materia lenta & crassa? Teter vapor. Serum putre illac effluit, aut malignus quidam spiritus. Præterea consideranda est ratio ipsius subjecti. Sæpe enim in eo cerebro est διάθεσις auctor reducis paroxysmi. Id enim passim Gal. docet. Hæc imprimitur membranis & ipsi cerebro. Quo pertinet Aetii locus ex Archigene; multi assiduo usu hieræ Archigenis Epileptici & melancholici curati sunt, quum nullam excrevissent bilem sed malos habitus membranarum cerebri exterendo. Ideo parva quantitate dabatur hierá, ut non tamen manifesta evacuatione conferret, quam τὴν διάθεσιν tollendo. Subdit Aetius: Melancholici non tam dicendi sunt qui bilem atram excernunt, quam qui in partibus solidis habent eam constitutionem.

Horum demonstratio ex lib. Hippoc. de insomniis.

Galeni hæc opinio est.

Lib. 4. Aphor. Quibus rigores &c.

Serm. 2. tetra bibl.

TEX-

TEXTUS.

Quum vel alienus spiritus &c.

Galenus alias alienum spiritum ad vertiginem, alias humorem requirit. Vertigo fit (ait) mota humiditate cum crasso & vaporoso spiritu. Ac si crassus & nebulosus spiritus non sufficiat. Alio loco, vertiginem facit motus inordinatus vaporosi spiritus qui in partibus circum cerebrum fit. Græce ἐν τοῖς χωρίοις κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. Sæpe in ventriculo colliguntur superflua unde in cerebrum ἀναθυμιάσεις efferuntur in caput, hinc vertiginis occasio. Illo loco Galenus agnoscit, τὸ πνεῦμα ἀτμῶδες, non τὸ ὑγρόν, & tamen loquitur de vertigine senum in quibus, si alias, excrementa multa colliguntur. Sunt enim parte solida sicci, excrementis humidi. Unde paullo post quæritur: Quum senum cerebrum sit siccius, qui fiant vertiginosi? Siccitas enim vertiginem impedit: duplicem statuimus vertiginem, unam per propriam affectionem cerebri, hæc deterior est, tenebricosa fere, & præcursor Epilepsiæ, aut Apoplexiæ. Theophrast. addit disjunctionem ἢ, vel humor περιττωματικὸς, vel Spiritus. Galen. jungit spiritum cum humore ut dictum est. At spiritus est tenebrosus & vapor qui comitem habet humiditatem. Apud Gal. nomen ἴλιγγος sumitur & pro ea vertigine in qua sola est spirituum turbatio & anomalus motus, & pro ea in qua tenebræ obversantur. De posteriore agit præsertim Gal. ut de deteriore, & sub qua forte simplex facile comprehendi & intelligi queat. Idem fuit forte Theophrasti institutum. Ut summatim dicam, causarum vertiginis aliæ sunt procatarcticæ, aliæ antecedentes, sunt & conjunctæ, ut in aliis morbis. Inter autem procatarcticas numerantur circumactus, rotationes, solis æstus, casus, ictus, insolatio: Denique quicquid spiritus aut humores calfacit aut exagitat, idipsum potest vertiginem inducere: Antecedentes a Theophrasto, numerantur. Et pro conjuncta præcipuaque vertiginis causa debet facultati imaginatrici similis species repræsentari iis quæ foris apparent, crapulæ, cruditas, vinum aut immodicum, aut vitiosum. Et id de externis: ut motus inordinatus ipsius spiritus animalis hyparxin constituit vertiginis. Alienus enim spiritus, vel humor vim affert spiritui proprium motum cursumque currenti. Unde inæqualitas est in motu, hic vera nascitur vertigo. Causa conjuncta vel est in cerebro ut inæqualis intemperies, vel in latente viscerum vitio.

Comm.

Com. ad Aph. 17. lib. 6.

Galen. tertio loc. aff.

TEXTUS.

Capitis locus natura humidus est.

Fundamentum hic maximum est quod corpus cerebri humidum sit. Miror cur auctor non dicat absolute (quum tamen id pronuntiandum esset) cerebrum esse humidum, sed τὸν τόπον περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὑγρὸν εἶναι. Nam locus circa cerebrum siccus & frigidus est, sunt enim ossa & membranæ quæ

Comm.

eum

eum constituunt. Vertiginis autem facilitas ex humiditate cerebri pendet, ut postea dicetur. Ceterum de cerebro, an sit humidum, & cur ita sit (nec abs re Natura ita fabrefecit & finxit) ex Hippoc. derivare oportet. Primo in Epistolis & libro de Carnibus, exprimit cerebri φύσασιν, cujus maxime ratio habenda est. Cerebrum sedes est & metropolis frigidi & glutinosi. Quod calescit primum omnium quum diffunditur pingue fit. Et cerebrum quia minimum pinguedinis, plurimum glutinosi habet a calido exuri nequit, &c. Et Hipp. Insanienti necesse est præ humiditate moveri, cum plus æquo humidius fuerit. Eo commoto nec visus, nec auditus quiescit, sed alia atque alia audit & videt. Forte id dicit quoniam vulgo dicitur, in sicco prudentia residet. Et motus iste erroris causa est, quia quamdiu cerebrum quiescit, homo sapit. Et ea cerebri humiditas hic ab auctore causa est cur homo vertiginosus fiat, nequeuntibus præ humore omnibus partibus cerebri commoveri & converti. Humiditas & glutinum quoddam in cerebro & commoda habet sua & incommoda. Vertiginis maxima causa ex eo pendet ut dictum ante, & plenius dicetur. Et quum a bile & pituita cerebrum afficiatur ut Hippocr. docet dum rationem reddit cur homines delirent, ipsumque cerebrum humidum sit, perspiratu eget. Ideo natura suturas affinxit, & ossa perspirantia dedit: ea alioqui pars afficeretur & corrumperetur. Id quod Arist. in Problem. docet: dum quærit cur quibus rari dentes, brevioris sint vitæ: Quoniam os capitis densum est: & cerebrum imbecillius quia minus perspirat, ideo facilius putrescit, utpote sua natura humidum. Quæ non moventur, & non exhalant facile putrent. Mas diutius vivit quam femina suturarum suarum beneficio. Et Hippocr. Caput & lien maxime patent morbis. Ægrotant & ab iis quæ natura insunt, & ab aliis humoribus, & ab externis. Caput supra situm est cavum ac rotundum, & humorem ex reliquo corpore apprehendit, corpus enim vapores omnis generis in caput remittit, & rursum caput relegat, quum non maneat in capite nisi ipsum doleat ait Hippocr. Maxime autem & facile ægrotat quia corpus est simile glandulæ, album est & friabile more glandularum ait Hippoc.

Lib. de Carnibus. In Epist. Idem lib. de sacro morbo. Quod an verum sit, videndum

In Epist.

Proble. 47. lib. 10.

4. de morbis. Hippoc. lib. de Gland. Lib. de Gland.

TEXTUS.

3. *Verum quum in omni motu, &c.*

Comm. EX ea demonstratione pendet vertiginis cognitio. Fit enim repercussus & repulsa vaporum aut flatuum alienorum sese cum naturalibus spiritibus, & humoribus insinuare conantium, & locos & canales occupare contendentium. Hinc motus fit internus, alienus tamen & repercutitur id quod subit tamquam alienum: Et quum repercutitur quia non habet quo se referat, non habet liberas ῥοπὰς ἢ περιόδους, quocumque potest se proripit. Sic modo extraordinario cerebri partibus & humoribus motis, periculosa & caduca vertigo oboritur. Constans motio abrumpitur, nec suam habet continuationem.

TEX-

TEXTUS.

4.

Hoc autem ideo fit, &c.

Comm.

JAm diximus quantum conferat humiditas cerebri tamquam τὸ ἐπιδεκτικὸν ad veram vertiginem. Et quum loquimur de humiditate, audimus & de naturali humiditate cerebri, & de humoribus ipsis. De eo tamquam subjecto, de his tamquam causa materiali. In corpus siccum non tam facilè cadit flexibilitas & conversionis facultas. Corpus humidum fluit, & verti totum non potest, hinc vertiginis occasio. Fit enim διάστασις, & interruptio, quæ in corpore rigido & sicco non fit. Et paullo ante degustavimus tantum labris extremis quæstionem de senibus. Hi vertiginosi fiunt. Et tamen cerebrum eorum passum est quamdam ἀνάλωσιν per ætatis fluxum & flexum. Si partes sicciores & internæ, & externæ, cur ita vertigine capiuntur? Id enim facit contra fundamentum quod est constitutum. In senibus partium solidarum quædam siccitas est, sed est excrementitia humiditas qua partes rigantur. Nec eo siccitatis venit senum cerebrum ut non molle sit. Idem fit quidem in senibus quod ante in ovibus fieri diximus. Eroditur cerebrum, liquatur, diffluit, dilabitur. Hinc seri putris collectio. Inde dolores, vertigines, & tusses cum serum putre a capite in asperam arteriam delabitur. Sic in senibus est ea putris pituita, calor nativus infirmus. Caloris enim infirmitas ad vertigines facit. In senibus multa est cruditas. Et quod maximè notandum est in eis est μαρασμὸς, & vasorum & meatuum σύμπτωσις conniventia, collapsus; Hinc vertiginis & apoplexiæ opportunitas. (Galenus Comm. in Aphor. 31. lib. 3. docet & cur senes quidam sint vigiles, alii non. An sint sicci, an humidi: locus est uberrimus.) Unde diximus ante duplicem esse obstructionem attenuativam (per vasorum conniventiam) & oppilativam: verba quidem sunt asperiora, sed efficaciora. Sive sit vera obstructio, sive per collapsum viarum vasorumque, & vertigo & apoplexia & epilepsia hinc nascendi occasionem nanciscuntur. Maxime vero graves hi affectus vertigini succedunt ei quæ per proprium affectum cerebri fieri solet. Præsertim si inveterarit. Diathesis enim nescio quæ in partem principem inducta est: Talem ad vertiginem non penetravit Theophrastus, sed ad vulgarem tantum. Sic & ea vertigo & morbus attonitus cerebri affectus proprius dicitur, morbus attonitus affectus quidem circa voluntariam actionem, qualis in sentiendi actione somnus profundus. Et in Epilepsia convulsio est hujusmodi qualis in sentiendi functione vigilia præter naturam, vigilia & convulsio sunt ut motus vitiosi cerebri, ideoque partium sigillatim omnium quatenus instrumenta sunt animalia non naturalia. Et in ea vigilia non naturali cerebrum depravate agit quia intempestive facultatem transfundit ad sensoria externa nullam quietem impertiens. At apoplexia & somnus profundus sunt actionum cerebri quædam quies & cohibitio coercitioque. Et morbus aut in collo est aut in spinali medulla, aut in crure, quia laborat nervus motum aut sensum parti transfundere consuetus: Deinde addit Galenus: Quæ vero causa

De senibus.

ſa ſit convellendæ partis, non eſt facile dicere. Hic immodicarum vigiliarum cauſam, vim & cum convulſione convenientiam ſpecta: has immoderatas vigilias cruditates cerebri, flatus, ac inde vertiginis occaſio conſequitur. Nam ſibilum, tinnitum, ſuffuſionem & peſſimum morbi genus vertiginem gignit. Niſi dicas cruditatem cerebri potius ſomni cauſam quam vigiliarum. Et vertigo tam vigilibus quam ſomniculoſis contingit. Ut Epilepſia & acuto ſenſu præditos, & obtuſo corripit. Hæc prolixius paullo ut vertiginem pluris faciamus quam fieri ſolet: quum in magnum diſcrimen nos conjicere ſoleat.

TEXTUS.

Nam quiddam iis contingit quod ovis crudis, &c.

„ COmparatio de ovo eſt ſatis concinna, & apta. Ariſtoteles ita: Ova „ cruda diviſo ac diſperſo humore, non vertuntur quia humor unitur qui per motum diſpergitur. Ideo poſt motum ſedatur per quem humor modo æquali quaquaverſum ſe porrigit. Hac comparatione intelligitur vis ſeſſionis & motus, non ut de converſione ovi agatur. Nam ovum crudum non bene vertitur, & homo crudus, ideſt aut vino aut cibo repletus, vertigine corripitur. Sed hæc non ſic ſunt audienda. Ceterum ſeu ſpiritus craſſus vel turbidus ſpectetur, ſive humor inſtabilis, ut fiat vertigo magna eſt conturbatio & velut ſeditio, ut alia præcedant, alia ſequantur, alia convolvantur, alia remeent & reciprocentur, quia ſpiritus ætherei obſcurantur, meatus offarciuntur, fluxus ac refluxus liberque motus ſpirituum impeditur, qui ſunt æquales & ordinati ad ipſius animæ tamquam Reginæ miniſterium juſſaque exſequenda. At natura nil extraordinarium & anomalum ferre ſolet. Omnia ſuis momentis diſpenſat ac diſpungit. Ideo initio dicitur auctor diræ vertiginis ſpiritus ἀλλότριος, aut humor. Et quoddam loco in Vertigine Galen. ait τὸ ὑγρὸν μετὰ πνεύματος παχέως moveri, non autem dicit τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ πνεύματος κινεῖσθαι. Alio loco ait motum inordinatum auctorem eſſe vertiginis. Non meminit humoris, ſed ſpiritus ſolius.

Ἀφ' ὧν δὲ συμβαίνει γίνεσθαι τὰ καθ' ἕκαστα περὶ ὧν ἀποροῦσι, πρὸς ταῦτα ἀνάγειν πειρατέον. οἷον διότι κύκλῳ περιπατοῦντες ἰλιγγιῶσι. καὶ ἔτι μᾶλλον καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττω κύκλον θέωσι σφοδρότερον. καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν, ἢ μόνοι. καὶ ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες, μᾶλλον ἢ ἐπὶ δεξιά. καὶ οἱ μακρότατοι δὲ μάλιστα. πάντων γὰρ τούτων, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἐν τοῖς ὕστερον εἰρημένοις αἰτιᾶται. Εἴπερ γὰρ ὁ ἴλιγγος γίνεται ἐάν τις ἐν τῷ αὐτῷ στρέφῃ τὴν κεφαλὴν, δῆλον ὡς εἴ τις ἐγγὺς τούτου στρέφοιτο, τάχιστα ἂν καὶ μάλιστα τῶν λοιπῶν ἰλιγγιώῃ, ἐγγυτάτω δὲ ὁ ἐν ἐλάττονι κύκλῳ στρέφων, καὶ ὅσῳ ἂν θᾶττον μᾶλλον. διόπερ οἱ θέοντες τῶν περιπατούντων, καὶ οἱ ταχέως τῶν βραδέως. θέουσι γὰρ ἐγκεκλεικότες πρὸς τὸ κέντρον, ὡς ὅταν κατ' εὐθὺ τὰ μήκη αὐτῶν ἐκπίπτει πρὸς μίαν κορυφὴν, συνάπτειν, καὶ γίνεσθαι κῶνον, βάσιν δ' εἶναι τὸν κύκλον. διὸ συμβαίνει καθάπερ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφειν τὴν κεφαλὴν, καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττω κύκλων μᾶλλον, ὀξύτερος γὰρ ὁ κῶνος, καὶ ἐὰν θᾶττον πλεονάκις ἐν τούτῳ γίνεσθαι κατὰ τὸν ἴσον χρόνον, καὶ τοῖς μακρο-

κρο-

γροτέροις δὲ μᾶλλον, ὅσῳ ἐγκλείουσιν. ἐγγυτέρω γὰρ ἔχει τὴν κεφαλὴν ὁ μείζων, τῆς τοῦ κώνου κορυφῆς. διὸ σχεδὸν ὥσπερ ἐν τῷ αὐτῷ συμβαίνει ἴσην ἔχοντα τὴν κεφαλήν. οὕτω δὲ μάλιστ' ὁ ἴλιγγος. καὶ οἱ ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες τῶν περὶ δεξιὰ μᾶλλον ἰλιγγιῶσι, ὅτι μᾶλλον ἴσως νεύουσι, καὶ ὀξυτέραν ποιοῦσι γωνίαν πρὸς τὸν κύκλον. ἐμβριθέστερα γὰρ ὄντα τὰ δεξιά, προσαποβιάζεται μᾶλλον αὐτοῖς διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀριστερῶν. καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν θέωσι μᾶλλον καὶ θᾶττον ἢ μόνοι. πρὸς γὰρ τῷ κύκλῳ περιφορᾷ καὶ ἡ ὄψις αὐτὴ προσβάλλουσα τοῖς θέουσι, καὶ συνεχὴς οὖσα, τῷ ἐγκεφάλῳ ποιεῖ τινα κίνησιν ἑτέραν καὶ ταραχήν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἔξω διαδίδοται καὶ πρὸς τὰ ἐντός. ὥστε ἐπεὶ καὶ ἑκάτερον ποιεῖ τὸν ἴλιγγον, οἷον ἥτε κύκλῳ κίνησις τῆς κεφαλῆς, καὶ ἡ ὄψις συνεχῶς βλέπουσα τῷ κύκλῳ κινούμενον, ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον θᾶττον καὶ μᾶλλον γίνεσθαι τὸ πάθος.

Verum a quibus singula quæ sæpe in quæstionem vocantur fieri contingat; ut doceamus danda nobis est opera. Ejus generis sunt hæc. Quid causę sit cur qui ambulando in orbem feruntur vertigine tententur: item cur eo magis quo minor est orbis, & celeriore cursu volvuntur: preterea cur potius qui cum multis circumaguntur quam qui soli: & qui ad sinistram deflectunt magis quam qui ad dextram: & qui diutissime, omnium maxime in vertiginem incurrunt. Harum enim rerum, & reliquarum id genus, si quæ sunt, causa in iis quæ proxime sequuntur explicanda proponitur. Si enim vertigo invadit si quis caput in orbem torquet, manifestum est eum qui hujus instar convertitur inter ceteros celerrime maximeque vertigine tentari: proxime vero eum qui angustiore orbe circumagitur, eoque magis, quo celerius. Propterea qui currunt, magis quam qui ambulant in vertiginem incurrunt, itemque qui festinanter, magis quam qui lente. Currunt enim in centrum inclinantes: quia dum ipsorum longitudines recta labuntur, in unum apicem conveniunt, conumque efficiunt, cujus basis est circulus. Quamobrem idem ipsum sit quod ubi caput circumagitur: præcipue vero quo minor est orbis (conus enim acutus magis est) atque etiam quo celerius talis conversio æquali temporis intervallo sæpius repetita fuerit: idque quibus procerum magis est corpus, quo magis inclinantur. Qui enim procero magis est corpore, coni apicem capite propius attingit, adeoque fit ut caput illius cum hujus altitudine æquetur. Sic autem vertigo maxime inducitur. Qui vero cursu magis sinistram petunt vertigine magis tentantur quam qui dextram, quia magis fortasse nutant, atque angulum acutum magis describunt, dum in orbem torquentur. Quum enim dextræ partes graviores sint, magis urgent, atque in interiorem partem magis propendent, ob sinistrarum infirmitatem: Quinetiam si cum multis cursu ferantur, promtius multo in vertiginem incidunt quam si soli: quoniam corporis in orbem contorsio, aspectus etiam ipse in eos qui currunt conjectus, unusque ac continuus in cerebro motum quemdam alienum & tumultum excitat. Nam tum ab iis quæ intro geruntur, tum ab iis quæ foris adveniunt dispergitur. Itaque quando utrumque vertiginem inducit, capitis nimirum circumactio, & aspectus in eos qui currunt continenter defixus, consentaneum est maxime ab utroque hunc affectum creari;

COM-

COMMENTARIUS.

ANte de causis conversionis ἀπὸ τῶ ἔξωθεν, & ab internis partibus, nunc περὶ ἐνδεικτικῆ agit quum eo modo aut illo affectum est. Et licet scopus sit auctori agere de vertigine quæ fit per consensum (nec enim eam quæ proprio affectu cerebri contingit, quæque est medicæ contemplationis, complectitur) tamen hic ex vertigine quæ fit capite circum-acto, docere vult omnes totius corporis in orbem conversiones vertiginis auctores esse. Et varias formas explicat a motu, a loco brevi aut non, a motu in sinistram aut dextram, motu in orbem celeri, tardo a figura, a tempore. In tempore duæ sunt differentiæ, diuturnitas & celeritas, quamquam celeritas ad motum potius refertur.

Miranda est prorsus divinæ sapientiæ efficientia & vis inexplicabilis. Nam cum homo sit cœlestis, & natura os illi sublime dederit, tamen licet & ei caput sphæricam formam habeat, magnaque pars membrorum perfectæ rotunditatis venustate gloriari possit, motus sphæricus homini nocet. Ex septem differentiis motus, septimus sphæricus qui ceteris præcellit, & qui corporibus cœlestibus proprius est, solus homini non convenit: gravem alioqui vertiginem apoplexiæ diræque mortis prænuntiam incurret. Quæ hæc fatalis conditio, homo a cœlis ortus sphæricis, in mundo sphærico natus sphæricam dignitatem in capite & aliquot partibus forma sortitus, motum ejus sphæricum imitari non audebit? Casus alioqui præceps, quum nec audiat sæpe, nec videat & quasi extra se sit. Motus directi illi sunt innocentes, sphæricus nocentissimus, maxime si caput (quod quasi corporis cælum est) convertatur. Et tamen licet motus oculorum ad cælum ut ad originem hominis, sit vertiginis causa, id alia ratione intelligendum est. Defixio & contentio oculorum in rem objectam, & eorumdem in profundum directio vertiginem inducit: sed id ubi immodicum est. At rotatio & circum-actio omnium facillime vertiginis auctor est. Unde & dirum nomen vertiginis sortem quamdam in rebus humanis miseram indicat. Ut rerum vertigo sit misera & tumultu plena conversio, quum omnia circumactu quodam & mixtione rerum pessum dicuntur dari. Et iniquo Vertumno homines nati dicuntur quorum cogitationes, & consilia sunt varia, instabilia, volucria ut ex iis nil resultet & manet præter fucum & pappos. Mirum tamen cur motus iste orbicularis & vorticosus, tam sit & ominosus & sinister, & aliquid lævum significans, quum olim apud sacra pulvinaria deorum supplicationes & decernerentur & fierent, idque in orbem quod iste motus orbicularis faustior videretur. Immo nostra circularis vita dicebatur, ut ejus lubricum & inconstantia significaretur, & omnium rerum ad idem punctum conversio. Ut rem absolvamus, Cerebrum & caput sunt magni momenti. Ideo antiquitas voluit (id quod figmentis ejus innotuit) homines velato capite incedere. Sic enim caput veneratione & religione aliqua observabant, quod in eo esset arx & præsidium ipsius rationis, a quo & per tubos sensus & motus in ceteras partes derivaretur.

Im-

Immo natura (si modo in eo non tam cautæ matris quam incautæ novercæ vices agat) in ipsa fetus formatione amplum , magnum , & ipsa proportione ceteris membris inæquale fabrefecit . Immo multum sanguinis & spiritus & humoris mucosi reposuit ac reservavit tamquam in penu quodam, ut habeat quo se tueri possit, & ut aliunde non mendicet . Sed ista supellex, ista annona quam cerebrum tamquam arx firma & promus condus reservat, magna mercede & incommodo compensatur . Nam infans ad lacrymas abjectus ; gressus impotens & vilis jacet , capite scilicet reliquum corpus prægravante. Unde huc pertinent duo loci nota digni, unus Aphrodisæi, alter summi Hippocratis . Ille quærit qui fiat ut cetera ab homine animantia statim nata usu pedum a natura concesso progrediantur, homini id boni natura invidit : Quoniam (ait) bruta calorem nativum omni ex parte , & in omnem partem parem diffusum habent , plus caloris in capite homines habent : itaque non ante eriguntur & ambulant , quam æqualiter in omnes corporis partes calor diffundatur. Nisi quis dicat, si plus caloris in capite , calor autem ad motum faciat quia corpus mobilius reddit, homo prius incedere debet quam belluæ . Crassius est caput collatum cum reliquo corpore , calidius (ita videtur Alexand. Aphrod.) Est etiam multus mucus & crudus humor quo calor hebescit , & hoc modo quasi obruitur.

Proble 106. li. 2

Alter ex Hippocrate locus cujus intelligentia ad tractatum de vertigine conferet . Ita Hippocrates: Corpus pueri in utero matris repurgatur . Cerebrum, „ ut & ceteræ partes effloreseit & purgatur . Id fit vel intra , vel supra vel „ infra modum : si probe ac moderate purgetur, nec plus nec minus defluat , „ huic fetui caput valde sanum est . Si amplior colliquatio (ἀπάτηξις) a to„ to corpore fuerit, crescens fetus morbosum caput habebit , & sonitu ple„ num, nec solem, nec frigus tolerabit : Si purgatio non contingat , sed in „ cerebro spissetur & cogatur, fetus pituitosus erit, immo si pueris erumpunt ulcera , in capite, aut auribus, aut reliquo corpore, ii sani degunt. Alio autem loco motus istos ad numerum quemdam quadragenarium in utero referri vult . Unde ita ait : Quadragenarii primum in fetibus indicant . Qui primos dies quadraginta egerit, effugerit quoque aborsum . Nam si alias , in primo quadragenario aborsus fiunt . Alius est quadragenarius in quo circa mensem octavum fetus ægrotant . Tertius est in quo si nascuntur pueri , affliguntur , si eos effugerint & exegerint , robusti sunt ac sapientes . Nam & splendores facile vident, strepitum audiunt, quod ante facere non potuerunt, tamquam incrementum habeat hoc tempus (Græce ἐπίδοσιν , aliquid aliud sonat quam incrementum,) tum juxta alia , tum circa sapientiam . Maxime vero quod „ vix rideant prius quam quadraginta dies transierint . Nam puerorum αἱ δυνά„ μιες ἀμβλύνονται ἐν μύξεσιν : lego , ἐν μύξαις : hebetantur facultates in mucis, idest, in pituitis quibus scatet corpus , & caput maxime puerorum re„ cens in lucem editorum . Deinde addit , καὶ ὁ θάνατος διὰ μοῖραν ἔλαχεν , Mors fato quodam eis & sorte contingit . Quæcumque etiam orta sunt naturales quasdam conversiones & mutationes certis statisque temporibus sortiuntur . Est autem observatione dignum in novem mensibus octo quadragenos considerari.

Lib. de sacro morb.

Libro de octimestri partu.

Sextus

Sextus quadragenarius cadit in octavum mensem, in nonum septimus, & incipit octavus quadragenarius. Octo completi quadragenarii superant novem menses. Unde eodem libro de septimestri partu vocat natos in septimo quadragenario decimestres. De motu orbiculari dictum est cur tantopere officiat homini quum ad formam circuli quasi sit effectus & formatus. Calor disputationis incendit nos, & plura, quam institutum fuerat, dicta sunt, sed non omnino negligenda.

TEXTUS.

51

Ideo qui currunt, &c. currunt in centrum inclinantes, &c.

COMMENTARIUS.

ΚΕΝΤΡΟΝ, centrum, Conus, umbilicus, punctum synonyma sunt. Ac paullo post dicetur de divisione motus spiritus in rebus levibus ac gravibus, id quod ad vertiginem inducendam apprime facit. Grave in medium tendit, levia ambitum petunt: & ob eam desertionem tumultus excitatur. Nunc de iis qui currunt, & qui festinanter currunt cur facile vertiginosi fiant, explicat. Ratio in textu aperta, & in Commentario apertio est. Transit enim a capite ad totum corpus: ut exemplo capitis, cujus conversio statim vertiginem inducit, de cetero corpore determinet.

TEXTUS.

4

Quum enim dextræ partes graviores sint, &c.

COMMENTARIUS.

QUæstio esse potest an dextræ partes sint graviores & ponderosiores. Hinc enim elicitur probatio cur qui cursu in sinistram potius partem vergunt, vertiginem potius sentiant quam qui in dextram. Illud notum ex Hippocrate; „ Corpora quæ exercentur & partes magis sunt sanæ, facilius crescunt & „ senium facilius ferunt. Unde Celsus: Corpora quæ exercentur facilius cu„rantur. Ejusmodi sunt partes dextræ: præsertim de dextris hominibus, non de his qui sola sinistra utuntur. At maxima pars hominum dextera est. Ex Hippocratis sententia dextræ partes sunt calidiores, efficaciores, sinistræ sunt frigidiores, ideo ponderosiores. Et in libris de morbis quum de sectione purulentorum agit Hippocr. ait: Optandum esse ut pus sit potius sinistra quam dextra parte. Morbi partium dextrarum sunt fortiores quam sinistrarum. Ac si dicat Hippocr. Quum fortiores sint dextræ partes non tam facile de sanitatis præsidio repelluntur quam sinistræ: ideo quum semel laborant, morbos fortiores experiuntur. Item Hippocr. Magnam vim in corpore habet mamma dextra, oculus dexter. Dextra sunt calidiora, vegetiora, agiliora: sinistra invalida, imbecilla. Unde etiam nomen Sinistri aliquid ominosum significat

2. *Epid.*

gnificat & sinistrum. Sic Theophrastus debuit dicere partes dextras esse fortiores, sed non graviores. Id quod validum est urget, trahit & rapit secum imbecillum. Nec prætereundum id quod Aristoteles scribit de partibus dextris: Reddit rationem cur facilius somnus obrepat accubitu in dextrum latus, quam in sinistrum. Somnus, ait, est privatio quædam motus, & necesse est partes eas quiescere quarum moveri interest. Sunt autem dextræ, quum earum maxime sit motus. Et quum decumbimus in dextras, initium resurgendi quasi detinetur ac obligatur. Plinius vero ait frequentiora esse insomnia Vere & Autumno, & supino magis decubitu. Et cibi celerius coquuntur, dextri lateris incubitu, difficilius in supinis. Plura eo loci vide.

Probl. 5. lib. 6.

Plin. c. 4. lib. 28.

TEXTUS.

Quin & si cum multis cursu ferantur, facilius vertigine capiuntur.

COMMENTARIUS.

QUI cum aliis currunt, & circum-aguntur, per se vertiginosi fiunt, & ob objectum aliorum, quorum, dum convertuntur, species nostros oculos afficit, & inde ad imaginandi facultatem transfunditur. Tamen objiciet quis: Quum aliquis solus circumagitur, minor est circulus quam quum aliis vertitur, orbis enim major est. Ergo quum solus agitatur, facilius vertigine capietur. Respondendum: Si quis solus convolvitur & agitatur, se quam brevissime versat, facile fiet vertiginosus, per adductam paullo ante rationem de minore circulo: sed si quum sit solus se dilatat & circum-actum extendit, a vertigine vacuus erit. Accedit quod qui cum aliis circum agitur facile præ aspectu aliorum conversorum, afficitur. Id paullo post illustrabit exemplo navigiorum agitatorum.

ΟΤΙ δὲ διὰ τὴν τῆς ὄψεως κίνησιν ἰλιγγιᾶν συμβαίνει, φανερὸν ἐκ πολλῶν. οἵ τε γὰρ πλέοντες θᾶττον καὶ μᾶλλον ἰλιγγιῶσιν, ὅταν ἐμβλέπωσι τοῖς κύμασι, καὶ τῇ τῶν ὅλων ἄστρων κινήσει. διὸ καὶ ἐγκαλύπτονται τινὲς εὐλαβούμενοι, καὶ οἱ τὰς αἰώρας, καὶ τοὺς τροχοὺς θεωροῦντες, καὶ συμπεριφέροντες τὴν ὄψιν, ταχὺ σκοτοῦνται. συμβαίνει γὰρ κινουμένην κύκλῳ τὴν ὄψιν κινεῖν τὰ ἐντὸς, καὶ ταράττειν ἀνωμάλως. ἰλιγγιῶσι δὲ καὶ οἱ τὰ ὑψηλὰ, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ ἀπότομα ἀποβλέποντες, διὰ τὸ συμβαίνειν μακρὰν ἀποτεινομένην σείεσθαι καὶ κραδαίνεσθαι τὴν ὄψιν, σειομένην δ' οὕτως, καὶ κινουμένην ταράττειν καὶ κινεῖν τὰ ἐντός. ἀναβλέπουσι δὲ οὐ συμβαίνει τοῦτο, διὰ τὸ μὴ ἀποτείνειν μακρὰν, ἀλλ' ἀποτέμνεσθαι ἐν τῷ φωτί. γίνεται δ' ἴλιγγος καὶ ὅταν εἰς τοῦτο βλέπωσι συνεχῶς, καὶ ἐπατενίζωσι. διὸ καὶ ἐπαπορεῖται διὰ τί ποτε κινουμένης κύκλῳ τῆς ὄψεως, καὶ ἠρεμούσης, συμβαίνει τὸ αὐτὸ πάθος. ἄτοπον γὰρ τὸ αὐτὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων. αἴτιον δὲ τοῦ μὲν ἐν τῇ κυκλοφορείᾳ τὸ εἰρημένον, τοῦ δ' ἐν τῇ ἐπιστάσει, καὶ τῷ ἀτενισμῷ, διότι τὰ ἐν τῷ κινεῖσθαι σωζόμενα ἡ στάσις διΐστησι, καὶ ἡ στάσις τῆς ὄψεως, διάστασις ἑνὸς μορίου, τἄλλα τὰ συνεχῆ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ διΐσταται. διϊστάμενα δὲ καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα, καταβαρύνει, καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον. τὰ γὰρ πεφυκότα κινεῖσθαι τήνδε τὴν κίνησιν, ἄλλως τε καὶ συμμένει διὰ ταύτην, εἰ δὲ μὴ καθάπερ Ἡράκλειτος φησὶ, καὶ ὁ Κυκεὼν, διΐσταται κινούμενα. εἴη δ' ἂν καὶ τῇ κυκλοφορείᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀποδιδόναι. διΐσταται γὰρ ἡ δίνη. τὰ δὲ

βαρέα καὶ κοῦφα δέον ἅμα εἶναι, τὰ μὲν εἰς μέσον ἄγοντα, τὰ δ᾽ εἰς τὸ ἔσχατον. ποιεῖ δὲ καὶ τὸ κύπτειν ἰλίγγους διὰ τοῦτο. χωρίζεται γὰρ τὰ βαρέα, καὶ ἐλαφρὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω. δεῖ δ᾽ ἅμα εἶναι, καθαπερ ἐλέχθη.

1. *Accidere autem ob aspectus motionem ut omnia circumferri videantur, ex multis rebus perspici licet. Nam & qui navigant multo celerius vertigine tentantur, quum ad fluctus, aut astrorum motus, oculos convertunt. Quare faciem obvolvunt qui id formidant. Quinetiam qui res pensiles, aut turbines, dum circumaguntur, intuentur, aut oculorum aciem contorquent, celerrime in vertiginem incidunt. Fit enim ut aspectus dum in orbem torquetur, quæ intro sunt commoveat, & inæqualiter perturbet.* 2. *Præterea qui res altas, aut magnas, aut abruptas spectant, vertigine tentantur, quia aspectum in longum extentum quassari, & vibrari contingit: sic autem quassatum & commotum, eorum quæ intro sunt perturbationem afferre. Iis autem qui sursum oculos attollunt idem non accidit, quia non longe se profert aspectus, sed in ipso lumine intercipitur. Fit etiam vertigo quum* 3. *in rem eamdem oculos continenter intentos & infixos habent. Quocirca dubitatur etiam qui fiat ut quum aspectus in orbem circumque fertur, quumque quiescit, idem affectus excitetur. Absurdum enim videtur ex contrariis aliquid quod unum idemque sit, produci. Verum ejus quod per motum qui in orbem fit usuvenit ea est ratio, quæ ante adducta fuit: ejus autem quod ex* 4. *intentissimo intuitu & continuo nascitur, statuenda est, quod quæcumque motu sese tuentur quies disjungit, ac quies quidem aspectus, quando unius partis disjunctio est, reliqua quæ in cerebro conjuncta & continuata sunt disjun-* 5. *git. Quum autem gravia disjuncta quodammodo distracta fuerint, gravitatem inferunt, vertiginemque pariunt. Quæ enim ita a natura comparata sunt, ut eodem motu moveantur, hujus præsertim opera unita & conjuncta manent: sin minus, ut inquit Heraclitus, atque Cyceon, dum moventur disjunguntur. Fuerit etiam fortasse in corporis motu in orbem facto ejusdem* 6. *rei efficiendæ vis. Disjungit enim circum-actio. Gravia autem & levia si-* 7. *mul esse convenit, ita quidem ut illa ad medium ducant, hæc autem extremas partes appetant. Capitis etiam in terram inclinatio eamdem ob causam vertiginem facit. Gravia enim & levia dispergit, hæc quidem sursum, illa autem deorsum. Ista autem simul esse oportet, ut dictum est.*

TEXTUS.

Accidere autem ob aspectus motionem, &c.

COMMENTARIUS.

Demonstrat cur qui in turba circum-aguntur facilius vertigine corripiantur, dum alius alium circum-agi videt. Id enim ad motum aspectus refertur. Ceterum unum est notandum (ut post docebitur quum de ebriis & purgatis, & ægris vertiginosis dicetur) quod sanis post multos circuitus vertigo

tigo contingit, ægris ob unicam in gyrum conversionem. Item accidit quum quis videt aliquid convolvi: quia spiritus visivus intentus iis quæ circumvolvuntur, una cum iis rotatur, falsoque putat omnia circum-agi.

TEXTUS. 2.

Præterea qui res altas, aut magnas, aut abruptas spectant, vertiginosi sunt: Paullo infra,

Iis qui sursum oculos tollunt idem non accidit.

COMMENTARIUS.

Mirum est quod hic auctor dicat ex elatis sursum oculis vertiginem non accidere, si alta, aut magna, aut prærupta elato oculo aspiciuntur, statim contingit vertigo, quia quasi vibratur & quassatur aspectus. Nam vulgo videmus, si vel aliquantum caput doleat aut grave sit, aut si quis e somno repente excitetur, statim capi vertigine si sursum oculos sustulerit. Longe enim se profert aspectus, nec intercipitur, ut putat Theophrastus forte ex Platone qui igneos radios ex oculo effluere putat, qui concurrunt in medium lumine illustratum, & cum radio solari. Pari enim celeritate istum radium cum radio solis efferri credidit Plato. Dicet quis aliud esse simpliciter attollere oculos (nec enim tam promta vertiginis occasio est) aliud intueri res magnas, aut altas, aut præruptas. Unde hic ait auctor in navigiis eos facilius vertigine capi qui ad astrorum motus oculos convertunt.

TEXTUS. 3.

Fit vertigo quum in rem eamdem oculos continenter defixos habent, &c.

COMMENTARIUS.

Auctor quæstionem sicce non prætereundam proponit. Si motus vertiginem inducit iis conditionibus quæ dictæ sunt, quies spiritum moderans cursumque temperans a vertigine vindicabit. Unde postea dicet per sessionem quietiores reddi spiritus, qui, dum assurgitur, turbulento motu cientur. Dicimus duplicem, unam absolute ut quæ motui opponitur, & qua spiritus reficiuntur motumque naturalem servant, & [illegible]. Altera est quies quæ consistit in absoluta cessatione a motu cum pertinaci oculorum in rem aliquam defixione & intentione. Et ea quies vertiginem inducit. Et hac distinctione obscuritas hujus loci discutitur. Notum quippe est, spiritus motu suo naturali & ordinato conservari. At quies immoderata ut quæ fit in summa attentione & fixione oculorum in rem aliquam διάστασιν divisionem quamdam affert. Sic στάσις διάστασιν affert. Nam στάσις τῆς ὄψεως est causa στάσεως humorum & spirituum: & στάσις humorum & spirituum διαστάσεως causa

 est;

eſt; quia quæ gravia ſunt deſeruntur a levioribus, ideſt, humores, forte & cerebrum ipſum a ſpiritibus. Nam in œconomia cerebri & ſpiritus & humores, & cerebrum ipſum ſuos motus inſitos & genuinos habent: quorum perturbatio gravium morborum cauſa eſt. Id quod Hippocrates & Galenus quodammodo declarant dum explicant morbos qui conſequuntur ἔμπηξιν, humorum & ſpirituum ἀποπλήψεις, utitur etiam iis verbis, στάντων χυμῶν. De quo nomine στάσεως, ſi Deus permiſerit, plura dicemus.

part. 27. lib. 4. acut.

TEXTUS.

4. *Quies aſpectus disjungit, &c.*

COMMENTARIUS.

Dicat quis: An tantopere nocet quies aſpectus intentis in rem objectam oculis? Nam etiam in ea quiete motus eſt actio, unde aſſidua cogitatio occæcare creditur abducto intro viſu. Et Hippocr. ait quoſdam eſſe labores naturales, alios violentos. Naturales ſunt, labor viſus, auditus, vocis, curarum. Viſus quidem talis vis eſt. Anima in id quod videtur movetur & caleſcit, calefacta vero evacuata humiditate ſiccatur. Idem de auditu, idem de cura. Hic vides in animi intentione quietem non eſſe, ſed motum quemdam, calefactionem & humiditatis conſumtionem. Paullo ante monuimus quæſtionem qui fiat ut & motus & quies vertiginem inducat. Duplex a nobis quies eſt propoſita & explicata. Unde nunc quæri poteſt an ob intentionem oculorum in objectum pertinaciorem motus ſpirituum corrumpatur & dividatur per quamdam ſtationem, & quaſi congelationem, (id autem vertiginis cauſa eſt quia tollitur τὸ συνεχὲς) vel quia humores currunt ad vertiginem movendam pote deſerti a ſpiritibus. Ad vertiginem enim maxime facit corruptio motus ſpirituum. At in ea obſtinata intentione ſpiritus quidem affluunt & ſtant, & humores ut graviores aliam quamdam στάσιν habent: & a mobilioribus ſpiritibus relinquuntur. Eam στάσιν, quam διάστασιν inducere diximus, ſequuntur graves morbi, ut paullo ante dictum eſt. Fieri enim diximus humorum σφήνωσιν καὶ πῆξιν. Id fit maxime in obſtructione, repletione & diremtu ſpirituum ab humoribus dum partes & humores non illuſtrantur a ſpiritu, qui eſt ὄχημα humorum. Sed aliter atque aliter fit in obſtructione, aut plenitudine ſumma, ut aliter in motu circulari, aliter in quiete per oculi pervicacem attentionem, unde aut ſpiritus intercipiuntur, aut inæqualiter moventur, unde pars languet non afflata ſuo ſpiritu: Et humores non habent ſuam ἀναπνοήν, ut vocat Hippocrates.

Lib. de Diæta.

TEX-

TEXTUS.

Quum autem gravia disjuncta, & quodammodo distracta fuerint, &c.

COMMENTARIUS.

HIC ad gravitatem refugit, quod quæ sunt gravia si distrahantur a levibus, & contra, fit vertigo. Natura cerebrum grave, spiritus tenues, ætherei & ob elaborationem exactam, splendidiores & lucidiores tenuioresque, quam & vitales & animales; sunt instrumenta actionum. At cerebrum multis arteriis intertextum est, & ni spiritus multos haberet, iners & ignavum maneret. Hi porro habent suos ratos & constantes motus & vias pervias. Si motus hic intercidatur, vertigo, si viæ obstruuntur, vertigo aut quid deterius, si grave deseritur a levi, ob eam derelictionem vertigo contingit. Ubi quis attentius aliquid intuetur, spiritum alibi quasi occupatum ad se traducit, & in quiete continet, suum nativum spiritus motum non servat, deseruntur humores & torpidi manent, immo cerebrum ipsum grave & brutum deseritur. Itaque fit dissociatio & diremtio quædam dum grave a levi derelinquitur. Et quod notandum, ista desertio non modo contingit in ista acuta intentione oculi in objectum, sed etiam in motu ipso circulari (cujus causam ad motum inordinatum spiritus animalis retulimus.) Unde Theophrastus ita ait: Fuerit etiam „ fortasse in motu circulari ejusdem rei efficiendæ vis, idest, disjunctio quædam „ levium & gravium. Nam circum-actio disjungit (gravia autem & levia simul esse debent) ut gravia ad medium ducant, levia partes extremas appetant. „ Inclinatio etiam capitis fit etiam gravibus a levibus disjunctis. Et sic fere omnis vertigo eam agnoscit causam. Nam paullo ante vertiginem fieri diximus interciso motu spiritus animalis subeunte vapore tetro, aut ob humorem, item ob obstructionem. Numquid in his duobus est etiam desertio gravium & levium? Sic potentissima est ea causa ubique fere locum habens. Et ante diximus humiditatem & cerebri & humorum causam esse potentem, cur homo fiat vertiginosus, corpore humido nequeunte facile converti (ut de ovo facile constat.) Eadem humiditas causa quoque est, juncta gravitate, cur facile sese mutuo deserant levia & gravia, licet cerebrum constet ex gravibus & levibus admirabili quadam moderatione & proportione. Et ni cohæserint duo ista, vertigo adest. In re autem humida & gravi (quale est cerebrum) non ita rite cohærent. Unde videmus a solo vapore etiam vertiginem oriri. Interrumpitur motus spiritus, & fit repercussus quidam ob alienum spiritum furtim summissum. Et quod facit nimia humiditas in vertigine una, id facit gravitas in altera, quia una pars movetur, altera non. Est ita divisio & continuitatis solutio.

TEXTUS.

6. *Disjungit enim circum-actio, &c.*

COMMENTARIUS.

QUÆ motum spirituum dividunt, ea vertiginem creant. Circumactio motum dividit, item vapor inferne sursum summissus, aut in cerebro genitus, dum torquet spiritum aut repercutit. Ergo teter vapor & circum-actus vertiginem facit. Maxime vero id fit quia gravia a levibus deseruntur. Pars una cerebri post aliam movetur quia molle & humidum: & cohæsio unioque evertitur. Et vapor vorticem quemdam in carotidibus tumultuans dividit eo modo quo circum-actus, & facit intus quod circum-actus foris, & interna est causa vertiginis.

TEXTUS.

7. *Gravia autem & levia simul esse convenit: ita quidem ut gravia ad medium ducant, levia extremas partes appetant.*

COMMENTARIUS.

POtentissima causa vertiginis gravium & levium diremtio. Nam quæ conjuncta ad actionis perfectionem valent, disjuncta eamdem pervertunt. Ob mollitudinem cerebri pars post alteram movetur, unde propensio ad vertiginem. Sed quum grave natura ad medium tendat, spiritus ob mobilitatem alio inclinent, maxime vero ad circumferentiam, hinc cadendi occasio desertione & divulsione levium & gravium. Dum omnia rite aguntur in corpore gravium & levium est coitus & mutuus consensus: si contra fit, vertigo nascitur: dicat quis. Si spiritus ut leves facile se alio referant & naturali motu aut sursum evolent, aut circumferentiam appetant, gravia sint immobilia aut medium petant: ubique est occasio vertiginis, & homo fere deberet esse vertiginosus. Est enim semper ea lucta & dissimilitudo motuum naturalium.

ΠΟΙΕΙ δὲ καὶ ἄλλη τις ἐναντίωσις, ὡς δοκεῖ, τὸν ἴλιγγον, οἷον τῆς ἐνδείας, καὶ πληρώσεως. ἡ μὲν γὰρ ἔνδεια σύντηξιν, ἡ δὲ πλησμονὴ περίπτωσιν ἐποίησεν, ὥστε πλήρεις γίνεσθαι τοὺς πόρους. αὐξοῦσα γὰρ αὕτη καταβαίνει καὶ διΐστησι ταῖς περιόδοις, ὥσπερ ἐστὶν ὁ ἴλιγγος. ἐπεὶ καὶ αἱ μέθαι καὶ αἱ φαρμακεῖαι, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις παραπλήσια, διὰ τοῦτο ποιεῖ τοὺς ἰλίγγους. ὅθεν καὶ τὸ σημεῖόν τινες ἐπ' ἀμφοῖν κοινὸν λαμβάνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ δύνηταί τις τοὺς στρωτῆρας ἢ δοκοὺς ἀριθμεῖν, τὸν μὲν οὔπω κεκαθάρθαι, τὸν δὲ μεθύειν φασίν. ἡ ὑγρότης ἡ ἀλλοτρία γὰρ ἐμπεπτωκυῖα, ποιεῖ τὴν ταραχήν. διὸ καὶ ἐφ' ὅσων ἄλλων συμβαίνει πνεύματος ἢ ὑγρότητος γίνεσθαι τὸ πλῆθος, ἢ καὶ τῶν ὑπαρχόντων διάστασιν, ἀπὸ πάντων συμβαίνει τοῦτο τὸ πάθος. ἀνιστάμενοι δὲ, μᾶλλον ἢ καθίζοντες ἰλιγγιῶσιν, ὅτι ἠρεμούντων συνίσταται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ πλέον, ὅταν δὲ κινῶνται, σφαλερὸν γίνεται καὶ εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἄγον ποιεῖ τὸν ἴλιγγον.

Verti-

[1] *Vertiginem inducere etiam videtur altera quædam contrarietas, qualis est ea quæ inter famem & satietatem intercedit. Fames enim colliquationem,* [2] *satietas autem excrementorum colluviem invehit: ita ut meatus corporis propterea impleantur. Hæc enim, quum viam sibi paravit descendit, & circuitionibus quibusdam fertur, quod efficit ut vertigo invadat. Nam & crapula, & medicamenta alvum ducentia, & quæcumque horum similia sunt, eamdem ob causam vertiginem pariunt. Inde fit, ut amborum signum quoddam commune habeatur. Quum enim nequit aliquis tigna & tabulas tignis instratas numerare, alterum quidem nondum purgatum ajunt, alterum vero crapula nondum liberatum. Siquidem humor alienus in caput irruens perturbationem affert. Quare a quibuscumque spiritus aut humoris multitudinem congregari accidit, aut eorum quæ in corpore sunt disjunctionem fieri, ab iis hunc affectum excitari consentaneum est.* [3] *Qui autem assurgunt, magis quam qui sedent vertigine tentantur, quia in quiescentibus humor capitis unitus manet, quum vero moventur, instabilis est, atque in partem unam confertim traductus vertiginem parit.*

TEXTUS.

Vertiginem inducere videtur, &c. [1]

COMMENTARIUS.

NON parum refert ad curationem scire an vertigo sit a repletione, an ab inanitione. Si illinc est, evacuantia conferunt, si hinc, adjectione potius utendum est. Quum agitantur humores a medicamento, vertigo adest. Si supra modum evacuantur, vertigo. Initio febrium, vertigo a copia & meatuum obstructione, sub finem aut desinit, aut adest ab imbecillitate. Viperinarum carnium usus in Elephante prodest, sed donec vertigo inducatur, eousque comeduntur: eaque vertigo purgatione non eget. Qui de carne viperina scribunt Auctores duo annotant, unum quod si coctæ fuerint visum clariorem reddunt, alterum, per cutim corpus repurgant & faciunt quoddam eximium. Et si caro in corii duritiem coaluit, decidit deperitque ὀστρακόδερμα. Vertigo oboriens est quasi signum & meta sufficientis usus pastillorum de Tiro, eaque fit quia exactius cerebrum repurgatur, eoque exquisitioris fit sensus, & vix ulla aeris aut vaporum fallaciter subrepentium incommoda ferre potest. Immo seipso fit imbecillius, & visum clarum reddit, quia proprietate occulta defæcat cerebrum.

TEXTUS.

Fames enim colliquationem &c. [2]

COMMENTARIUS.

INediæ non tam vertiginosos reddunt ob repletionem quamdam ventriculorum quam ob colliquationem quamdam quæ ex eventu replet. Et in

longa inedia partes quasi fatiscunt & dilabuntur; unde videmus in obsidionibus urbium, in defectu ciborum corpora fame liquata, alias plane extabescere & macerari macraque reddi: alias intumescere fusis & liquatis carnibus. In lassitudine & siti homo ad iram pronus est. Et ea animæ asperitas benigno succo temperatur: lenit transitum spiritus & molliores facit meatus ne scindant euntem & redeuntem. Cæterum duo facit genera eorum qui caligine & vertigine capiuntur, unum ebriorum, alterum eorum qui medicamento purgantur. Neutri trabes laquearium numerare possunt præ spirituum agitatione & impedimento. Discussa ebrietate, & peracta medicamenti actione easdem numerant. Repressi enim sunt vapores. Ad eas rationes unum addam ad vertiginis ὕπαρξιν apprime faciens. Nempe quod initio febrium, præsertim a copia crudorum humorum, natarum vertigines & temporum pulsus contingunt. Ad crisin id durat, donec natura coxerit humores & secreverit purum ab impuro. Licet corpus imbecillius reddatur per purgationes, tamen vertigines tolluntur, corpore ad temperamentum reducto. Et ante dictum est sanis post circuitus multos vertiginem accidere, sed ægris eamdem contingere unica in gyrum conversione.

Plin. ex Platon. cap. 24. lib. 22.

TEXTUS.

31 *Qui assurgunt, &c.*

COMMENTARIUS.

VErtigo non tam prehendit motos quam quietos. Quo pertinet forte locus de Epilepsia ex Platone quæ fit quum pituita atræ bili juncta divinas capitis periodos & orbes, & illapsa fuerit & infestaverit. Et ut in somno mitior est, sic quum vigilantes prehenderit diutius urget. Et licet aliquando quietis in lecto omnia circumagi videantur, tamen facilius motis accidit. Quod motus conjungit, quies nimia dividere videtur, unde fit vertigo in exacta animi in rem attentione & oculorum defixione contumaci. Quod etiam quies unit, dividit motus. Unde vertiginosi quidam dum quiescunt desinunt esse tales & moventur, rursus vertiginosi fiunt. Sic motum & quietem oportet distinguere, alioqui facilis erit in errorem lapsus. Attendenda est & hæc quæstio; An in ea vertigine quam contentio animi & oculorum intentio inducit, quia fit ob quietem eam divisio levium & gravium, an sit spiritus animalis motus inordinatus, in quo demum essentiam vertiginis consistere diximus. Hæc enim simul stare non videntur, ut sit quies & spirituum diremtione modo, modo levium & gravium divisione, motus inordinatus. Qui si non est, nec vertigo esse potest. Sed hæc ad eos qui res exactius expendunt & examinant.

APPENDIX.

DE PLEXU RETIFORMI,

& de corpore quod in Cerebro ψαλοειδὴς dicitur.

QUONIAM diximus primariam vertiginem affecto cerebro multo deteriorem ea quæ fit ex consensu (quam posteriorem Theophrastus descripsit) in ea fuit maxime laborandum. Si intemperies calida in cerebro, liquationem facit, humores acriusculos reddit, extenuat & quasi in fervorem & furorem agit: Si frigida cruditatem parit, inde proventum crassorum vaporum, ut in viridi ligno ardente; qui per arterias in anteriores ventriculos cerebri repentes & exitu prohibiti, ut in clibano circumaguntur, & turbulentos motus conciunt. Id fit in eo corpore quod ψαλοειδὴς dicitur, concameratum & fornicatum. Est autem corpus durum tribus ut arculis conflatum medium Cerebri ventriculum sustinens, fit ex indurata Cerebri substantia, incipit a fine corporis callosi quod τυλλοειδὴς dicunt, fornici simile est ne medius ventriculus concidat. At in marcore cerebri & consumtione quam Hippocr. vocat ἀνάλωσιν, quis dubitat quin illud corpus labet? Hinc vertigo, hinc Apoplexia, sed est plexus retiformis considerandus. Auctores enim dicunt vertiginis causam proximam tenuem ac calidum vaporem per arterias in cerebri ventres repentem qui in plexu retiformi humores exagitans, sensus & motus turbulentos ciet. Nec sufficit esse tenuem & calidum spiritum, Galen. & Theophr. humiditatem nescio quam requirit & spiritum crassum & caliginosum. Unde Ebrii fiunt vertiginosi ob eos vapores crassos illustribus spiritibus officientes. Et ubi calida est intemperies cum aliqua partium adjacentium intemperie frigida, proventusque humoris inæqualiter præparati, hic fit facile fuligo, nubes, unde motus æstuans & turbulentus, inde vertigo. Diximus enim tum maxime oriri quum & cerebrum inæqualiter affectum est, & materia inæqualiter affecta, comtum, ornatumque naturæ & caloris efficientiam non nacta. Ubi enim infirmior calor est & crudus succus, hinc vertiginis occasio. Ceterum humor & spiritus e genere sunt fluentium. His motis corpus commovetur. Diximus ante maxime austrina constitutione ob fumos & humores caliginosos eum affectum nasci. Et humorem excrementitium ad eam concurrere generandam; & ex Galen. fieri mota humiditate cum crasso spiritu, qui natura debet esse limpidus & illustris. Id in suffusione patet. Vis enim luminosa oculi a crasso vapore præstringitur & hebetatur. Spiritus primo impellit. Humor stabilis non est. Et quia suo termino non continetur, spiritum aut sequitur; aut antevertit. Mirus est locus apud Hippocr. De incommodis aut commodis spiritus corporei aut non corporei, idest,ætherei non corporei, & cum carne & sanguine magnum commercium non habentis, unde plexus retiformis a natura fabrefactus est ut exacte elaboretur spiritus animalis repurgata omni fæce & terrena substantia. Et iste spiritus ita exactus ad sapientiam facit non habens μίξιν, & communionem cum corpore. Homo enim prudentior est & exquisitior, spiritu summe elaborato ut quicquid impurum & corporeum extrahatur

Lib. de morbo sacro.

hatur eo modo quo in arte chymica puræ & ſinceræ ſubſtantiæ exquiruntur. Quæ Hippocr. ſententia mirum quid habet: Putat enim aerem qui per nares attrahitur (quia qualis aer tales & ſpiritus) ad ſapientiam plurimum conferre. Nam (ut ait) quum cerebrum ad ſe aerem attraxerit in ſeipſum, primum ad ipſum allicitur: deinde ad reliquum corpus aer diſpergitur, & in cerebro ſuum vigorem relinquit, & quicquid prudentiæ ac ſapientiæ habet. Si in corpus primum perveniret, poſt ad cerebrum, relinqueret in carnibus & venis prudentiam ac judicium, & ad cerebrum calidus perveniret, non purus, ſed mixto humore a carne & venis, non ſincerus. Itaque dico cerebrum eſſe interpretem & internuntium intelligentiæ ſi ſanum fuerit. Ad ejus autem ſanitatem facit aer limpidus & purus. Quod autem aer qui recens attrahitur aliud quid habeat quam quum aut refringitur, aut incaleſcit in corpore; id ipſum declarat Aphrodiſæus quærens cur præciſo aut conſumto gargareone homo tabeſcat. Quia integro gargareone aer retinetur & paullum incaleſcit, nec ſuo frigore præditus pulmonem ſubit, quod in malis ducitur.

Locus hic licet aliquid novi dicat non tam requirit interpretem acrem quam mitem & benevolum.

Diximus ergo de plexu retiformi in quo ſpiritus retentus & ſanguis conficitur. Fit autem ex multiplici complicatione arteriæ caroticæ ad baſin cerebri. Sub craſſa meninge fit iſte contextus & complicatio. In ſpatio enim largo Natura velut thalamum inſtravit huic arteriarum contextui qui in mortuis (collapſis vaſis vix percipitur) ut ſemini per multos gyros, & lacti per vaſa multa patet via; ut per moram fiat elaboratio. Et quia a corde ad cerebrum breve eſt iter (quia intendit ſpiritum vitalem elaborare) natura ſupplevit iſtum plexum ut labirynthum, ut ſpiritus hic elaboretur antequam in ventriculos inducatur.

De corpore concamerato ſeu fornice paullo ante dictum. Nunc addam unum. Quum ab imbecillo calore flatus gignitur præſente humido: ſi ſpiritus exitum non habet more flammæ in fornace in gyrum vertitur. Id fit in cerebro, & juvat id capitis figura rotunda (hinc cælum capitis vocatur) item ventriculorum cerebri concameratio quam facit corpus ψαλλοειδὲς. Et quum vapor ad ſuperiorem fornicis, ut alicujus fornacis partem fertur recta, nec altius ferri poteſt, reflectitur & in orbem agitur, ut cum exhalatio fumida ſurſum tendit (quia nubes præcludunt viam) in latus fertur & flatum creat. Ex eo Theoph. demonſtrationem vertiginum derivavit: Sive enim motus internus, ut ab interna cauſa, ſive externus, ab externa ut a motu rerum rotatarum, motus continuus interrumpitur. Demonſtratio Theophraſti ea eſt: In omni motu aliquid eſt primum, aliquid poſtremum. Id quod ſubſiſtit dum alterum repercutit, motum ejus prævertit & repellendo ſiſtit. Id quod ſiſtitur quia ſuo progreſſu & continuo motu caret, quamcumque viam nanciſcitur, per eam defertur, & tunc vertiginem inducit. Magni autem momenti eſt vapor alienigenus. Docet ſomnus in quo vapor blandus ſenſus illigat, & quaſi mortuo ſimilem hominem reddit. Immo quaſi prudentiam tollit aut ſuſpendit potius. Hippocratis eſt argumentum: Quid faciat teter vapor, quum blandus & mitis tantopere efficiat & officiat? Denique ne nimium ſcribendo, & ſenſus & oculos intendendo, vertiginoſi fiamus, ſcribendi finem faciamus.

FINIS.

GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

DE CONVULSIONIBUS LIBELLUS,

In quo ſolennis Quæſtio explicatur,

Cur ſauciatis dextra capitis parte Convulſio ſanæ partis contingat.

EDITORE

M. JACOBO THEVART,

DOCTORE MEDICO PARISIENSI.

Nullum capitis vulnus etiam leve deſpiciendum.



VENETIIS,

APUD ANGELUM JEREMIAM,

Via Mercatoria ſub ſigno Minervæ.

MDCCXXXIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.


Μικρὴ αἰτίη, ἄκεσιν λύεται, ἢν μή τι περὶ τόπον κύριον πάθη. Hippocr. lib. de Præcept.

BENEVOLO LECTORI,

GULIELMUS DE BAILLOU,

Doctor Medicus Parisiensis.

ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ.



NGENUI hominis esse puto, si quid peccarit, negare nolle, sed ultro etiam fateri, & id deprecari. Humanum est peccare: & is inhumanior videatur, vel qui aliquid humani a se alienum putat. At ipsa peccati negatione tacita quadam voluntas, & ad peccandum propensio includitur. Gnaviter impudentem non voco eum qui aliter faciat, licet pudoris limitem egrediatur. Et id quidem, ne quid acerbius de eo dicam. Contra, erranti ipsa confessio medicina est. Medicina quidem, quod labem, qua aspergi possit, facile eluat, immo ante diluat, quam de illo errandi opinio in mentibus hominum, dicta factave aliorum non sat bene interpretantium, radices egerit. Dummodo fucus non fiat, nec vana excusatio prætexatur, quæ latentis prævaricationis opinionem facere possit. Id autem est veteratoris, non hominis ingenuitatem præ se ferentis. Ad eam rationem componere me in animo est. Nam si quid hoc scribendo libro peccatum est, & peccatum est, agnosco crimen, amplector etiam, ipse me mea confessione induo, ut ne quis hunc felicem errorem de industria commissum mihi invideat. Non jam peccati nomen, sed dexteritatis animi gratiam mereatur. Utne quid obscurius dicam, tria sunt hoc loco quæ animadverti velim, quod tribus me modis lapsum tantisper videam, donec lapsus occasionem aperiam. Primum, quod tractatio mea justo longior sit, quum ea res præsertim agatur quæ paucioribus comprehendi possit: at

—— ἐπιτροχάδην ἀγόρευε
Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως

Homerus Ili. γ.

Ut de Menelao Homerus. Optandum vero foret ut quot sunt ῥήματα *tot essent* νοήματα. *Deinde, in hoc lapsus videri possim quod propositis ultro citroque rationibus, vix aliquid concluserim. At in conclusione operis perspicua, laus enitet maxima & relucet. Alioqui animus fluctuat, nec habet post varios rationum fluctus & impulsus, in quo tandem conquiescat. Solo Epilogo usi sumus,* τὴν ἀνακεφαλαίωσιν *in longo orationis tractu apprime necessariam, neglex-*

ximus.

ximus. Tertius vero error ille est. De convulsione partis oppositæ in morituris a vulnere capitis, serio disputatum est. E re non videtur esse in quæstione illa tantopere desudare, quæ neglecta prætermissaque nil incommodi, tractata parum aut nihil fructus afferat. Hic nec seritur, nec metitur cuiquam. De convulsione agitur, quæ in saucios cadit, quum tenui extremaque spe salus pendet. Id ad λογοδαιδάλυς ἢ σοφιςὰς potius. Hi futilibus concertatiunculis altercant, oleum perdunt, fucos venditant, & suam potius infantiam declarant. Nil inde nisi inanis verborum strepitus, & anilis muliebrisque applausus. Ad alios hæc sinistra diligentia. Ac quod oratio mea longius ambitiosiusque excurrat, quasi sine modo ac frenis, id paullo alienius videatur: quum alioqui magna laus sit brevis & concisæ orationis. At quæ nimis se effundit & crebra fastidiosaque verborum repetitione, & rerum molesta redundantia, minus leporis habet, nauseæ plurimum. In hoc itaque peccatum est. At hoc peccatum sponte commisimus, & si præmeditationi pœna decernenda est, huic decerni debet. Id autem fecimus, partim ut prævaricationis crimine careremus, partim ut calumniatoris dentem effugeremus. Ac de prævaricatione quidem. Quoniam hoc libro varias variorum rationes attulimus, nec non conjecturas nostras (quas in hac umbratili armorum meditatione cum præclaris rationibus voluimus certare ac contendere, adeo quisque innata quadam indulgentia suæ favet inventioni) si plus his quam illis tribuissemus, in injustitiæ suspicionem incidissemus. Sic voluimus & has & illas amplo campo & arena decernere, nec illis potius quam his repagula obtendere. Et ut in foro, sic in disputando, (presertim dum momentis rationum ex variorum auctorum penu depromtarum, res tota disceptat) si dicenda transeuntur, si cursim & breviter ea attinguntur, quæ ceteroquin inculcanda sunt, prævaricationis suspicio est. Quod autem calumniæ tempestas longiore oratione effugiatur potius, quum in id criminis magna hominum pars præceps ac prona ruat, & quum non tam velint imitari quam æmulari, id ex præclaro Tullii loco elicietur:
» Quum hæc de natura deorum uberius disputantur & fusius, facilius effu-
» giunt Academicorum calumniam; quum autem brevius angustiusque
» concluduntur, tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam ut profluens
» amnis aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur;
» Sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur, angustia autem orationis
» non facile se ipsa tutatur. At dices, longa oratione rationes ipsæ molliores ac enervatiores redduntur, contra oratio brevis pungit, acris est, rem premit ac cogit. Contra aliis placet, longiore orationis tractu vim quamdam & pondus accedere. Utque corpori ferrum sic oratio animo non ictu magis quam mora imprimitur. Et relinquitur legentium animis aculeus non pungendo, sed infigendo. At oratio longa infigit, brevis pungit. Et libris auctoritatem & pulchritudinem adjicit magnitudo. Optimus est modus! fateor. Sed non magis servat modum qui infra rem, qui brevius, qui pressius & obscurius, quam qui enucleatius & effusius dicit. Quamquam, si ad fastidium quotidianum deliciasque legentium respicitur, ex librorum mediocritate commendatio quærenda est. Singulis rationibus sua explicatio, sua clepsydra debetur. Ne peccemus cum iis qui in foro comperendinationes malè tollunt, &

pau-

paucioribus clepsydris causas præcipitant. Debet enim dari spatium ad disputandum, & apertus esse campus quando de veri inquisitione laboratur. Secundus hic error. Magnus est rationum & verarum & probabilium cumulus: Hæ ita sæpe paribus certant viribus, ut utris palma decidi debeat, ignoretur. Multa interjecta, quæ quum extra rem esse videantur, in re tamen insita putabuntur, non notha & insitiva, sed germana credentur. Quum sæpe interrupta sit scribendi series, quum scribendo sæpe vocatus, revocatus, interventus, scribendi studium intercisum, modo intermissum, tardius resumtum (ita enim fert publici nostri muneris ratio) fieri non potuit ut ea ratio ad unguem observata sit qua scribentium ingenia & industria apparent & florent. Idem ordo, idem spiritus, idem stilus, progressio, idem scribendi impetus, ὁ ἐνθουσιασμός, *non ubique apparet & exsistit. Quo fit ut de Lectore præclare mereri videamur, si in hac perturbatione & inæquabilitate legentis animum non suspendamus, sed* ἀνακεφαλαιώσει *& summa rerum laborem solemur ac mitigemus. At* ἐπίλογος *est necessarius, non* ἀνακεφαλαίωσις. *Illum, quia artis est adjecimus, hanc omisimus, idque dedita opera, ut ne quis nos imprudentia lapsos putet. Id autem fecimus partim propter eos quos librorum helluones vocant, partim propter inertes; qui ut sapere videantur brevitatem sibi mirum in modum placere dicunt. Quod ad librorum helluones, illi vel inspecto indice librorum, vel* ἀνακεφαλαίωσιν *intuiti se in summos Doctores evasisse credunt, quum tamen in magna rerum ignoratione versentur. Devorant enim & sine sensu epulas istas deglutiunt, quas ventriculus nequeat coquere ac modificari. Diuturno desiderio sibi famem non obsonant, cum alioqui ad percipiendum fructum voluptatemque satius esset sensim degustare, ut ingerendi, sic digerendi ratio constaret. Satius quoque esset eos Eryxii Philoxenis collum habere gruis, ut ex gustatu major caperetur voluptas. De inertibus, & qui mollitie diffluunt, quibus* βραχυλογία *voluptati est, nil amplius dicam, nisi quod ridiculum sit eorum delicias desidiamque, quasi rectam judicandi regulam respicere. Illud enim pro suæ mollitiei patrocinio afferunt, magnam vim esse brevitatis. Sed si hos in consilium adhibeas, non solum dicent satius esse breviter dicere, sed omnino nil dicere. Malunt enim bonas horas in voluptatibus collocare. Sed hos valere jubeamus. Restat tertius locus de infructuosa illa disputatione de convulsione quæ mortis quum sit prænuntia, tractationis Medicæ esse non videatur. Hic locus lubricus est, & pluribus esset illustrandus nisi in re minimè necessaria oratio longior nauseam afferret. At multis quidem de causis hæc curiosa etiam disputatio non inutilis videatur, immo necessaria. Homini enim quadrat & quatenus homo est, & quatenus rerum noscendarum genitivo detinetur desiderio. Item quatenus* τὴν πρόνοιαν *consectatur, ut homo est: quid enim tam hominis est omnem humanitatem exuentis, quam miseros ægros, cognito, quod spes salutis, aut nulla aut exigua superest, sine auxilio, quod doloris fomentum est, relinquere? Magna enim ad calamitatem calamitatis fit accessio. Sit ita sane, incurabilis est convulsio partis sanæ resoluta ægra in capitis tromate, an non ideo & blando alloquio & præsentia nostra ægrum prosequi & demulcere debemus? Inhumanum est ægrum suæ calamitati sinere & quasi assignare substracta omni ope ut ejus*

ani-

animus prostratus & humi jacens nil aliud præter desperationem in consilium rerum suarum adhibeat. Non quod prudens Medicus incurabilium morborum artem propterea profiteatur. Sed hanc pietatem & humanitatem relinquamus. Quum hæc quæstio sit difficilis, quum ista convulsio in partem non sauciam incidat, licet nullus ad ægros fructus inde redeat, licet nil inde quisquam emolumenti demetat, quum cuique innatus sit sciendarum rerum amor & igniculus, hanc præterire inertissimi hominis foret.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Præterea, gloriosum est hominem præsentire ac præsagire quorsum res evasura sit, ut eousque nostra procedat industria, ut ne histrionum, impudentium & crumenas miserorum ægrorum emungentium more, tamdiu vana spe & ægros & amicos lactemus & producamus, donec cum extremo spiritu, ultimus etiam numus ex crumena exeat, exspiret, & evolet. Ac triplicem hanc dotem & qua homo se hominem præbeat, & suum discendi studium declaret, & præclaram præsagiendi vim acquirat; uno loco Hippocrates omnium bonorum auctor conclusit. Disputat de prolapsione femoris in posteriorem partem, deque articulo poplitis qui coafficitur: & licet id mali curationem non admittat, tamen in considerationem Medicam cadere affirmavit. Illius hæc verba sunt perpetua credenda memoriæ: At hæc quæ de luxatione prolapsuque femoris minimè curabili dicta sunt, extra medicam considerationem esse videntur, quid enim attinet ea disputare quæ curationem non admittunt? At multum interest. Hæc enim intelligere ejusdem est mentis, judicii & professionis, ac ea cognoscere quæ curabilia judicantur. Nec enim potest fieri ut hæc duo a se invicem separentur ac divellantur. Danda quippe opera, ut quæ curabilia sunt, incurabilia non reddantur. Ea vero quæ alioquin incurabilia sunt, sic intelligi debent ut ne maximè offendant. Prædictiones autem splendidæ gloriaque dignæ ex eo exsistunt, quod intelligimus, quo, & qualiter, & quando desinere debeat, sive in curabilem, sive in incurabilem naturam convertatur. Ut nemo amplius dubitet si quæstionem de convulsione incurabili alioqui tam luculenter tractaverimus, hanc nosse & confert, & aliqua ad ægros allevatio pertinet, & prædicendi gloria Medicus resplendet. Tamen non hic tam gloriam & fumos aucupemur, nec tantopere rerum etiam arcanarum, & a communi sensu remotarum desiderio conflagremus, quam bene merendi de ægris, & ab iis morbos profligandi studio teneamur. Quum enim, ut præclare Hippoc. ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νόσος εἴη, *totus sit Medicus in communi isto hoste oppugnando, non tam fucum, acutiem, argutiasque & sophisticas digladiationes consequatur, quam veram, germanam ac solidam doctrinam. Ceterum ut finem faciam, iis non scribo qui in alieno opere sunt ingeniosiores: non iis quos fastidiendi optima quaque mollior lascivia delectat: scribo candidioribus, quorum favor, benignitasque facile convellet, & exteret eos qui id quod scribimus, iniquius sunt observaturi. Adduximus rationes recentiorum, quum nulli ex antiquis hanc quæstionem tractaverint, quas non minoris æstimavimus quod recens natæ, quod ab iis profectæ qui nostro hoc cælo & aere nobiscum fruuntur. Id propter eos delicatulos dico, quibus mirum in modum placent quæ aliquid priscum redolent, ea vero fastidiunt*

Hippocr. part. 103. de art.

Eodem quoque argumento excusamus Hippocratem, qui in Epidemiis magnam partem ægrorum qui vi morbi aut errore Medicorum interiere proponit. Rident enim tantum virum quod meminisse de-

quæ

quæ a suis hominibus inventa fuerunt & excogitata. O imbecillitatem judicii, ne dicam delicatam malitiam! Quasi obesse debeat nostrorum hominum inventis, quod nostri sint sæculi; quod nobiscum vixerint. Et tamen ita fert hominum malignitas, sinistrumque ingenium. Infelix, mehercules, sæculum quod hanc gloriam suis sibique invidet! Si eos admiramur auctores qui ante nos fuerunt, & eorum imagines studiose conquirimus, cur honos qui debetur iis qui nobiscum vivunt eamdemque ducunt animam, quasi satietate apud nos elanguebit? Id quippe pravum malignumque est non admirari eos qui admiratione digni sunt, eorumque industriam ideo minoris facere quod eos videre, alloqui & amplecti licuerit. Et qui stimulus nobis inesse debet ad eos amandum, idem ad contemnendum reliquus esse videtur. At nostris non deest sua quædam vis, non ingenii dotes etiam aliquatenus cum antiquorum laudibus conferendæ. Ceterum, de hoc nostro labore hoc dicam, si forte in hominum manus venerit, mihi valde curæ non esse si non omnibus placeat, satis est mihi si bonis & candidis arrideat. Hi enim suo candore quicquid indoctius & pinguius erit, eluent. Et iis omnia mea placuisse putavero, si quædam displicuerint. Ut enim in cœna & opipare parato convivio quidam sunt cibi qui non sunt stomachi quorumdam, immo qui ingrati, tota tamen cœna sua laude non caret; ita in libris, licet quædam omnino apta & congrua non sint, & ad cujusque etiam stomachum non faciant, non sunt tamen debita laude privandi. Totis enim libris sua quedam gloria decernenda est. Diutius cunctatus sum, nonumque in annum id quicquid est, pressi, tandem de emittendo cogito, ratus cunctationem vitio haud carere. Nam si modum excedit, inertiæ desidiaque, etiam timiditatis nomen meretur. VALE.

buisset solum eorum qui revixerunt & sanitati sunt restituti.



APPROBATIO.

HIC Libellus DE CONVULSIONIBUS, *In quo solennis Quæstio explicatur, Cur sauciatis dextra capitis parte Convulsio sanæ partis contingat* M. GUILLELMI DE BAILLOU, Doctoris Medici Parisiensis celeberrimi, Decani, & antiquioris Scholæ Magistri eleganti stilo, & summa prudentia conscriptus, atque à multis jamdudum expetitus, prodeat tandem in lucem, rei Medicæ splendorem aucturus, & utilitatem non mediocrem allaturus. Datum Parisiis octavo Kalendas Novembris, Ann. Dom. 1638.

De S. Jaque Decanus.

Joannes de Bourges
Doctor Medicus Parisiensis.

Jacobus Cornuty
Doctor Medicus Parisiensis.

BE-

BENEVOLO

LECTORI,

JACOBUS THEVART,

Doctor Medicus Parisiensis,

S. D.

SI furit in sacram Convulsio Palladis arcem,
Et quatit incursu cetera membra suo.

BALLONIUS terso docet hanc curare libello,
Nec sinit humanum crescere in exitium.

Docta ergo hæc legito magni monimenta laboris,
Et volve assidua, Lector amice, manu.

Palladiæ liber hic vindex si dicitur arcis,
Quid vetat hunc sacrum dicere Palladium?

In Commendationem

LIBELLI

DE CONVULSIONIBUS

M. GULIELMI DE BAILLOU,
Medici Parisiensis olim Decani, & antiquioris Scholæ Magistri.

EPIGRAMMA.

DUM gravis excelsum labefactat causa Cerebrum,
Haud dubie, ut fertur, cetera membra dolent.
Franguntur vires animi, pariterque labascunt
Corpora, & ad stygias sæpe feruntur aquas.
BALLONIUS causas dum Spasmi, & signa recludit,
Auxiliis etiam queis medeare docet,
Efficit ut perstet Mens sana in corpore sano,
Optari a Medica quid magis arte potest?

JACOBUS THEVART,
Doctor Medicus Parisiensis.

In

IN EJUSDEM OPERIS COMMENDATIONEM.

EPIGRAMMA.

MOrbus ineſt nervis, Medicis Convulſio dictus:
Quem Spaſmum patria Græcia voce vocat.

Vis effrena mali, non illo ſævius ullum
Inſilit, & robur corporis omne quatit.

Non ita te Ixion laſſat rota: non ita torquent
Diſtentum Trochleæ, funiculique reum;

Spaſmus uti, vexans ægrum, vim viribus infert,
Et colluctantem ſternere dirus amat.

Hanc ſollers BALLONE doces depellere peſtem,
Gliſcere & ulterius qua potes arte vetas.

Sic deinceps melius Convulſio dicta feretur,
Convellet ſtudio quam Medicina tuo.

Adrianus Valeſius.

In Editum hoc opus cura

JACOBI THEVART,

Doctoris Medici Parisiensis,

EPIGRAMMA.

Miraris quod tot dederit Convulsio passim
Funera, tot miseris intuleritque necem.
Desine mirari: nondum tua cura, THEVARTI,
BALLONII prestans hoc opus ediderat.

Jacobus Cornuty
Doctor Medicus Parisiensis.

GUL-


GULIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI

DE CONVULSIONIBUS LIBELLUS.

In quo Solennis Quæstio explicatur,

Cur sauciatis dextra capitis parte, convulsio sanæ partis contingat.



QUUM ea quæ quæruntur eximia sunt, & cognitione dignissima, in iis ponendum est operæ plurimum, quum iniquum sit ulla inquirendi inveniendique difficultate deterreri. Nil enim est quod improbus labor non assequatur, & adeptos spes gloriæ solabitur atque deliniet. Ac illa non modo quærenda sunt, sed exquirenda expoliendaque, quum nulla sit tam abstrusa, & a sensibus animisve remota veritas quæ non labore eliciatur, & disputando limetur. Quæ nunc proponitur quæstio, multis negotium dedit, eorumque ingenia exercuit: ut in ea gravi tractatione quam περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων Hippocrates excoluit, hic unus ad disputandum reliquus angulus videatur. Cetera enim eo libro comprehensa, partim experientia, partim ratione, partim editis in id operis commentariis, satis patent & illustrantur. Ad hanc unam de convulsione partem omnes aspirarunt, hanc unam degustarunt, nullus est assecutus. Inutilis forte videatur hic noster, post tot virorum doctorum conatus, labor; sed si ceteris fuit studium & assequendi desiderium, mihi non deerit diligentia. Est enim in quo industriam nostram, quantula eacumque sit, ostentare possim. Si forte hic noster labor in quorumdam manus inciderit, eos, ut hunc boni consulant, rogo. Si non probent omnino, nec eo etiam consilio scripsi ut ab iis probetur, qui in alieno opere

nimium sunt ingeniosi. Susque deque fero, si aliqua probent, omnia non displicuisse gaudebo. Huc candidiores animos appello. Nitar, daturusque sum operam, & quoquo res vertat, meam de quæstione aperiam sententiam. Candidiores non appello, ut errori meo calculum adjiciant, sed ut post hæc lineamenta & adumbrationem, vivos colores addant & appingant. Adblandiuntur, scio, quidam, videnturque meo labori subscribere. Tali laudis aucupio non delector, sed blandiantur, dummodo per hoc mendacium nostrum studium commendetur. Non is sum qui tantum mihi tribuam, ut nil limatius, tersius, veraciusque scribi possit, sed

Est quadam prodire tenus.

Ultima enim fere scriptis omnibus deest linea; nedum nostris, quæ nulla re cum ceteris contendunt. Sed jam in quæstionis arcem ingrediamur. Primum quærendum, an id fiat ut sauciata dextra capitis parte, sinistra morituro convellatur. Deinde an sit vera convulsio. Tertio quando contingat, an solum morituris, & quum exigua extremaque spe salus pendet. Denique cur fiat. Quod quum confectum erit, habebit tandem animus in quo satiatus conquiescat. Et ea ratio ineunda est, alioquin vix veritas appareret. Eaque partitio plurimum orationi lucis & gratiæ conferet. Nec solum efficiet ut clarius sit quod dicetur, sed reficiet quoque legentem certo singularum partium fine, non aliter quam facientibus iter, multum detrahunt defatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Nam exhausti laboris nosse mensuram voluptati est, & hortatur ad reliqua fortius exequenda, scire quantum itineris supersit.

Ac quod oppositæ partis convulsio accidat, idque conclamatis desperatisque rebus, propter doctissimi Hippocratis auctoritatem recipitur. Hujus verbis, etsi demonstratione non roborantur, tamen fidem derogare nefas est. Etsi vero nulla superesset auctoritas, sensus ipse fidem facit. Ubi autem is adest, frustra de re dubitatur. Loci autem in quibus Hippocratis latet auctoritas tantisper lustrandi sunt, donec ex obscuritate veritas eruatur. A libro περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων auspicandum, quod illic de læsionibus capitis de instituto agatur. Ita Hippocrates: Si cui ex vulneribus capitis moriundum est, nec servari is potest, his signis hoc colligatur. Convulsio (quæ inter symptomata enumeratur) plerosque invadit in alia corporis parte. Si in dextra parte fuerit vulnus, sinistra convelletur, & contra. Et de Evergetæ filio in capite læso: Livefactis ossibus sanies exiit graveolens, vomitus contigit, & sub finem convulsiones. Membrana imputris erat. In Græco, ἢ τὰ σπασμώδεα ἐπὶ τῇ τελευτῇ, idest, morte instante. Τελευτᾶν enim & mori, & desinere, & ἀποκείνεσθαι, ex Philoth. significat. Subdit Hippocrates, ita ut alii clangosam vocem ederent, alii impotentes fierent; & si in dextris esset vulnus, sinistris convellerentur. Et hic locus paullo difficilior: Nam a duobus particularibus exemplis ad plures in capite sauciatos orationem transtulit. Et dubitatur an sit is periodorum sensus, & si in dextris vulnus esset, ἀκρατέες, idest,

lib. 7. Epid.

„ ideſt, impotentes parte ſiniſtra fierent, vel, ſi in dextris eſſet vulnus, ſiniſtra parte convellerentur. Uterque ſenſus e textu erui & elici poteſt, etſi poſterior cum re propoſita magis cohæret. Eſt & alius apud Hippocr. lo-
„ cus: In Omilo famula capite læſa eſt: ei fuit intereundum præ magni-
„ tudine τρώματος: Convulſio manum ſiniſtram invaſit, nam in dextris magis ulcus habebat. Hinc patet neceſſe eſſe ut alia pars, quam quæ vulnerata eſt, convellatur. Sed alia commemoranda hiſtoria: Antonomus
„ ex capitis vulnere mortuus eſt. Suturis inflictum erat vulnus ſincipite me-
„ dio. Non animadverti: ait Hippocr. eum ſecari oportere. Suturæ me
„ deceperunt. Eleganter Græce, ἔκλεψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαί. Primum
„ ad claviculam, deinde ad latus dolor vehemens. Convulſio utramque ma-
„ num afflixit. In medio enim capite ac ſyncipite erat vulnus. Hic ratio redditur cur ad utramque manum convulſio pertinuerit: media enim capitis pars læſa erat, ut æque & dextras & ſiniſtras convulſio occuparet: quaſi neceſſe ſit aliam partem ſauciari, aliam convelli. Deinde ait dolorem & ad claviculam, & ad latus (ſed utrum fuerit latus non dixit) perveniſſe. Id quod non contingit citra effuſionem ſeri maligni eo, tranſactis velut cuniculis, permanantis. Ut etiam de Metrophanti filio legere eſt qui quum in capite læſus eſſet circa humerum abſceſſus eſt obortus. Ac quæri poteſt, an quæ cauſa in ſuperiore ægro convulſionis in manibus fuerit, eadem dolorem in humero excitarit. Accedit quod phlyctænæ quibus lingua perſperſa eſt, ab eodem ichore principium duxerint, qui ab interiore cerebro male affecto expreſſus eſt, & tales phlyctænæ mortis prænuntiæ putantur. Niſi dixeris ideo utramque manum convulſam, quod media capitis pars fuerit ſauciata: claviculam & humerum affici, aut per ſimplicem conſenſum, qui ſine materia fit, aut per communicationem materiæ. Quæque materies tumentem faciem reddit, eadem refuſa ac rejecta deorſum dolores eſt genitura. Itaque ut pars dextra tum convellitur, cum ſiniſtra ſaucia eſt, ita utramque manum promiſcue convulſio attingit, quia mediam capitis partem vulnus obſedit. Nec eſt credibile iſtam dolentem claviculam humerumve analogiam habere cum parte dextra aut ſiniſtra quæ elanguet aut reſolvitur, quum Hippocrates meminerit doloris in clavicula oborti.

5. Epid.

Hipp. 5. Epid.

Hippocr. 4. Epid.

Quamquam & obiter quæſtio moveri poteſt, cur ad manus potius convulſio pervenerit; cum in ſyncipite vulnus fuerit? At nervi qui motum manibus impertiunt hinc non oriuntur, ſed a primis cervicis ſpondylis. Id ex Galeno quum explicat cur Pythioni tremor a manibus inceperit, quum in primo intercoſtali congeſta eſſet materies lenta & craſſa. Hæc autem ad inferendam ſpirandi difficultatem ſatis non erat, ad tremorem manuum & convulſiunculam
„ ſuffecit: Cum Pythioni manus tremuerint, ait Galenus, probabile eſt in
„ primis thoracis regionibus, ubi continuus eſt thorax ultimis cervicis vertebris,
„ humorum copiam extitiſſe non multam ut dyſpnœan excitaret (quamquam &
„ primum μεσοπλεύριον, ad reſpirationem non valde confert. Et quum eſſet
„ vitium in nervorum radicibus qui ad manus perveniunt, & nervi grava-
„ rentur, tremor manuum contigit. Nam ex primo meſopleurio & verte-
„ bris ſuperpoſitis nervi muſculos manuum moventes naſcuntur. Et de filia

Galenus Com. ad ſect. 1. lib. 3. Epid.

„ Ageſii

„ Agesii quæ quum esset anhelosa, manum doleret, ita Galenus: Docuimus „ si pectoris partes superiores circa primum & secundum costarum intersti- „ tium laborant, consentaneum esse ut manus in istius affectionis consensum „ adducantur: nervi enim ab istis interstitiis ad manus derivantur. Itaque credibile istam saniem quæ dolorem in claviculis & latere peperit, dum τὸ μεσοπλεύριον proluerer, convulsionis in ipsis manibus causam exstitisse. Nam partium vicinitas ad id facit, & quæ sunt vicina quæque propinqua ea primum ac maxime affici solent. Unde Hippocr. animadvertit in pleuritide partium thoracis superiorum, gravitatis sensum oboriri circa brachium ad musculum qui vulgo scalenus vocatur, distendi enim ajunt istum musculum ob plethoram venæ illac transeuntis, & item in claviculis dolorem. Nec enim abs re est assignata hæc distinctio. Dolor enim ob tensionem fit κατὰ τ. συμπάθειαν, quia partes iis continuæ quæ inflammantur, citra sanguinis redundantiam tenduntur. Sed id ob membranarum naturam & continuitatem fieri solet. Unde multi decipiuntur qui ideo a defluxione a capite pleuritin oboriri putant quod ad jugulum & vicinas partes dolor pertingat. Id enim non contingit ob humoris affluxum, sed propter sympathiam. Gravitas vero circa brachium sentitur, quia illuc sanguis & repat, & ibi coacervetur. Gravitatis sensus plenitudinis est signum: Et si humoris copia tensionem facit, tensio vero dolorem: Ut nil interesse videatur, sive sit tensio, sive gravitas, quum dolorifica sit tensio. Aliter tamen res habet. Aliud enim tensio ob cumulum & congestionem in parte ipsa, aliud tensio per sympathiam in partibus præsertim membranosis. Quamquam in pleuritide est & collectio systropheque in parte ipsa, & tensio per sympathian partium vicinarum. Sed hæc obiter dicta sint: licet ab instituto paullo alieniora, tamen ex iis quædam elicientur quæ ad rem multum pertinebunt.

Galen. Comm. ad part. 4. sect. 4. 6. Epid.

Hipp. 2. acut.

Ac jam confectum esse puto auctoritate Hippocratis in letalibus capitis vulneribus partis adversæ convulsionem contingere. Nec refert scire a quo vulnere, & qua in parte inflicto, seu nervus incidatur, sive cranium solum, sive os scindatur aut effringatur, hoc formidandum symptoma eveniat. Omne enim capitis vulnus letale, & a quo mors necessario consequitur, eam convulsionem inducere potest. Non quod omnes eo modo convellantur necessario, sed id ut plurimum evenire testatur experientia. Et quum meminimus letalis vulneris, id audiendum vel per se, vel κατὰ τὸ συμβεβηκός. Est enim ubi vulnera quædam sanabilia putantur, quæ ex eventu letalia sunt: Est ubi quædam toto genere sunt ejusmodi.

Locus postulat ut quæramus an vere sit convulsio, an tantum σπασμῶδές τι. Singultus convulsionem quidem refert, convulsio tamen vere non exsistit. In suris tibiarum dolor sæpe excitatur, hic a flatu excitatur, & σπασμὸς φυσώδης dicitur, & συνολκὴ, convulsio tamen proprie non vocatur. Et hystericis αἱ συνολκαὶ σπασμώδεις sæpe contingunt, quæ tamen in veram convulsionum familiam recipiendæ non sunt, nec enim σπασμοὶ vocari debent. Unde Hippocrates quum affectionem aliquam vere convulsionem esse non putat, non σπασμὸν, sed σπασμῶδές τι vocare solet: & ita

Fernel. in Pathologia. Galenus Comm. in Prorr.

a vera

a vera convulsionis essentia rem separat & distinguit. Et quodam loco: Singultus, ait, est tamquam διάθεσις σπασμώδης τοῦ στόματος τῆς γαστρός. Ubi notanda est loquendi formula. Et alias affectum convulsivum vocat qui ante „ mortem necessario convulsionis affert periculum. In Prorrhetico autem vo- „ cat τὰ πάθη σπασμώδεα, in quibus in principio, aut non multo post „ quam fieri cœperint convulsiones perseverant ex repletione ortum habentes. „ Quæ enim ab initio prehendunt, a repletione magis oriuntur. Quod diligenter animadvertendum est. Quod autem ea musculorum retractio versus suum principium, in eos sæpe incidens qui vi τῶν τρωμάτων interituri sunt, vere sit convulsio, ex ipsa definitione intelligi potest. Sed hujus partes omnes hoc loco expendere, non est nostri otii. Ceterum hanc affectionem Hippocrates σπασμὸν non vocasset, nisi vera convulsio foret. Aliis enim locis quum convulsionem impropriam significat, ita loquitur, σπασμός τις, vel σπασμώδεα πάθη, vel συνολκαὶ σπασμώδεες. Omitto hic τὰ σπάσματα, quæ vicinitate nominis σπασμόν τινα significare videbuntur. At hoc nomine divulsiones aut nervosarum propaginum, aut membranarum includuntur, nec nomine τοῦ σπασμοῦ continentur.

Com. ad part. 23. sectio. 1. lib. 1. Prorrh.

Nec abs re dubitatur an sit proprie convulsio an non. Frustra enim quæreretur cur resoluta parte una convellatur altera, si non esset convulsio. Atque ita primo in verbo laborandum fuit: nec abs re id inter primarios Medicos controvertitur. Alii enim credunt eam retractionem oppositi musculi, partis adversæ oppositæque musculo aut præciso, aut resoluto, vere convulsionem esse, sed id fieri ex eventu: ut pars quidem convellatur, sed veram convulsionis causam in se non contineat. Nam quum convulsio aut inanitionem, aut repletionem auctorem suum agnoscat, si pars proprie convellitur, causarum alteram præsentem habeat necesse est. Sed paralypsis partis oppositæ, convellendi ex eventu alteri parti occasio exsistit. Id autem solenni axiomate corroboratur. Quoties in diversis partibus musculi congeneres pares virtute exsistunt, resolutio unius convulsionem alterius afferre solet. Alii id non convulsionem propriam, sed retractionem revulsionemque quamdam, aut rigorem potius crediderunt. Quorum opinionem ut nimis supinam facile Hippocr. auctoritas labefactabit. Nec credibile esset tot locis Hippocratem verborum proprietati studentem nomine τοῦ σπασμοῦ in vulneribus capitis usum fuisse, si aut rigor tantum, aut revulsio, aut simile quid fuisset, non autem convulsio. Et verborum Hippocratis proprietas est potius amplectenda, quam quorumdam Latinorum non satis plausibilis diligentia. Licet Tetanum rigorem Celsus verborum lenocinio verterit, non desinit tamen Tetanus vere esse convulsio. Species enim veræ Convulsionis putatur. Et quod de Tetano dicitur, idem de ea convulsione dici potest, quæ sequitur alterius partis resolutionem. Quia enim parte altera resoluta, sana pars sese contrahit, eam vere convelli negant. Aliquando enim ea pars contracta velut immota manet: Omnis autem convulsionis essentia in motu consistit. Si motus deest, vera quoque convulsionis deest essentia. Atque hoc se præsidio satis tutos putant. Quod si verum est, nec Tetanus, nec ἐμπροσθότονος, nec ὀπισθότονος vere convulsio est, nec ea retractio quæ paralysin alterius partis sequitur quia immota manet,

nec

nec ea convulsio quæ inciso oppositæ partis musculo incidit. Sed admittamus in Tetano totum velut rigere corpus & immotum manere, item præciso musculo oppositæ partis partem alteram retrahi deinde quiescere, tamen in morituris a vulnere capitis pars quæ convellitur non ita immota manet: sed alias contrahitur, distenditur, riget, alias subsultat & convulsorie movetur: tandemque appetente morte tota immobilis riget. Idem & oculis, & palpebris, & aurium fibris contingit. Convulsio enim in eas partes incidit, & tamen est potius quædam τάσις, quam κίνησις: ut potius convulsio consistere videatur (quod doctrinæ gratia dictum velim) ἐν τῇ τάσει, quam ἐν τῇ κινήσει. Id quod etiam Galen. abunde explicavit. Dum enim exponit quid sit ὄμμα πεπηγός Hippocr. ita ait: Fixus concretus„ que fit oculus ob moventium oculos musculorum imbecillitatem (legendum est, immobilitatem, quum Chalcographus similitudine vocum deceptus fuerit) immobilitas autem propter omnium oculi musculorum vel „ resolutionem, vel æquam, & quæ in neutram partem vergat, tensio„ nem fieri solet, vel ob exactam moventis musculos potentiæ imbecillita„ tem. Hic vides immobiles fieri oculos διὰ τὴν τάσιν ἰσόῤῥοπον, hoc autem ad convulsionem refertur, & tamen immobilitas & rigor quidam est. Et in Prognost. quum agitur de aurium fibris quæ præ siccitate in„ vertuntur, ita Gal. Ab inanitione & siccitate aurium fibræ invertun„ tur, extenuantur, siccantur, & sic retrorsum tenduntur versus origi„ nem musculorum sensum illis præbentium. Etenim corrigiis exsiccatis convelli proprium est. Tensio itaque fit & convulsio: id autem absque motu non est. Motus autem est quia a termino a quo ad terminum ad quem fit mutatio. Et licet pars postea rigeat in eodemque statu maneat, non desinit tamen convelli, ut non sit amplius ἐν τῷ γίγνεσθαι, sed ἐν τῷ γενέσθαι. Facile autem siccatis musculis & nervis contingere solet. Accedit ad superiora de convulsione palpebrarum notandus locus. Quum palpebra pervertitur, aut distrahitur, aut contrahitur (signi„ ficantius Græce, τὸ βλέφαρον καμπύλον, ῥιγνὸν, συνεσταλμένον) id aut „ propter tensionem convulsificam, aut ob resolutionem in altero ex musculis oculos claudentibus fieri solet. Et Galen. semper usurpat τῆς τάσεως nomen, quum dicit διὰ τὴν τάσιν σπασμώδεα, fieri istam συστροφὴν, vel συστολὴν, quamquam συστέλλεσθαι καὶ συστρέφεσθαι idem. Et iste neotericus qui magnum quid se effinxisse putat quum ait præciso musculo opposito, aut paralysi partis oppositæ non contingere veram convulsionem, sed quamdam potius retractionem & rigorem, quum pars quæ retrahitur, & sana sit, & immobilis maneat, alucinari nobis videtur. Hippocr. enim & Galen. indifferenter utuntur vocibus, ἀπεστραμμένον, συνεσταλμένον, καμπύλον ἢ ῥιγνόν. Ut distorsio, retractio, perversio, tensio convulsifica, nomine convulsionis includantur, præsertim si motus involuntarius præcesserit. Non quod per se ἀποστροφὴ, ἡ καμπυλότης, aut συστολὴ sit σπασμὸς, sed quia illa quæ convelluntur καμπύλονται συστρέφονται, καὶ συστέλλονται. Nec ita Neotericus in vocibus ludere debuit ut nomen convulsionis in præcisione musculi oppositi, aut vulnere capitis obrueret & obscuraret. Unum obiter monere oportet. Diximus ante perversionem palpebræ contingere

Comm. ad part. sectio. 2. lib. 1. Prorrh.

solere

solere, tum ob convulsificam tensionem, tum ob resolutionem quæ contingit uni musculorum oculos claudentium. Hoc multis mirum videtur quibus est potius credibile istam contorsionem a tensione convulsifica esse, quam a resolutione musculi. Sed quæstionis hujus solutio ab interprete τῶν προγνωστικῶν repetenda.

Ac jam an non vere convulsio esse possit, uti est visum isti neoterico, aperiundum est; vere, inquam, convulsio nisi manifestus sit motus. Definitur enim motus ἀπροαίρετος musculorum versus suum principium. Ac arguit Fallopium & eos qui resoluta parte & una alteram proprie convelli putant, quod convulsiones quasdam immobiles comminisci videantur. Ac primum ex Celso citat aliud esse rigorem, aliud distensionem nervorum: Ut in Epilepsia & tortura speoris vere sit convulsio & distentio nervi, in Tetano autem & aliis duabus speciebus non sit vere σπασμός, ut Tetanus & aliæ duæ species ad rigorem, non ad convulsionem revocentur. Indeque id consequi putant quod non sit motus. Quod si motus desit in ea contractione quæ accidit ex vulnere capitis interituris, aut in ea quæ ex præcisione musculi evenit, desinit quoque vera esse convulsio. Præterea argumentum nectit ex etymo ipso. Tetanus enim ἀπὸ τοῦ πόνου derivatur, πόνος ἀπὸ τοῦ τείνεσθαι, at τὸ τείνεσθαι καὶ σπᾶσθαι longe discrepant: Tetanus itaque proprie convulsio, non est. Et concludit ἐν τῷ σπασμῷ motum esse, ἐν τῷ τόνῳ ἀκινησίαν. Sic motus de essentia convulsionis exsistit. Et τὸ σπᾶσθαι, absque motu non est: τὸ δὲ τεινόμενον contra: ubi itaque immobilitas est, ibi abest convulsio. Contra licet objicere illud Hippocratis: Ille enim eam inter paralysin & convulsionem statuit differentiam, ut convulsio ἐν τῇ τάσει exsistat, & paralysis ἐν τῇ λύσει. Quum avis præpetibus alis in aere subnixa volat, dicitur esse ἐν τῇ τάσει. Galen. autem lib. de motu musculorum hoc proprio nomine vocat τόνον, & κίνησιν τονικὴν ejusmodi actionem. Contentio enim æqualis est facultate animali vegeta ac erecta: sed quum telo icta præceps devolat, ἐν τῇ λύσει esse dicitur. Facultatum enim est obitus & ruina. Illaque contentio naturalis penitus sublata est. Item quum ægri decumbentes rectam figuram retinent, facultatis integræ signum id exsistit, quum vero ad pedes devolvuntur ac projiciuntur, non jam amplius actio est, sed morbosa affectio, inclinante ac occumbente facultate. Unde ista ἔρριψις καὶ τῶν ἄρθρων ἀνάκλασις, καὶ τὰ σκέλεα διακεκαμμένα, καὶ διαπεπλεγμένα, aut interitum, aut magnam perniciem præsagio quodam indicant. Tollitur enim καὶ τόνος καὶ τάσις partium, & λύσις καὶ θάνατος succedit. Ista autem τάσις, quæ ἀπὸ τοῦ τείνεσθαι derivatur, aliquando naturalis est, aliquando contra naturam, ut ἐν κινήσει τονικῇ, ut in convulsione, nec desinit motus aliquis esse sed subobscurus. Inflexio autem corporis duplex est, una mala & summæ infirmitatis signum, nesciente ægro qua figura sese componat. Unde & ἔρριψις καὶ τὸ διαπεπλεγμένον κακόν. Alia est inflexio roboris naturæ index per contentionem quamdam musculorum. Et ea bona est, immo facit ventriculos quosdam excretioni ventorum & excrementorum idoneos. Ideo Aristoteles dicebat melius esse cubare inflexo corpore quam intento. Inflexo corpore, locus datur flatibus. Extento nulla caverna ejusmodi potest adigi. Locum enim omnia viscera complent, inflexo laxantur & sinuantur. Locus hic præclarus probl. 3. lib. 6. Probl. Arist. Et apud Gal. ἐκτείνεσθαι con-

2. Epid.

Galenus cap. 4. lib. de rig. & palpit.

1. Progn.

Ad aph. 2. lib. 5.

convelli proprie significat. Id non animadvertit neotericus qui ἐν τετάνῳ καὶ ὀπισθοτόνῳ, negat motum esse, sed tantum πόνον καὶ τάσιν τινά, ideoque motum abesse, & sic convulsionem nullam esse. Ut ante docuimus ἐν τόνῳ καὶ τάσει motum esse obscurum, & quasi implicitum. Quid respondeat Hippocrati? qui ita de Epilepsia ait, venas internas secato dum magnus morbus in tensione est, Græce ἐν τῇ τάσει. Vere autem intelligit de paroxysmo Epileptico in quo alias motus est obscurus, alias manifestus, & τάσις quædam est: in Tetano non est manifestus. Non video cur Celsus Tetanum, & alias species nomine rigoris expresserit. Nisi forte a quodam accidenti, nempe a rigiditate quadam partium, maluerit per rigorem quam per convulsionem exprimere: ac si ea formula loquendi esset plausibilior, & ad sensum potius accommodata. Ita autem loquitur, frigidus modo convulsionem, modo rigorem infert, illud σπασμός, hoc autem τέτανος dicitur. At hic potius verborum quodam lenocinio & aucupio laborat. Ceterum in Tetano motus est & is obscurus, sed perpetuus motus est cum contentione quadam, unde incredibilis dolor est. In aliis convulsionibus distentio fit, & succussus, sed etiam excussio, & motus est manifestus. Et Tetanus definitur convulsio perpetua totius corporis rigidi, & in neutram partem inclinantis. Fit enim contractis ad suum principium musculis, & in ea contractione manentibus. Nec quæ convelluntur partes moveri videntur, quod æqualiter ante & retro tendantur. Tensio autem hæc non fit citra motum non tam sensu quam ratione deprehendendum. Et eo crudelior hæc convulsio, quod perseverat, brevique hominem consumit, ut quæ in numerum acutissimorum morborum referatur. Et quia convulsio non intermittit, accessionibusque non est distincta, ideo manifestus non est motus. Quod autem in ea contentione motus fit aliquis cum naturæ conatu, inde patet, quia partes breviores fiunt & contractiores: Instante autem morte λύονται, solvuntur, & μαλθακῶς laxantur. Huc autem afferre licebit exemplum de speciebus articulationis. Διάρθρωσις καὶ συνάρθρωσις, ex eo differunt quod in illa sit motus manifestus, in hac nullus, aut subobscurus addit Gal. lib. περὶ ἄρθρων. tamen ἀρθρωδία species ad διάρθρωσιν refertur, quamvis in multis partibus quæ διὰ τῆς ἀρθρωδίαν articulantur, aut nullus, aut admodum obscurus fit motus. Id in connexione costarum cum vertebris, radii cum carpo, & astragali cum osse scaphoide cernere est. Sic non est exacte motus quærendus, nec in speciebus articulationum in quibus motus esse debet, nec in convulsionibus, quamvis per motum ἀπροαίρετον definiantur. Et quum Hippocrates in ulceribus tibiarum nec ambulandum, nec sedendum putat, etiam in sessione ipsa motus est aliquis. In Tetano motus est tonicus, ἀπὸ τῆς τάσεως nomen habens, & ἀπὸ τοῦ τόνου. Tonus autem, ait Aretæus, & τῶν νεύρων & τῆς ἐντάσεως nomen est, idest, & nervum, & nervi contentionem significat. Est autem hac in parte potius Galenus sequendus. Ita enim de motu tonico „ scripsit. Quatuor differentiæ motuum in musculis reperiuntur. Nam aut „ contrahuntur, aut extenduntur, aut transferuntur, aut tensi manent. „ Tetanus autem fit dum invitæ partes in contraria ab oppositis musculis re„ trahuntur. Constat autem ἐκ τοῦ ὀπισθοτόνου καὶ ἐμπροσθοτόνου. Ut ridendus sit qui ἐν τῷ τόνῳ, motum esse negat, ut quum brachium tensum manet omnibus

Epid. sect. 5. lib. 2.

Hippocr. σπασμὸν ἀπὸ τετάνου distinxit Aph. 17. & 20. lib. 5. & Aph. 5. lib. 4.

Galeno cap. 2. lib. de Sympto.

nibus musculis pariter contendentibus. Et τῷ τόνῳ τὴν ἀκινησίαν attribuere plenum est ignorantiæ, ac si motus tonicus motus non sit. Immo major est actio & contentio musculorum quam si reflecteretur vel inflecteretur. Galen. autem doctrinæ gratia motum tonicum promiscuum quid putat ex motu & immobilitate. Tandem ita conficiunda est tota res. Quum membrum contortum apparuerit, perinde ac si in naturali situ foret, rigidum tamen manet, nec ab eo situ dimovetur, convulsio est musculi qui ad proprium principium contractus partem simul cui inseritur adducit immobilemque reddit. Ea tamen cautio est adhibenda, dummodo id non fiat vitio peculiari articuli. Callus enim in articulo enatus, aut humor prohibere potest liberam in juncturis motionem, quod contingit cum luxatio in particula non recte curata fuerit. Id quod ἐν τῇ ἀγκυλώσει cernere est, contorta quidem pars est, & manet in eo statu unde non dimovetur, convulsio tamen non exsistit. At quod partes contrahantur intorqueanturque τὸν τρόπον σπασμώδη, licet motus evidens non sit, & tamen convulsio sit, satis ex superioribus apparebit.

causis. Galenus loco superiore.

Reliquum est ut quæramus cur convulsio partem sanam in iis qui a capitis vulnere interituri sunt, occupet, & an solis morituris id contingat. Posterioris partis assertor videtur esse Hipp. Si cui, ait, e vulnere capitis moriendi necessitas imponitur, nec servari potis est, his signis ita colligendum, &c. Tunc meminit istius convulsionis. Sic illa convulsio desperatis profligatisque omnibus hominem adoritur sauciatum eumque consumit: nec alias incidit, nisi quum, resoluta parte una, extremo ipso spiritu ac conatu natura succumbere parata est.

Ac ut res eodem filo facilius explicetur in causas convulsionis inquirendum est, an inanitio & repletio duæ solæ sint causæ, an convulsio ex accidenti fiat eaque ad alterutram causarum referenda sit, an vera sit, parsque quæ afflictis ita rebus laborat, convellendi causam in se contineat. An vero ea convulsio extremi tantum conatus naturæ sit consequens, an a morbo fiat, an a natura, an ab utroque. Num repletio, num inanitio eam afferat, an sit quid tertium. Et in eo difficultatis nodus consistit. Quod autem ad convulsionis causas pertinet, si quis præter inanitionem ac repletionem causam aliam statuerit, paullo fortassis alienior videatur. Tamen Galenus quum de singultu agit, tertiam causam commentus est, quum tamen singultus convulsionis rationem induat. Et ut concedam vere convulsionem non esse, quod ad causam attinet, idem est judicium. Et Galen. ex Hippoc. animadvertit singultum eo modo quo & vera convulsio oriri creditur, a repletione & inanitione principium causamque ducere. Vulgo tamen inter convulsionem & singultum differentia statuitur, quamvis aliquid affine habere videantur. Eoque primum a convulsione singultum secernunt, quod hic sit motus quidam conflatus ex laxitate quadam & contractione. Primum enim laxat se ventriculus cibosque ea ratione deserit, nec naturaliter complectitur, deinde collectis veluti viribus seipsum astringit, magnaque totius sui corporis compressione singultum edit. Et Galenus dum agit de subversione ventriculi docet laxitatem a copia contingere, & a nimia humiditate, Irriguus enim ventriculus per nimiam humectationem eodem modo laxatur quo

Com. ad Aphor. 13. lib. 6.

Cap. 3. li. κατὰ τόπους.

„ quo & nervorum ligamenta. Unde ventriculi contingit affectio que ὑπτιασμὸς & ἀνατροπὴ vocatur. Quamquam ὑπτιασμὸς, & nauseabundam ventriculi affectionem significat, & appetitus abolitionem Donati opinione, ut idem omnino non sit quod ὑπτιασμός. Latine supinitas ventriculi redditur & subversio. Quamquam nomen ὑπτιασμοῦ in ea significatione non legitur apud Hipp. sed aliter libro de fracturis. Significat enim χρονίαν μορίου τινὸς ἐπίκλισιν, quum diu pars veluti supina jacuit. Si itaque ventriculus primum laxatur atque dissolvitur, sed deinde seipsum colligens constrinxit, duplex omnino motus esse videbitur: ideoque vere convulsio non est. Nisi quis dicat distentionem nervorum (quæ Græcis σπασμὸς dicitur) & contractionem & extentionem significare. Nisi enim distentionis nomen contractionem aliquam significaret, frustra nomen σπασμὸς Latine distentio redderetur. At longe aliter res habet. Nam quum ventriculus nimia humiditate irriguus laxatur, non convellitur. Sed quum molesta est materia, qualitate potius quam quantitate infestans, tum sese colligens, dum excutere rem molestam conatur, singultiendi occasionem affert. Audiatur Gal. tres singultus causas pluresque assignans & duas tantum veræ „ convulsionis. Ego in convulsione tertiam causam præter inanitionem & „ repletionem nondum reperi: singultum vero sine his fieri video, acribus „ humoribus, aut serosis, aut medicamentis stomachum mordentibus, quibus „ rejectis cessat singultus. Et cibo mordacem qualitatem nacto singultus con„ tingit. Et aliis locis: Singultus est convulsiva oris ventriculi affectio, quod „ os vel humorum copia gravatur, vel mordetur, vel propter frigiditatem „ contristatur. Alii ex rigore oris ventriculi singultiunt. Et pueri singultiunt „ tum ob corruptionem alimenti in ventriculo, tum ob partis frigiditatem. In quo Galenus bifariam decipi videtur. Serosus humor, aut piper in ventriculo dissolutum, aut corruptio alimenti ad repletionem referuntur. Sic frustra tertiam illam singultus causam confinxit. Denique, si tertia hæc statuitur singultus causa, eodem modo & tertia veræ convulsionis causa poni statuique potest. Nam aura tetra inferne elata feriens cerebrum & convellendi occasionem afferens, nec ad repletionem, nec ad inanitionem referetur. Item si ex frigore convulsio contingit, quo modo ex rigore & frigore oris ventriculi singultus oritur, an ad repletionem, an ad inanitionem revocabilis est? Si quædam tertia causa hæc constituitur, a seipso Galenus dissidebit. „ Hujus hæc verba sunt: Quod vero ex plenitudine jugiter (συνεχῶς Græce, „ an bene reddatur Latine, videatur) singultus fiat, indicant pueri crebro, quum „ sunt repleti, singultientes. Rigor autem & frigiditas omnis quum nervosa corpora difficilia ad difflandum reddant, causa sunt ut repleantur, atque ideo in ipsis singultiunt, hic textus bifariam contra Galen. facit. Nam & exemplo puerorum docet a repletione singultum esse: Tamen paullo ante adducit idem de pueris exemplum ut tertiam aliam causam a repletione, & ab inanitione astruat. Secundo, dum frigus & rigorem, Græce τὸ κρύος, quod potius rigens frigus aut crudorem interpretamur, tamquam tertiam convulsionis causam necnon & singultus constituit, ut nec nomine repletionis nec inanitionis comprehendat, aliter longe hoc in loco sentit. Nam ad repletionem refert frigus istud. Replet enim ex eventu dum spiramenta cutis stringit. At hæ

Cap. 67. Patholo. Hippocr. lib. 2. de fractur.

Comm. ad part. 23. li 1. Prorrh.

Com. ad Aph. 13. lib. 6.

hæ opiniones longe sunt dissentaneæ. At tantum virum, quantum Galenum agnoscimus, inconstantiæ insimulare nefas puto. Et forte in aliis locis paullo largius, in aliis paullo strictius de convulsione & singultu disputare voluit. Nam dum omnis & convulsionis & singultus causam ad repletionem & inanitionem referimus, nimis fortassis generaliter pronuntiamus. Hoc autem sæpe erroris occasionem in medendo prætexuit. Ubi enim Medicus putat ab inanitione affectum non oriri (non enim sæpe & convulsio, & singultus ab inanitione est, quamquam fieri non negamus) statim ad repletionem tollendam se convertit. Unde ut evacuationem moliatur, nullum non medicamenti genus experitur. Indeque ægris periculum non raro intentatur. Una enim cum humoribus quos frustrà medicamentum exagitat (ut pote qui morbi causæ non sint) anima ipsa evolat. Ut quum singultus a pressu costarum, a maligna aura, a perfrigeratione, a prolapsu intestini oritur, is ab inanitione quidem non est, an a repletione? Si repletio, quænam? Et quod remedium adhibendum? Itaque prudenter Galenus præter inanitionem & repletionem, novam quamdam singultiendi causam comminiscitur, quam utinam & ad convulsionem quoque retulisset Sic Medici falsa repletionis opinione ducti, tot evacuantia remedia non excogitarent. Hinc nil nisi vexatio, & medentium magna sequitur calumnia. Et hæc forte causa est quæ induxerit Galenum ut tertiam istam causam adumbraret. Gorræus in definitionibus Medicis, & Hollerius eam partem attigerunt, & rationes explicarunt quibus se eam Galeni opinionem tueri posse putarent. Hanc autem quæstionem Doctiss. Scaliger Comm. in lib. decimum Aristotel. de Hist. Animalium nuper in lucem editum, explicavit. Quis negabit humorem nullo modo auctum acrem aut acidum evadere, & nervos pungere, unde convulsio? Et Avicennas a caliditate sine materia convulsionem nasci putat, ut non repletio, non inanitio causa sit. Nisi forte dicat quis, fieri posse, ut is humor qui non nimius, sed ceteris æqualis habeatur, dicatur ideo abundare quod ad naturæ functiones aut pristinam concretionem inutilis sit. Et ad eamdem Cæsaris sententiam accedit quod ait Gal. Comm. ad Aphor. 57. lib. 5. ob cachexiam totum corpus aggravatur sanguine, licet modum naturæ convenientem sua multitudine non excesserit. Certum etiam est Avicenam statuisse convulsionis epilepticæ speciem quam vocat non proportionatam ad materiam. Et ea est quæ κατὰ συμπάθειαν fit, qualitate mordaci quæ rara est: & ejus Galen. meminit in locis affectis in hist. Grammatici, quæ vero ab inanitione aut repletione est ea est κατ' ἰδιοπάθειαν quamquam σπασμός τις priorem illam quodammodo ad repletionem referat. Quod quoniam quæstione dignum reperimus, ab eo non fuit abstinendum.

Paullo plenioribus velis solvimus, sed remigrandum est, quum superius constituerimus explicare cur morituro ex vulnere capitis pars sana convulsione tentetur. Nam convulsionis causas generalius explicare expedireque oportuit, ut ad eas ea convulsio revocetur quæ vulneris occasione contingit. Quod dum fieret nova quædam difficultas oblata est. Nam quum idem forte de singultu judicium foret, est enim singultus σπασμός τις, æquum visum non est duas convulsionis causas, ipsius autem singultus tres assignare. In quo forte constans in Galeno opinio desiderari potuit. Vacillat enim

dum modo frigus tamquam quid tertium constituit, modo qualitatem ex cruditate resultantem. Sic nodus iste dissolvendus fuit, alioqui vix ea difficultas explicari potuisset. At iis difficultatibus devoratis liberius excurrere licuit. Quamquam quod nunc proponitur, difficillimum est ad explicandum. Pauci enim, quos modo sciam, in ea parte elaborarunt.

Potissima quæstio est quæ nostra ingenia exercere debet, cur sana pars convellatur, & ægra resolvatur. Cur enim pars ægra non convellitur potius, deinde resolvitur & elanguet? Ac primum nosse oportet, quum nostrum corpus geminum sit, dextra dextris magis consentire & sinistris sinistra. Unde illa εὐθυωρία, & τὸ κατ' ἴξιν, toties ab Hippocrate celebratum. Tamen non desinit magnus esse consensus dextrarum partium cum sinistris, & contra. Porro quum fiat consensus vasorum communione, operis societate, & generis similitudine, quumque ea quæ vicina sunt quæque propinqua primum ac maxime affici soleant, non parvi refert scire qui resoluta parte sinistra, dextra convellatur, versusque suum principium retrahatur. Ac posuimus ante duplicem esse consensum, unum absolutum, alterum secundum quid, ut recentiores loquuntur. Absolutus dicitur quum (exempli gratia proponatur dolor capitis) ad cerebrum ipsum nil pertinet corporeum a parte communicante præter lesionem ipsam, idest, non tam fit per communicationem materiæ, quam affectionis & doloris participationem. Ob generis enim similitudinem læso nervo in parte aliqua, cerebrum, aut musculus temporalis absoluto consensu fit doloris consors, consentiens & particeps: Contra, si dolor communicatur per materiam aliquam summissam translatamve, seu sit ichor, seu exhalatio, seu spiritus, communicatio non absoluta vocari solet. Maxime vero per spiritus ipsos affectum communicari arbitrantur. Quæ opinio maxime placuit Herodoto qui nullam sectam sequi visus est magis, quam eorum qui spiritibus omnia tribuerunt, Græci πνευματικὸς vocant. Arculanus ex Avicenna exempla proponit consensus absoluti, dolorem capitis ex convulsione, ex dolore juncturarum & punctura nervi. In iis enim negant quippiam corporeum & materiale ad caput rapi, ut non vapor, non spiritus eo ascendat, sed aut qualitas manifesta, aut occulta, ut vis venenata. Quamquam, qui qualitas sine materia deferri possit? Alia est quorumdam ratio ab Arculano adducta quæ plus habet genii quam ingenii, plus acuminis quam solidæ veritatis. Si licuerit, ea ratio a nobis exponetur. Inter exempla absolutæ communionis possumus & alia multa enumerare. Hæc paullo plenius explicantur, quod ex iis rationum momenta ad institutum pertinentia exquirantur. Inter exempla hæc erunt. Quum quis frigus aliquod non mediocre in pedibus sensit, seu nudus in frigido solio inambulet, si non longe post coryzam patiatur, aut lacrymantes oculos habeat, numquid id per consensum fieri dicetur? An communicatio fit materiei? Nequaquam. Item quum præciso cerebro biliosa vomitio supervenit, numquid communicatio est materiei? Nequaquam. Sed similitudo generis, & nervorum compassio ad id plurimum facit. Os enim ventriculi insignibus nervis insignitum cum cerebro patitur affinitatemque habet. Nec interest, an dicamus cerebro læso præcisoque, aut ejus membranis vulneratis tumultum istum in ventriculo excitari. Utrisque enim læsis vomitio supervenit biliosa

Hippocr. lib. de humoribus.

Arculanus cap. de causis Cephal.

Galenus cap. 27. lib. 1. de Simpl.

Com. ad Aphoris. 50. lib. 6.

biliosa ut Galenus docet. Quamquam Erasistrati sequaces in alia fuerunt opinione. Negarunt enim eam vomendi necessitatem induci posse affecto ore ventriculi per sympathiam, nisi ad membranas affectio pertineret, Meningas enim nervorum principia statuerunt. Et ideo crassam meningem ratione sui id genus nauseas, vomitiones, subversionesque ventriculi inferre posse putaverunt. Et quidam ex recentioribus solis membranis sensationem seu sentiendi actum attribuerunt: quod forte in Erasistrateorum scholam irrepserint: Nec abs re memini ipsorum Erasistrateorum non ipsius Erasistrati. Nam quum olim Erasistratus eam opinionem de membranis nervorum parentibus tutatus fuisset, senior factus eamdem repudiavit. Cerebrum enim solum nervorum principium esse affirmavit. Ad eam sententiam Macrobius elegantibus verbis ex professo explicat cur quum cerebrum sit τὸ πρῶτον αἰσθητικὸν, ipsum tamen non sentiat, id quod a ratione alienum videtur, ut quum expers sensus sit, sensum ceteris impertiat. Docetque non esse necesse ut ipsum tamquam primarium animæ instrumentum sentiat. Cerebrum quod tactu sui vel hominem torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui idest omenti, hunc infert dolorem. Ac satis de communicatione absoluta dictum est. De non absoluta exempla apponere non est necesse, ut quæ satis per se sint perspicua. Nec alienum erit Jo: Vigonii præstantissimi Chirurgi hoc loco verba usurpare, hæc distinctionem continent, cujus ope aditus erit facilior ad quæstionis propositæ penetralia. Duplicem spasmum constituit, unum materiæ analogon, alterum non analogon. Rursus prius membrum in duas partes diremit, ut spasmus materiei analogus aut sit ab inanitione, aut ab repletione. Videtur autem interpretari spasmum materiei non analogon eum qui absque materia fit. Quamquam paullo confusius. Partim enim suam omnino proponit opinionem, partim totus videtur ex aliorum opinione pendere. Et quum duas divisiones proposuerit, unam degustavit tantum, alteram inexplicatam reliquit. Et ut ex aliorum judicio nobis aperiat quæ sit vis & ratio spasmi qui non est materiæ analogus, affert exemplum de punctura a re valde acuta, aut de re perfrigerata. Adducit autem Aphorismum, frigidum ulceribus mordax, convulsionem, rigorem & denigrationem partibus affert. Deinde subjungit, idque fit sine materia. Et quod facit frigus sine materia per simplicem quemdam consensum, idem facit punctio sive a venenato animali, sive a re acuta illata. Deinde non ita longe post adjicit, licet superiora omnino probare non videatur, si quis inde spasmus consequatur, eum materiei non analogon esse. Idest, materialis ea fit convulsio, quod & ratione doloris affluxus in partem fiat, & ratione ipsius læsionis in parte ipsa, aut vapor, aut humor alienus, aut virus concipiatur. Et eo consilii citat Galenum (locus autem Galeni nondum mihi occurrit.) Convulsio autem quæ ob puncturam & solutionem continui-„ tatis nervorum contingit, fere semper ab humiditate est. Cui loco non est absimilis ille quo vult dandam perpetuo operam ut punctarum partium ora pateant, ut calidum medicamentum affusum per ora vapores educat attrahatque humorem circa locum affectum in alto delitescentem. Immo plerisque placet ut nervus transversim desecetur, ut punctim facta læsio virus non sup-

Com. ad Aphoris. 50. lib.

Fernel.

Cap. 5. lib. 7.

Joannis Vigonii opinio.

Cap. 16. tract. 1. lib. 3.

Aphoris. 17. & 20. lib. 5.

Cap. 2. lib. 3. de compos. Medic. κατὰ γένη.

Proble. 121. li. 2.

supprimat. Facta enim punctim solutione, subsistit resesque fit virus formidabilium symptomaton causa & auctor, ut dubitem an sit plausibilis ea de re Aphrodisæi opinio. Quum enim quærit cur non ita inflammatio sequatur præcisionem nervorum, ut puncturam, rem ita dissolvit: Quia spiritus inæquali punctionis segmento, occurrens retorquetur, atque in se coactus stipatur ac recalescit. At præciso penitus nervo, spiritus omnis effluit & abit. Quæ verba magnum quid spirant & portendunt, sed obscurius rem exponunt, ne dicam, obscurant. Itaque patet ex Gal. & Vigonio etiam in nervorum punctionibus spasmum ἐπιγενόμενον, materiei participem esse, sive multa sit, sive pauca, sed sua qualitate eam molestiam inferre nata. Quantitate enim non tam nocet quam qualitate, quum a natura alienior exsistit. Et ita convulsio non analoga materiæ dicitur, quum affectio gravissima est, perpusilla materia existente, ut id quod contingit terrificum non tam materiam causam sui agnoscat, quam qualitatem vix explicabilem, aut partium communicationem; aut earumdem naturalem constitutionem. Exigua enim mali causa in nervo est magni momenti. Vis enim consideranda τῆς ἐπιδεκτικῆς.

Nec quæstione indignum est, an quum frigus convellendi occasionem affert, absque materia id fiat. Id enim volunt fieri illi de quibus Joannes Vigonius ante. Sed prius diximus ex Galen. frigus (Græce τὸ κρύος) convulsionis, causam esse quod difflationem prohibens nervos repleat, & sic ad repletionem id referendum, & sine materia ea convulsio non fit. Quamquam Galenus alio loco aliter sensit. In Aphorismis enim affectionem nervi a frigore penetrabili profectam ad ipsam refrigerationem retulit, quæ cogit constringitque ipsos nervos, „ unde convellendi nata occasio. Verba hæc illius sunt: ut non oportet nervorum „ substantiam a calore immodico exsolvi, sic nec ultra modum refrigerari, in „ unum cogi ac cohiberi. Melius Græce συνάγεσθαι, σφίγγεσθαι. Et nescio quid in mentem venerit Galeno ut non admittat lectionem vulgarem Hippocratis quæ „ est ejuscemodi. Frigidum facit convulsiones, denigrationes, & rigores febri- „ les: sed ita legendum putat, frigidum Tetanos facit & rigores, qui ipsi „ convulsiones, nigredines, & febres afferunt: sed hæc obiter. Nam & legimus, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ κρύος, καὶ τὸ ῥίγος,, convulsionis veram causam esse. An id fiat per repletionem an non, an simplici quodam modo & sine materia, ipse ex superioribus colligas.

Com. ad Aphoris. 17. lib. 5.

Explicata consensus varietate, ut unus absolutus, & sine materiei, saltem quæ sub sensum cadat, communicatione, alter cum materia, ad veram rei quæ proponitur explicationem properandum videtur. Levis tamen scrupulus animo nostro inhæret quem eximere melius est, quoniam ad superiorem disputationem pertinebit. Arculanus inter ceteros distinxit eum consensum absolutum, & non absolutum. Galenus paullo aliter sensit, sed eodem recidit ejus opinio. Duplicem enim statuit sympathiam, unam per communicationem aut vaporis aut humoris fieri putat, alteram per privationem aut facultatis, aut materiei aliunde ad edendam actionem suppetentis. Priorem modum Neotericus scriptor absolute & positive fieri dixit: Est enim materiæ communicatio. Et ut concedam aliunde aut humorem aut vaporem traduci, tamen pars quæ per consensum afficitur illæsa dici non potest:

Cap. 6. lib. 1. de loc.

& a parte affecta aliquid ad partem quæ per consensum laborat transmittitur: ut cum in febre continua sinciput laborat per consensum viscerum male affectorum. Non tamen desinit laborare ea pars a qua prima mali labes, & cui alia tantum consentit. Nam quæ sunt vicina quæque propinqua, & quæ ὁμογενῆ, primum ac maxime afficiuntur, κοινωνία enim id facit. Et ad eam rem præclare Galenus, ὅσα κατὰ συμπάθειαν γίγνεται νοσήματα, τούτων οὐδὲν ἐστι λυτικὸν τῶν ἐξ ἀρχῆς παθῶν: Idest, quicumque morbi per consensum contagionemque fiunt, primarium morbum nullo modo tollunt. Et alibi: Pauci morbi longi fiunt per sympathiam, & absque loco patiente: Qui locus est notandus. Quod Hippocrates demonstrat, dum rationem reddit cur iis quos gibbositas inferiore spinæ parte occupat, renum dolores & vesicæ superveniant, & tamen gibberositas non adimitur. Id quod intelligendum sincerius & cum Diorismo. Nam si materia tuberculi quod gibbum & genuit & aluit, alio transferatur, per istam μετάστασιν humorum morbificorum aut varices, aut dysenteria oboritur, hinc gibbi solutio contingit. Quamquam & abscessus oboriri potest, gibbum non soluturus, ut eodem loco annotat Hippocrates. Sed si dolores renum, aut vesicæ oboriuntur per sympathiam, hæc ratio priorem affectionem, nempe gibbositatem, non exsolvit. Quia non fit μετάστασις, humoris tuberculorum spinam intorquentium, parentis. Nunc ad reliqua progrediundum. Repetendus est enim orationis cursus. Ergo sympathia duplex est, una per communicationem materiæ, altera per privationem. De priore dictum est: posterior quæ per privationem fit, ita a Galeno explicatur: Quibus partibus vel materiei vel facultatis suppeditatio corrumpitur (Græce διαφθείρεται) alii legunt, non transmittitur, actionem lædi rite dixeris, parte ipsam edente illæsa. At si a vaporibus & humoribus ipsa lædatur, eam non recte illæsam dixeris. Facultas porro vel cum essentia ad partes diffunditur, vel sine essentia. Cum essentia ad nervos visioni dicatos, sine essentia ad crura. Id quod controversia vacare non videtur.

Hippocr. lib. de humor. Gal. con. ad part. 9. lib. 3. de artic. Ad part. 9. lib. 3. de Artic. Com. ad Aphoris. 29. li. 2.

Porro in rei propositæ causis explicandis multi elaboraverunt. Nec plane constat quæ sit vera ac germana istius convulsionis partis oppositæ causa. Alii alia excogitaverunt, quæ tamen ad examen revocari debent. Quibusdam videtur id fieri propter spiritus & sanguinis partis sanæ consumtionem; idque ob inflammationem sauciatæ partis. Et credibile est partis sanæ naturam sedulam ac sui diligentem suas copias ac suppetias ad partem læsam misisse, unde ea pars sana postea paupertate spiritus & sanguinis laborat. Quod autem sit inflammatio partis læsæ, declarant pustulæ ac velut phlyctænæ quæ a parte inflammata in linguam exsudant. Ni dixeris eam saniem quæ per os fissum transcolatur dum mora deteriorem acquirit qualitatem, per choanam seu πύελον refundi. Quæ dum linguam proluit pustulas in ea sua acrimonia excitare potest. Ea enim cavitas quæ Choanam facit, incipit inde ubi duo meatus coeunt, unus ex fundo medii ventriculi, alter a meatu in postremum ventriculum: desinit autem in glandulam cerebro & duræ meningi in clinoide subditam, quæ pituitam ex medio ventre per hunc ductum, tamquam per infundibulum transcolat in palatum & nares. Sic quum ab imo cerebro sanies exprimi possit, non mirum si in lingua pustulæ efflorescant, licet etiam non præcesserit inflammatio. Ita enim Hippocrates: Si os capitis fissum fuerit, seram

Prima ratio.

Lib. de locis in homine

ſerram adhibe, ne in oſſis fiſſuram ſanies influens membranam cerebri putrefaciat. Nam per anguſtias ſubiens, nec inde exiens affligit & hominem furere facit. Ubi notabis & ſaniem a pericranio manantem, aut a Diploe ipſa per os fiſſum in membranam diffuſam poſſe poſtmodum tranſcolari diffundique in cerebrum. Si in corpore ipſius cerebri maneat, furendi occaſionem afferet, ſi in ventriculos fluxerit, & ab iis per choanam refundatur, in ore puſtulæ excitabuntur. Quamquam forte ut mors conſequatur, aut formidabilia ſymptomata conſequantur, membranas vitiari non eſt neceſſe. Ita enim ante de Evergetæ filio explicatum eſt cui mors obtigit oſſibus livefactis, ſed imputri membrana ut Hippocrates obſervat. Ac primæ rationis auctor de inflammatione partis læſæ cujus occaſione ſanguis & ſpiritus abſumitur, aliam & rationem adſtruxit. Ait enim convelli partem ſanam, reſoluta ægra per translationem humoris morbifici a parte læſa in ægram ſanam. Hic enim humor cum teter ſit, in cerebro aut convulſionis aut furoris occaſio exſiſtit. Si vi naturæ in faciem effunditur, Eryſipelas promovet quod ſolutionis morbi, & vitandi periculi cauſa obſervatur. Sin pars fruſtra nititur excutere illam ſaniem & virus, concuſſione fruſtra tentata, motu convulſivo id extundere ac exigere conatur. Et cum in vanum id fiat, conſternatur Natura, ac victa morboque ſuperata procumbit. Sed de ea ratione poſtea viderimus.

Hppocr. 7. Epid.

Secunda ratio.

Hippocr. ad finem lib. de vulner. cap.

Aliis æquius eſſe videtur & rationi convenientius ſi ſimplicem ſympathiam quæ ſine materia fit ſaltem analoga, confugerint. Diximus enim conſenſum eſſe dextrarum partium cum ſiniſtris. Id quod audiendum tum de vicinitate loci, tum vaſorum communione & operis ſocietate. Et ut concedam ſiniſtra ſiniſtris κατ' ἴξιν, maxime conſentire, non deſinit eſſe conſenſus ſiniſtrarum cum dextris: dummodo id non extendatur longius. Ut non conferatur dextrum brachium cum ſiniſtro pede, ſed dextrum brachium cum dextro pede, & ſiniſtra pars capitis cum dextra. At credo ita utramque conſentire ut facilis ſit μετάςασις ab una in alteram. Id quod declarant pleuritides. Siniſtra enim pleuritis facile ſuccedit dextræ ut fiat μετάςασίς τις. Quod & in capite uſuvenire poteſt. Ac Hippocrates ſcripſit: Frequentes in phreniticis permutationes ſignificare convulſionem: Græce, τὰ πυκνὰ μεταπίπτοντα. Qui locus audiendus eſt ſymptomaton mutatione, ut modo deliret, modo ratiocinetur quis, modo ſurdus, modo fiat ἄναυδος. Atque iſta μεταβολὴ ἢ μετάπτωσις, fit ob humorum μεταῤῥύσεις, transfluxiones & demigrationes a parte in partem, etiam in cerebro ipſo, ut a nervis in parenchyma ipſius cerebri (ut ſic dicam) aut in omentum, ideſt, in membranas fiat translatio. Si enim cauſa aliquo loco fixa ſit, firma fixaque ſunt ſymptomata, ait Galen. Immo in cerebro ipſo fit καταῤῥεῦς & μετάῤῥυσις, id quod Galenus eo modo explicat: Si alias, „ ait, ex alia parte cerebri humor contriſtans in aliam cerebri partem defluat „ (Græce ὁ χυμὸς καταῤῥέων) & nervis a cerebro natis incidat, convulſio„ nem affert. Quidam tamen in cerebro ipſo iſtum fieri καταῤῥεῖν, ideſt, de„ fluxum negant, ſed ſi manat tabum a parte in partem, id per expreſſionem quamdam fieri autumant. In cerebro quippe, ut & in toto corpore dextra aut ſunt ſiniſtris valentiora, aut contra. Quamquam notandum eſt quod Hippocrates ſcripſit de dextrarum partium cum ſiniſtris comparatione. Dum enim

Tertia ratio.

Part. 27. lib. 1. Prorrh.

agit

agit de secandis purulentis, jubet ut corpus huc & illuc vertatur, quo audiri possit contentæ in thorace materiei fluctuatio & strepitus; deinde subdit: Optandum esset ut in sinistra potius parte humor educendus contineretur: Nam dextras urere ac secare letalius est. Quo enim robustiores sunt partes dextræ sinistris, tanto etiam fortiores dexterarum morbi exsistunt. Hoc paullo incredibilius possit videri: tamen est Hippocraticum. Et est alius locus plane similis lib. 2. de natur. hum. particul. 5. Qui morbi a fortissimis membris „ fiunt sunt robustissimi & gravissimi. Si in parte maneant, necesse est for„ tissimo laborante, turbari corpus universum. Si a fortissimo in imbecil„ lum venerint, ægre solvuntur, si ab imbecilliore ad fortius, facile solvitur. Pro partibus dextris locus est etiam notandus apud Arist. quum quærit cur somnus magis accedit, quum parte dextra cubamus. Quia est privatio motus, somnus: ergo oportet ut hæ partes quiescant, quarum est proprium movere. Dextrarum autem partium movere interest, ait Aristot. problem. 5. lib. 6. Hoc quoque attigit Macrobius Saturnal. lib. 7. quum in succum cibus reformatur, jam jecoris cura succedit. Est enim jecur sanguis concretus, & habet nativum calorem quo confectum succum in sanguinem vertit. Hunc calor jecoris administratum per venarum fistulas in sua quæque membra dispergit, parte quæ ex digestis frigidissima est in lienem refusa. Lien, ut jecur caloris, ita frigoris domicilium est. Nam ideo omnes dextræ partes validiores sunt, & debiliores sinistræ, quia dextras regit calor visceris sui, sinistræ contagione frigoris sinistras eas partes obtinentis, hebetantur. Ideo Hippocrates 1. de morbis mulierum dum loquitur de resiccatis uteris, vocat autem τὰς μήτρας ἀυανθείσας, ait eos desiderio cujusdam humiditatis prurire ac titillari. Quod ut expleant, partes superiores appetunt. Hinc suffocationis uterinæ occasio. Maxime autem hepar appetunt πρὸς τὴν ἰκμάδα. Quia τῆς ἰκμάδος fons est hepar, idest benigni & gratiosi humoris, cujus est „ appetens uterus. Denique Hippocr. 2. Epid. Circa naturam (ait) plu„ rimam vim habet mamma dextra: oculus dexter & quæ infra sunt hac parte. Tamen id videtur esse controversum apud Galen. Com. ad part. 44. sect. 2. lib. 6. Epid. Quum quæritur de fetu qui concipitur in dextra parte uteri, aut in sinistra. Itaque, si partes cum partibus conferantur, sinistræ dextris vi sunt impares. (Quamquam contra Hippocratem Aphrodisæus dixit dextram partem sinistra esse sanatu faciliorem, sed de hoc videris.) Ut non sit mirum si inter has partes dextræ facile in sinistras id oneris quo gravantur, deponant. Quare & vicinia, & operis societate, & communione vasorum dextra sinistris maxime consentiunt & coafficiuntur. Unde illud Hippocratis: Confluxio una, conspiratio una: consentientia omnia. Juxta quidem corporis naturam omnia conspirant: Juxta vero partem, partes in unaquaque parte ad opus. Multo clarius alio loco: τὸ σῶμα πάντη διοιγόμενον, ἀναπνέον καὶ κινέμενον, idest, undequaque patens, spirans, & motum. Obscuritas in verbo κινέμενον latet. Nam id vel ad magnum partium inter se consensum refertur, vel ad orgasmum & incitationem naturalem quam singulæ partes habent. Nam mutuo se respiciunt & adjuvant. Hinc vulnerato pede, affluit e longinquis partibus sanguis & spiri-

Lib. de alimen.

Lib. de locis in homin.

tus ad suppetias ferendas. Læso pedis calce cerebrum commovetur. Utero semen concipiente, cerebrum id persentiscit. In hysterico strangulatu, omnes partes coafficiuntur. Et illud est præclarum Hippocratis de mulieribus quibus quum sanguis fluere incipit, venis uteri apertis omnes totius corporis venæ καταῤῥήγνυνται, ἢ τὸ ὅλον σῶμα καταῤῥήγνυται, quod verbum elegans est, & non satis, meo judicio, Latine redditur, *corpus disrumpitur, discinditur*. Est enim illius verbi vis magis efficax, & ἐνεργητικωτέρα. Tandem per illud solenne axioma concludam: Corporis principium nullum est, sed omnia similiter principium & finis. Circulo scripto principium non reperitur. Magna est vis ipsius consensus: major sæpe difficultas unde, & a qua parte prima mali labes. Diximus ante ex Galeno quod morbi qui per consensum fiunt, primarium morbum non tollunt. Ut dolor capitis in febre & a febre, febrem non tollit. Sed major difficultas in consensu partium, quia pars exigua affecta magnas in corpore turbas concitat. Declarat facile punctio nervi. Unde ignoratur sæpe quo referenda prima mali origo. Et hic dixit Hippocrates (dum tacite consentiendi vires admiratur) omnia principium esse & finem. Totum corpus sibi ipsi simile est, & parva pars omnia habet, quæ & pars maxima. Deinde subdit eleganti utens verbo, quicquid minima pars perfert, ἐπαναφέρει πρὸς ὁμοεθνίην, idest ad partes affines, & gentilitio velut jure cognatas refert: unaquæque ad suam, sive bonum, sive malum, ideo corpus dolet & lætatur, ἀπὸ ἔθνεος σμικροτάτου, idest, ob minimam affinitatem, vel potius ἀπὸ ἔθνεος ob affinitatem σμικροτάτου, rei & partis minimæ, ut genitivus σμικροτάτου, referatur ad μέρεος, idest, partis, non ad genitivum ἔθνεος: unde subdit, nam in minima, Græce τῷ σμικροτάτῳ, suppl. μέρει omnes insunt partes, & hæ ad gentiles & cognatas sibi ipsis singula transferunt & denuntiant, Græce ἐξαγγέλλουσι. Sed hæc licet præter institutum dici videantur, ex iis tamen ad ea quæ proponuntur, rationes eruentur. Declaratur enim vis & facultas τῆς συμπαθείας.

Lib. 1. de morb. mulier.

Lib. de locis in homin.

Quarta ratio.

Inter rationes allatas ea fuit potissima qua dicebatur natura a parte læsa excutere materiam in partem sanam: Et hic conatus est naturæ in secernendo eo quod putrefactum est & corruptum a sano & integro. Sic Hippocrati in vulnere capitis os livefactum & arefactum discedit. Sic in ulceribus caro renutrita secernit id quod a medicamento putrefactum est, idque juxta doctrinam Hippocr. Sic dum iste est conatus naturæ, & species quædam κρίσεως, resoluta ac ignava parte dextra, sinistra aut motu concussivo, aut convulsivo ea re quam sibi molestam sentit, vult se liberare. Docuimus enim ante quomodo saniem istam, natura, qua data porta, vult amandare a se, unde pustulas in lingua & erysipelata, excitat in vultu. Immo longius propelleret si posset, & si viarum beneficio ac favore juvaretur. Quo pertinet commemorabilis historia Metrophanti filii. Hic in capite percussus est ab „ alio puero idque ostraco, duodecima die febricitavit. Occasio fuit quod „ quum partes circa ulcus detergeret, perfrixit: labia statim sunt elevata, „ cutis ulterius ab ulcere attenuata est; quum autem sectus esset non tar- „ de, pus non effluxit, levationem non sensit. Juxta aurem videbatur „ suppurari, & in maxilla dextra (circa dextram enim ulcus erat) tamen

„ hoc

Lib. de vulner. cap. lib. de locis in homine.

Hippocr. 4. Epid.

„ hoc suppuratum non est, sed cito dexter humerus suppuratus est: mortuus est circa 24. diem. Non est resolutus parte dextra quæ affecta erat, non convulsus opposita: Quia natura adhuc potens κατ' ἴξιν, excussit & deposuit in humerum partem materiei. Ac Hippocrates aliam superiori attexuit historiam ejus qui aurem doluit, deinde factus est ἄφωνος, & dextrarum partium impotens. A sinistris distortus est sinister oculus graviter dolens, collum quoque induruit. Hæc historia aliquid assimile habet ei quæstioni in qua laboramus. Nam quum dextra auris dextræque partes laborassent, ἀκράτεια quæ est germana & affinis παραλύσεως in partes prius laborantes incidit, ἴλλωσις καὶ διαστροφὴ in sinistrum oculum, idest, sinistra pars convulsa est. In quo admirabilis est motus, inclinatio & conatus Naturæ. Inde colligere est in morituris a vulnere capitis partes læsas resolvi ac effeminari: alias vero sanas excussa in illas virulenta sanie distorqueri ac convelli. Natura enim semper conatur hoc virus amandare; Unde vidimus in nobili viro Villanovano, quum media cerebri pars ob ictum concussa foret, unde sensim abscessus ea parte altus, conceptus ac nutritus est, conquestum illum de intolerabili dolore eoque fugaci ad utrumque tempus & frontem, quum tamen ea parte non foret abscessus. Unde id? Excussa vi naturæ portiuncula tenuioris saniei a majore quadam mole puris medio cerebro contenti, desectæ & manantis. Et talis sanies implacabiles dolores excitabat, convulsiones alioqui si in ventriculos cerebri immigrasset, provocatura. Unus enim & idem humor varia edit symptomata pro variis partibus quas obsidet & occupat. Observatione autem dignum est quod ille nobilis Villanovanus interiit centesimo die a læsione & ictu, quum magna ossis frontis pars abscessisset, & vulnus solidatum fuisset. Interiit enim ab abscessu cerebri. Abscessus autem a concussione erat. Mirum cur abscessus cerebri non illum sustulerit citius. Diximus alio loco cerebrum, quia sedes est humidi & frigidi, ipsum per se non facile inflammari ex Hippocratis sententia: Item in partibus carnosis & humidis facile & inflammationem & cancrum ab atra & adurente bile concipi: non facile autem in cerebro, quia temperamentum frigidum & humidum resistit. Id quod Aphrodisæus accurate explicavit. Et non ita pridem in Collega nostro, qui abscessu in simo hepatis concepto, febre lenta extabuit, idem observavimus. Nam quum simum hepatis abscessu detineretur, dolores etiamnum sentiebat circum membranas hypochondrio dextro obtentas. Unde hoc? per cæcos ductus resudabat ichor acer a simo hepatis in gibbum, & ab hoc in vicinas membranas, & in diaphragma ipsum, ibi dolores acerrimos concitans.

4. Epid.

At objiciat quis: Si illa sanies in dextra parte cerebri continebatur, cur non prius convulsionem in parte laborante excitabat, & non paralysin partis læsæ, convulsionem autem sanæ afflictis jam rebus prostrataque Natura? Facultas enim partis læsæ nondum fatigata erat. Sana vero pars facile sese liberare potest quum omnia ejus bona sunt integra, aut parum afflicta. At magnus est naturæ conatus tum quum mors intentatur, & dissolvi ea debent quæ nexu admirabili sociata fuerunt ac colligata. Id maxime a Galeno docetur libris de pulsibus, αἱ διοικοῦσαι δυνάμεις τὸ σῶμα, ἀνάγκης τινὸς κατ καταλαβούσης σφοδρώτερον

τερον ἐνεργοῦσι. Loquitur de pulsu qui desperatis animam agentibus Medicos fallit, quia tum editur majore appulsu venæ micantis. Natura enim conatur quasi pugnam instaurare. Et hic bonus pulsus fallax est, & tantum extremi naturæ conatus signum. Unde illud antiqui auctoris:

» *Acerrima est virtus quam ultima necessitas excutit.*

Maxime vero elucent terrifica symptomata, si corpus validius est florens ac juvenile. Id quod vulgus satis apte enuntiat quum hunc aut illum vi violentiaque mori dicit. Causa enim morbi morbusque inferiora viribus videntur, sed tandem eas externunt vel prosternunt. Immo etiam nemo fere sine convulsione mori dicitur, præsertim si quid est quod resistat. In febre lenta nil est criticum sæpe, quia nulla irritatio, nulla lucta quæ certamen decernat, nulla major vis & impressio, unde sensim & fere ἀλύπως ægri extabescunt & consumuntur. Ignis enim tandem defectu pabuli ἀποσβέννυται: juxta sententiam Hippocr. Hominis anima semper producitur (Græce ἀεὶ φύεται, idest, λέγουσί τινες, τελειοῦται, & alio loco, αὐξάνεται) usque ad mortem, sin igne incandeat ac deflagret, una cum morbo & anima corpus depascitur. (Quidam τὸ φύεται explicant, idest, anima incumbit in augendo, coquendo, secernendo) Alii majore vi moriuntur, unde Tull. Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. Hæc autem fiunt quum inæqualiter partes afficiuntur, quumque pars una graviter affligitur, aliæ partes fere sunt immunes, aut levissime afficiuntur. Tanto autem magis id fit, quanto pars exquisitius sentit. Id quod in vulnere capitis contingit. Nam exigua sanies, in angusta parvaque capitis parte conclusa, tanti est momenti ut corpus consumat ac dissolvat, reliquis partibus integris & intaminatis. Id quod non faciat vicecupla portio saniei in alia parte. Adeo magni est momenti arx illa rationis & animæ tribunal. Et Galen. rationem reddens cur qui repente capite dolent mutique & stertentes redduntur, intra dies septem pereant, ita ait: Partes principes non diu ferunt fortes simul ac diuturnas passiones, etiamsi ad sensum exiguæ videantur; unde illud: Nullum capitis vulnus leviter contemni debet. Et alio loco Hippocr. Parva causa medelis remediisque exsolvitur nisi si quid circa locum partemque principem laboret. Quo pertinet, ne quis decipiatur more vulgi magnitudine cujuspiam rei, præclarum illud Galeni: multa in Medicina sunt, quæ licet graviora esse videantur, mitiora tamen revera & minus formidanda exsistant. Graviora enim sunt ea in quibus majores sympathiæ, & consensus eveniunt. Nam quæ nullam cum præcipuis partibus sympathiam afferunt, sed per se ipsa judicationem faciunt (Græce καθ' ἑαυτὰ τὴν κρίσιν ποιοῦσι) minus sunt perniciosa, licet vehementiora esse videantur. Alia enim gravia sunt τῇ φαντασίᾳ, alia τῇ δυνάμει. Illud præclaro exemplo innotescit sumto a fractura costarum, aut contusione earumdem: Ita Galenus, fracturæ quidem costarum quum simplices sunt & solæ speciem gravioris contusionis præseferunt, vi tamen sunt mitiores, & absque periculo curantur. Male textus Latinus factus est, & fere sine sensu: Verba Græca sunt, τὰ κατάγματα τῶν πλευρῶν, ὅταν ἁπλᾶ ἢ μόνα γένηται, τὴν μὲν φαντασίαν χαλεπωτέραν τῆς περιθλά-

Part. 5. sect. 5. lib. 6. Epid.

Hippo. 1. de diet.

Cicero in Catone major.

Com. ad Aphor. 51. lib. 6.

Lib. de vulner. c.

Galenus Comm. ad part. 54. lib. 3. de artic.

Galenus ibid.

Textus depravatus.

σεων

τέων ἔχει, τῇ δυνάμει δὲ ἐπιεικεστέραν: idest, fracturæ costarum simplices & solæ, speciem quidem difficiliorem & periculosiorem habent quam contusiones ipsæ, tamen vi & facultate mitiorem, idest, κατάγματα πλευρῶν τῇ φαντασίᾳ χαλεπώτερά εἰσιν φλάσεων, ἀλλὰ τῇ δυνάμει ἐπιεικέστερά εἰσι. Nam quum intro impellitur fracta costa, aut contusa est, non jam simplex est affectio, plusque periculi affert contusio, quia communicatur pulmoni, quam fractura ipsa. Adeo magni est momenti cum aliis partibus sympathia, iis præsertim quæ principem in corpore locum sortiuntur. Illud elegantissime Latina lingua explicavit Celsus. Dum enim oculorum morbos a morbis aurium distinguit, quoniam utraque pars ut est affinis cerebro, ita affinitate malorum & symptomaton idem cerebrum videretur attingere, ita scripsit: Aurium usum proximum a luminibus nobis natura dedit; sed in „ auribus aliquanto majus periculum est. Nam vitia oculorum intra ipsos „ nocent, aurium inflammationes doloresque, interdum etiam ad dementiam „ mortemque præcipitant. Nam cum cerebro communicatio fit. Nota formam loquendi, vitia intra ipsos oculos nocere, idest, alio malum non transfertur, & Crisis intra eos fit, quod Hippocrates, ut supra dixit, vocat ἔχειν τὴν κρίσιν (non κρᾶσιν, ut legitur male in textu Basiliensi) καθ' ἑαυτά. Itaque ut concludam tandem multa sunt quæ φαντασίᾳ gravissima esse videntur, quæ tamen τῇ δυνάμει mitiora sunt: ut contra multa quæ per se exigua, & κατὰ τὴν φαντασίαν videntur, quæ tamen multum periculi neglecta sunt creatura. Quod Hippocrates observavit dum explicat morbos qui plerisque contigerunt, glabritiem capitis & menti ossium denudationem & casum, hæc autem quibusdam sine febre; deinde subdit; ἦν δὲ ταῦτα φοβερώ- „ τερα ἢ κακίω, non autem ἢ κακίω, ut male in codice Basiliensi: idest, τῇ φαντασίᾳ formidanda erant, sed κατὰ τὴν δύναμιν, periculi erant expertia. Hæc eo pertinent ut adhibita judicii norma, & rerum natura diligenter inspecta ac indagata, non ad sensum res æstimemus, sed rem a re & morbum a morbo accurate distinguamus.

Celsus cap. 7. lib. 6.

Part. 22. sect. 3. lib. 3. Epid.

Diximus ante (ut reditus fiat unde digressio) exigua puris parte in abscessu particulæ cerebri collecta, mortis necessitatem ingruere: unde forte alia pars cerebri integra contra vim mortis sese opponens, trahenti fato (ut ita dicam) cedere non velit. Sic quum una pars extreme laboret, altera tuta sit, ut sequatur partium alioqui integrarum dissolutio, præsertim in junioribus, quum febris tantum quædam symptomatica sit, id sine majore quadam vi & renixu fieri non potest. Et hanc convulsionis partis sanæ occasionem quidam affirmant. Vidimus servulum quemdam annos natum tredecim capite sauciatum idque hieme: hunc gravissima comitata sunt symptomata, quæ moriendi necessitatem attulerunt. Cum ejus hera sumtuum metu chirurgos advocare nollet, ignorans quanti momenti hoc in capite vulnusculum foret, muliebria quædam & anilia medicamenta applicavit. Fissum erat os, & explorando chirurgi post duodecimum diem cognorunt, serraque opus esse renuntiarunt. Hi contumelia affecti sunt, quod carnificum more ægrum excruciare & crudeliter tractare vellent, quum tamen toti in miselli salutem incumberent. Existimabat hera eos rem parvam attollere, quo plus proficere vide-

viderentur, & plus nummorum emungerent. Tandem illius inhumanitatis fructus in caput miseri ægri redundavit. Nam quum præjudicata ignaræ muliérculæ opinio, & pecunia præposita fuisset clamantis ægri saluti, funestus exitus piaculo dignus est insecutus. Vulnus enim sanabile, inhumanitas illius insanabile reddidit. Mors cita non fuit, quod hiems, quod florens ætate foret. Mirum est, immo omni opinione majus quod contigit. Nam octavo ante obitum die, & sequentibus, de incredibili partium, aliarum post alias, dolore conquerebatur. Mox pes dolebat, deinde præeunte isto immani dolore, pars emortua elanguebat. Sequenti die crus idem patiebatur: & sic singulæ partes, aliæ post alias extinctæ sunt ac demortuæ. Præcesserunt & συνολκαί convulsionibus similes. Sic duodecies pene mortuus (nam vim ipsius dissolutionis & mortis singula quæque pars pertulerat) tandem consumtus & mortuus est: & τῶν πόνων χρονίων καὶ ἰσχυροτάτων ὄφελος ὁ θάνατος, ut loquitur Hippocr. Nec ejulatus, nec lamenta homunculi diremtum violentum singularum partium patientis avaræ muliérculæ animum mollire ac flectere potuerunt. Et ita vivus (ut vulgus loquitur) mortuus est. Idem pene contigit nobili mulieri. Huic quum obortus tumor foret in mala dextra, discuti non potuit: tandem ad suppuratum venit. Id quod effluebat tetri erat odoris. Interna per os fuit eruptio. De applicando foris cauterio cogitabatur. Mulieres ut amantes sunt sui, & cura cultus sui quia eripi non potest, impetrari ab iis id nequivit. Pus suppressum. Tandem, quum sat bene habere videretur, repente in genu dolor incredibilis ortus est, hinc horror, hinc repentina mors. Unde dolor tam repentinus? Quod pro foribus mors erat, & in conjugis sui sinu repente extincta est. An a maxillis ad genu ipsum vis maligna morbi se inclinavit eo materia translata? Nequaquam vero. Sed quia vi extingui emorique partes oportuit quæ spiritu, sanguine & vita plenæ erant. Nec enim novum est ante obitum, quum jam in propinquo mors est, nescio quos dolores inenarrabiles & inexplicabiles excitari, de quibus ægri queruntur, vel quod tales actu dolores sint, vel quod ægroti comminiscantur. Id observavit Celsus, & ex antiquissimis scriptoribus desumsit. Verba ejus sunt quum signa proxime advenientis mortis explicavit: Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti, si ad viscera, idest ad ilia vel diaphragma transierunt, subitoque desierunt, mortem subesse testantur, magisque, si alia signa accesserunt. Duobus his exemplis patet convulsionem, tremorem, immanesque dolores sequi aliquando quum febris non est insignis (nam tunc hominem facile consumit) quum ætas florens juvenileque corpus est, & satis exiguum vulnus, quod negligentia letale est. Et tamen non videtur homini necando satis. Nam non nisi vi quadam corpus dissolvitur. Vulgus ita loquitur, hic corde sano exsistente interit. Sic fieri potest ut sanæ partes præsentientes quodammodo dissolutionem sui, convellantur, non translata forte materia a læsa parte jam occumbente, non consumtione spiritus ab inflammatione, sed quia parti sanæ est pereundum, & violenta partium dissolutio & diremtio subeunda. Id quod concussione, horrore, distentione, convulsione, tamquam extremis præsidiis nititur assequi. Unde patet

Hippocr. lib. de vulnerib. cap.

Celsus.

eos

eos qui peste intereunt, quum facultatibus reliquis integris, vitalis vim patitur, quodam horrore perhorrendo & vehementissimo prehendi, & sic repente interire. Et quidam alii, tum quum mors ipsis hæret præcordiis, seipsis validiores, vegetiores cibique appetentiores redduntur. Immo omnia agunt quæ & sani ipsi. Id quod extremi Naturæ conatus signum est. Maxime vero id fit quum pars princeps laborat, superstite aliarum partium & sensu & integritate. Id autem non in omnibus cernitur, quum quidam sensim intereant, alii non nisi vi quadam, & cum acerrimæ virtutis residentis significatione. Id quod Aristotel. explicavit: Levibus morbis in senectute obortis cito animantia moriuntur. Nam quia tum exiguus calor est, quum in diuturna vita plurimum sit exhaustus, quæcumque partis contentio adhibeatur, celeriter extinguitur, ut si tenuis & modica in eo flamma inesset quæ parvo impulsu restingueretur: ob eamque causam sine dolore est ea mors quæ in senectute obrepit. Senes enim moriuntur sine majore impulsu, nec animi dissolutionem, atque discessum a corpore sentiunt.

Arist. li. de Rep.

Nunc duas illas conjecturas expendamus, priorem de secretione & separatione ejus quod vivit, ab eo quod elanguescit, tabescit ac emoritur. Posteriorem, de specie quadam κρίσεως. Iste enim ultimus naturæ conatus in convulsione, præsente languore ac paralysi partis læsæ, κρίσεως æmulus est. Nunc de priore quam tamen paullo ante degustavimus. Hippocrates disputans de secessu ossis læsi & squallidi ab osse vivo ac humido ita scripsit: Os quod discedere debet tunc discedit quum plurimum exsangue factum est. Resiccatur enim sanguis in osse & tempore & medicamentis. Et quod quamprimum exaruit, ipsum discesserit a reliquo osse vivo & sanguinem habente, id constat, &c. Idem & alio loco ut ante diximus. Est enim credibile si carnes sunt ὁλκοὶ, idest, attrahunt familiarem naturæ suæ succum: & si raro spirans, ut loquitur alio loco, attrahit ad se sanguinem, cur non expellet id quod naturæ suæ contrarium est? unde id quod est sanguine uber, spirans, vivens, fugat & amandat a se id quod contrario modo affectum est. Itaque si os vivum id fugat & rejicit quod evanidum est & emortuum, cur non pars capitis cerebrive illæsa, sana, vivens & spiritu turgens alteram partem velut sphacelo & marcore affectam fugare conabitur, ut ab ea discedat ac divellatur? Id quod motu extraordinario ac critico conatur efficere. Et quia moriendi necessitas adest, id motu concussivo aut convulsivo (quia alia ratio deest) facere annititur. Quod dum frustra facit, rebus conclamatis, sic convulsum animans occumbit. Si ratione exonerationis saniei a parte læsa in sanam id fieret, id potius alio tempore, & non exspectaret natura tempus ipsius mortis ad exclusionem materiei virulentæ in partem sanam. Docuimus ante erysipelas in facie salutariter apparere, ut quasi excusso ichore vulnus purius exsistat.

Lib. de vulner. capitis.

Lib. de locis in homine. Sectio. 6. lib. 6. Epid. Lib. de natura pueri.

Altera conjectura de specie κρίσεως est persequenda. Non est novum ut convulsiones, maniæ, furores aliquando circa crises fiant. Immo quod mirum μανία per ἔκςασιν solvitur, licet ἔκςασις sit velut mania aucta Hippocrati. Quoniam, ait Galen. ex vehementi motu causarum furorem facientium, solutio cum ratione & jure consequitur: ut in morbis acutis vehementissima symptomata bonas crises efficiunt. Et alio loco: Furiosis convulsio

Aph. 5. lib. 7. In Coac.

accedens

accedens, morbum exsolvit. Sic materia collecta in cerebro, aut quæ in membranam resudavit, dum instante morte vi naturæ, tamquam extremo conatu diffunditur in partes vicinas, convulsionem afferre potest partis sanæ. Quamquam sine affluxu illius materiei per sympathiam, præsertim dum diremptionis istarum partium naturalium necessitas adest, convulsio potest contingere ut pluribus ante demonstratum est. Et id quodammodo criticum est. Id vero maxime evenit si corpus juvenile, non vi febris consumptum, ut ad motum contra naturam ciendum vires supersint; multo vero magis si stimulus aliquis sit, aut sanies, aut aura venenata. Quamquam non credibile quin ratione viciniæ tetro vapore pars sana afficiatur, sed cur inconvulsa ad tempus mortis maneat, id opus, hic labor est. Non omittenda est historia cujusdam qui nephriticus quum esset laboravit suppressione urinæ. Tandem interiit. Omnino supressa erat urina, & tamen ren tantum unus calculo erat occupatus. Cur alter non obstructus suo deerat officio? Nam eo natura corpus geminum est architectata. Id ratione consensus evenisse credebant: ut integer ren laboraret κατὰ συμβεβηκὸς ratione alterius ægrotantis renis: & ob istum consensum suum deserebat officium. Multo magis id cerebro contingere potest. Magna est illa vis consensus partium, ut sana in alterius læsæ contagionem occulta quadam vi trahatur. Nec id tam facit communicatio ichoris quam intimus is consensus & harmonia partium, ut natura in extremo illo conatu, tamquam reliquas naufragii tabulas collectura, convulsionem moliatur. Quicquid enim in sanis partibus vivit & spirat tamquam dissolutionis nescium & mortem naturæ inimicam fugiens, obsistit, reluctatur, & dissidii ingruentem necessitatem amandare conatur. Convulsio videtur opus ipsius naturæ, quamquam Galenus solius morbi symptoma esse contendit. Et tamen eamdem convulsionem in apoplexia & paraplegia commendat, quod ea utilitas non mediocris consequatur. In morte autem κρίσις quædam est, si nomen κρίσεως latius extenditur, & τὴν λύσιν significat. Si victa ac triumphata natura, nullus major cietur motus, si vires sint æquales, & natura supersit, aliqua ratione id quod molestum est nititur excutere, id autem concussio aut convulsio facit.

Com. ad part. 27. lib. 4. acut. ad part. 26. lib. 3. Prorrh.

Sed & quærat quis, quum letale est vulnus capitis an necesse malum communicari cerebro sive id fiat per simplicem consensum, aut per depositionem & exclusionem materiei a læsa parte in sanam, aut κατὰ τὴν διαδοχὴν ipsius partis sanæ, præsertim quum imbecillior incipit fieri? Aliquando vero fissum non est cranium nec læsum ullo modo: aliquando fissum, & ni modiolus tempore adhibeatur, periculum adest. Aliquando illæso cranio, leviter contusa carne, cerebrum intus est concussum. Hippocrates quum nullum vulnus negligi monet, id etiam cranio ad carnem superpositam referendum putat. Nostra enim sæcula observarunt temporis quamdam constitutionem in qua leviter capite læsi, licet pericranium ipsum ab extrena causa læsum non foret, „ peribant. Ideo Hipp. Cavendum (ait) ne quid mali ossi accidat ex male „ curata carne. Nam & perforato ossi, & alias nudato, sano tamen, & si „ læsionem ex telo habeat, & tamen sanum putetur, periculum magis immi- „ net ne suppuret, etiamsi alias futurum non esset. Inflammata enim car-

Hippocr. lib. de vulner. cap.

„ ne

„ ne os ipsum flammam concipit, & cum osse mala quæ carni insunt com-
„ municantur, unde periculum. Et licet a telo os sit intactum, ratione malæ curatæ carnis, coafficitur, hinc convulsio, hinc mors. Perspirat enim & conspirat totum corpus: & qualitas per os communicatur. Quod sæpe occulte & λαθραίως fieri solet. Nam experientia observatum est innumeros a morbis cerebri post convulsiones & concussiones interiisse, quorum in cerebro per anatomen nil videre contigit quod terrifici symptomatis causa exstitisset. Et id plerosque fefellit ratos se aliquid ἀξιόλογον reperire posse in cerebro laborantium extinctorum. Adeo occulta sæpe causa convulsionis, & morbi cerebri aliquid habent θεῖον ἄδηλον καὶ θαυμαστόν. Aliquando in sese læditur, contunditur, & venæ turgent & rumpuntur. Id quod Neræi filiæ historia pa- 5. Epid.
„ tefecit. Hæc in syncipite manu percussa joco, vertigo, ἄπνοια, febris ve-
„ hemens, capitis dolor. Septima circa aurem dextram pus multum. Om-
„ nia meliora. Deinde febris, ἀναυδία, faciei pars trahebatur, convulsio, tremor, mors. In cerebro contusio erat, alioqui læsi cranii Hippocrates meminisset. Tantula pars læsa in cerebro, & causa morbi mortisque exigua magni fuit momenti. Unde Hippoc. lib. de locis in homine, licet minima pars afficiatur, non desinit & totum corpus affici. Minima corporis pars, ait Hippocrates, omnia habet quæ & maxima. In cerebri affectionibus parva causa est consideranda. Ita enim Hippocr. libro de præceptionibus: Parva causa remedio facile exsolvitur, nisi si quid circa locum præcipuum afficiatur. At Cerebrum principatum habet. Mirum tamen est quum principatum obtineat, & situm superum, qui tot congerat excrementa, & tot morbos experiatur. Id quod lib. de Glandulis Hippocr. declarat. Et Hippocr. 4. de morbis, splenem (partem imbecillimam) & caput in eadem classe partium morbosarum reponit. Rationes eo loci sunt requirendæ. Nec abs re id est considerandum. Si in sincipite malum erat, cur non utraque parte convellebatur, nec enim magis dextræ quam sinistræ meminit antiquus magister. Quod tamen alias factum est, cum docuit cur in utramque partem convulsio inciderit, cum medio capite vulnus exstitisset. Deinde si abscessus in dextra parte erat magis, quia ad aurem dextram pus influxit, quare convellebatur potius dextra parte? Est enim id in quo laboratur. Nam qua parte alebatur abscessus, eadem & causa mortis, hæc stupore elanguescit, altera pars sana convellitur. Et obiter quærat quis an aliud sit trahi partem, aliud convelli. ἕλκεσθαι est, ut opinor, convulsionis πρόδρομός τις, & ad τὰς σπασμώδεις [?] de quibus ante, & quæ veræ convulsionis sunt imitatrices atque æmulæ, referri debet. De eo autem obiter.

Ex iis itaque quæ dicta sunt constat convulsionem & id genus symptomaton funestorum sequi non modo si ad membranas vulnus penetret, sed, licet ad pericranium tantum pertingat. Id autem ex Hippocrate apparet. Si enim male curetur caro vulnerata, subjectum os afficitur. Ac si mors aut convulsio non consequatur, nisi tabum ipsum, aut sanies virulenta os primamve tabulam attingat. Ossis autem vitium, quatenus os est, per se ea symptomata non affert: sed quum ad alteram membranarum aut virus, aut prava diathesis pervenerit. Dici enim non potest quantæ læsiones actionum; quantaque sympto-

mata

mata consequantur minimum vitium partium nervosarum. Ac de iis omnes, pro suo quisque judicio, æstimabunt. Si itaque pericranium aut incisum fuerit, aut aliter læsum, cujus occasione aut mors, aut convulsio eveniat, nil mirum esse debet. Nam vel resolvitur pars, vel non resolvitur. Si resolvitur, quia pericranium continuum est, resolutio unius partis, partis oppositæ convulsionis auctor exsistit. Si non resolvitur, facile communicatur virus aut quid simile parti sanæ. Id quod ante abunde demonstratum est. Nec omittendum illud quod Fallopius animadvertit. Ait enim anatome deprehendisse se, venas omnes quæ per corium disseminantur, quacumque in parte fuerint, ita inter se communicare, ut venæ dextrarum partium, sinistrarum venis continua serie copulentur. Unde dextrarum cum sinistris magnus est consensus, quod vasorum societas intercedat. Accedit quod minime sit explicabilis consensus partium cum partibus aliis. Id quod in hystericis affectionibus apparet. Id quod in fractura calcis quam convulsio sequitur, cernere est. Id quod in menstruorum motu periodico clarum est, præsertim quum laboriosius emoventur, clarum exsistit. Pluribus id non licet explicare, quum ante plenius disputatum sit.

Ac denuo (ut aliquid tandem constituatur) rationes supra adductas expendere necesse habeo. Ac de prima quidem ratione. Rata quidem multa sunt, sed exploranda denuo. Consentaneum videtur ut dextra potius pars, si læsa sit, convellatur, quam sinistra quæ illesa est. Galenus id expressisse videtur explicans illud: Convulsio ex vulnere letalis: Ex vulneribus fiunt convulsiones ratione sequentis ipsa vulnera inflammationis quum partes nervosas attigerit. Et primum convelli videntur quæ e directo sunt partium inflammatione laborantium, deinde postquam cerebrum quod principium est attigerit inflammatio ad totum extenditur corpus. Textus Græcus subobscurior videtur. Nomen enim πάθος in Græco conjungitur cum verbo ἅψηται, ut sit hinc sensus: Si affectio cerebrum attingat. In Latino vero jungitur vox πάθος cum verbo ἐκτείνεσθαι, ut sit hic sensus, affectio ad totum corpus extenditur. Vidi juvenem annorum vigentium saucium oculo dextro fracta orbita a primo statim die ἄφωνον, convulsum dextro brachio, & femore, resolutis sinistro brachio & femore per undecim dies, tandem interiisse. Dissecto capite cerebrum dextrum totum fuit purulentum, sinistrum plenum, serosa pituita. Cujus quidem rei rationem reddere videtur Galenus Commentario ad partic. 11. lib. 1. Prorrh. Ut in externis partibus affectiones incipiunt, & non totæ vel inflammantur, vel intument: ita cerebrum quum insignem magnitudinem habeat, multasque nervorum propagines, phlegmonem ejus alias ab aliis incipere oportet. Qua vero parte affectum fuerit, & nervorum propagines affici convenit. Porro Galenus loco supra commemorato asserit necessum esse ut convulsio primo partem affectam vulneratamque afficiat. Deinde si inflammatio cerebrum attigerit, quum æque vires suas infundat in dextras & sinistras partes, non potius dextra quam sinistra pars convellitur. In quo prima ratio jacet & destruitur, qua dicebatur convelli partem sanam ob consumtionem spiritus & sanguinis vi inflammationis quæ partem læsam afflixit. Quare ergo non convellebatur prius pars

Aph. 2. lib. 5.

Destruitur prima ratio.

pars læsa vi inflammationis? Est enim credibilius, siquidem inflammatio convellendi causa est, eam convulsionem contingere debuisse tum quum inflammatio vigebat, quam quum inclinavit & deferbuit, ut ἐμπύρευμα tantum relinquatur. Et si valet auctoritas Galeni, quum ipsa pars per se inflammetur, quum partes nervosæ aut membranosæ afficiantur, sana pars non convelletur, sed læsa & vulnerata. Duo enim hæc usuveniunt, prius, quod partium nervosarum inflammationem convulsio consequatur. Unde Galenus negat in articulari morbo nervorum, membranarumve inflammationem esse, quia non adsit convulsio. Pauci enim aut nulli arthritici convelli visi sunt posterius, quod natura ligamenti, chordæ, & nervi tardius inflammetur, semel autem conceptam inflammationem non facile deponat. Et Hippocrates lib. de Carnibus: Cerebrum sedes est & metropolis frigidi & glutinosi; Ideo quia minimum pinguitudinis habet, glutinosi vero plurimum a calido non exuritur. Ubi enim glutinosum affuerit frigido, citra pinguitudinem, exuri non vult, sed tempore calescens congelatur. Sic tarde cerebrum inflammatur si Hippocratis ratio valebit. Eodem pertinet & illud quod ab Aphrodisæo scriptum est: Cur atra bilis in mamma & crure cancrum faciat, in cerebro nequaquam. Est eo loci præclara demonstratio, & huc pertinens valde. Legatur locus Probl. 90. lib. 1. Ex quibus forte colligimus in Vulneribus capitis aut non esse inflammationem positivam (ut ita dicam) membranarum, ea enim convulsionem afferret, & sic læsa pars potius convelleretur. Aut si est inflammatio, non initio vulnerationis contingit. Tamen quum pars sana convellitur, tum viget inflammatio in parte sauciata, cujus occasione sana coafficitur & attrahitur. Hinc resolutio læsæ partis, & contractio illæsæ. Sed qui pars læsa inflammata non ipsa per se contrahatur & convellatur, non autem resolvatur? Inflammatio enim non resolvit sed contendit & contrahit: & pars inflammata seipsa fit astrictior. Nisi quis dixerit necessum esse ut tum quum pars læsa inflammatur, sana retrahatur propter læsæ partis astrictionem & collectionem. Tribus enim modis convulsio κατὰ τὴν συμπάθειαν contingit, illæsis partibus quæ convelluntur. Vocat autem Galen. τὰς τάσεις τῶν συμπαθειῶν causas; αἱ τάσεις autem dicuntur quum vel aponeurosis, vel nervus a parte una in aliam pertinet, & dum tenditur, pars etiam sana afficitur per sympathiam ob generis similitudinem & continuitatem partium. Est & quædam communis totius corporis τάσις, quia velut membrana obtenditur continua toti corpori, quæ quum afficitur pariter æqualiterque totum corpus afficitur, ut in febre quam ὀξόκοπον vocant. Primo, quum resolutus est musculus congener, tunc enim oppositus musculus convellitur. Secundo, quum oppositus musculus extenditur. Tertio, quum id quod sanum est, ab eo quod continuum est & proximum, attrahitur, ut in uteri secessionibus contingit (melius Græce, ὡς ἐπὶ τῶν τῆς ὑστέρας μεταστάσεων, in Basiliensi codice inepte legitur, ἑτέρας μεταστάσεων) Ad tertium autem modum id de quo nunc disputatur, referetur. Id enim quod sanum est, idest, pars cerebri sana, attrahitur a parte læsa & inflammata. Sed hic obiter monendum an hic tertius modus convenire possit cerebro quum continuum non sit, sed in duas divisum partes, an continuum dici possit κατὰ λῆψιν, continuum tamen ob nervos a parte una in alteram

Com. ad Aph. 49 lib. 6.

Galen. Com. ad par. 104 lib. 3. de artic.

alteram propagatos. Et hæc quæstio commemorabilis est & huc maxime pertinens. Dicebamus paullo ante (inde enim digressio facta est) quia pars inflammata astringitur & se colligit, ideo sana trahitur adduciturque, unde convellendi occasio. Et ideo quis facile credat convulsionem & paralysin diversarum partium contingere posse tamquam symptomata ἐπιγενόμενα, διὰ τὴν αὔξησιν, & propagationem causæ morbificæ, maxime quum ad membranas ipsius cerebri labes pervenit. Quod si primis diebus membrana ipsa inflammaretur, convulsio idem in tempus incideret. Et quando convulsio incidit, per auctionem causæ morbum faciuntis id fit, quod ἐπιγένεσιν vocant. Mille enim locis verbum τὸ ἐπιγενέσθαι significat. Et quia partes nervosæ, ut ante dictum est, non ita facile inflammantur, nec aucti morbi vis ad membranas se vertit, ideo non ita initio convulsiones eveniunt. Immo initio ne tantilla quidem febris est. Itaque convulsio potius aderit quum summa sunt omnia, & post vigorem inflammationis, non quidem inflammationis partis læsæ, sed partium sanarum, & in consensum vocatarum, ut membranarum cerebri, aut ipsius cerebri. Quod quum cito non eveniat, nec convulsio statim oborietur. Quamquam urget Galeni auctoritas. Vult enim in vulneribus convulsionem sequi ex inflammatione, eamque partium esse inflammatarum. Ac dicere partes inflammatas primum non inflammari absurdius est, & non proinde convelli partes e directo positas, id quod placet Galeno. Si enim læsa pars παραλύεται, & illæsa convellitur, vel est inflammatio, vel non. Si inflammatio, cur potius resolvitur & elanguet? Contra enim trahi, tendique vi inflammationis debet. Si est inflammatio major, non quidem initio, sed quum viget malum, symptomata quoque sui generis edet. Et tamen convulsio accidere videtur quum omnia deferbuere, & quum inflammatio desæviit; Quid enim παράλυσις, aliud annotat quam νέκρωσιν, λύσιν, σφάκελον, & ἀνασοιχείωσιν, ut loquitur Galenus, partis ad paralysin tendentis? Ergo non est credibile vi inflammationis convelli partem, cum pars sana ab inflammatione sit tuta, & si ob partem læsam inflammatam id eveniat in tempus vigoris potius incidet. Quod de phreniticis quæri potest. Si convellantur, an non potius in vigore morbi, & quum inflammationis summa sunt omnia? Symptomata enim tunc elucent, & major est naturæ conatus, & oppugnatio causæ morbum foventis. Nisi quis dicat convelli potius instante morte quum non jam amplius alteratio fit, sed alienatio temperamenti partis. De quo paullo post. Obiter unum animadvertemus. Si convellitur pars sana, aut convulsionis causam habet, ut virus, aut reipsa inflammationem, aut non habet. Si non habet, contingit tantum ex eventu, nempe ratione resolutæ partis alterius, (Sed qua ratione pars altera resolvatur dictum est) aut quia consumtionem sui spiritus & sanguinis contractam præ inflammatione partis sauciatæ, pars sana persentiscit. Si vero causam habet in se, aut inflammationem, aut virus depositum, qua vi deponitur virus? Est enim resoluta pars male affecta. At resoluta pars non habet potentiam depellendæ saniei virulentæ. Nisi dicamus διὰ τὴν διαδοχὴν id fieri, vel partem sanam, jam extincta altera, infirmam reddi, vel attrahere virus: aut id fieri per contagium; unde teter vapor convulsionis causa esse potest. Et si surgentibus & sum-

ſummiſſis vaporibus e viſceribus ipſis, convulſiones, & id genus alia cerebro contingunt, quid? quum domi, ideſt, in cerebro ipſo mali labes nutritur, alitur ac concipitur? Id autem perſentiſcit potius pars ſana: ut pote nondum defecta & languida facta: læſa non id ſentit ut pote infecta, contaminata, reſolvi jam prona per facultatis extinctionem, per ἀναστοιχείωσιν, & ἀναισθησίαν. Sequitur ergo ut pars altera ſana (ſana autem ὁμωνύμως dicetur) ſentiens iſtud virus, & fruſtra depellere adnitens (quum ad extrema jam proceſſum ſit) convellatur. Id quod probabile videtur. Si itaque pars læſa exſolvitur, videtur ab omnibus graviter peccari qui in vulneribus capitis curandis verſantur. Nam ſi cui infligitur vulnus parte dextra, initio ad revulſionem ex eadem parte laxata percuſſaque vena ſanguis detrahi ſolet. Et increſcente dolore auctiſque ſymptomatis, ex cephalica ejuſdem lateris laborantis detractio fit. Quod paullo imprudentius fieri videtur. Si enim ita frequenter pars laborans aperta vena exinanitur, dum vulneris ratio habetur, tantumdem de partis viribus, evacuato ſpiritu & ſanguine, detrahitur. Hinc major occaſio inducendæ paralyſeos. Itaque e re futurum magis videtur, ſi in oppoſita parte laxetur vena. Sed hæc ad methodum medendi pertinent: quæ ἐκ τοῦ τῆς ὁδοῦ animadvertiſſe non pigebit.

Atque inter diſputandum duo propoſita ſunt, quæ, ne ſeries ordoque rerum perturbaretur, diligentius non fuerunt diſcuſſa, prius eſt, dum diximus phreniticos inſtante morte convelli potius, quam quum inflammatio ſumma eſt. Poſterius, quod Gal. exiſtimat ex vulnere convulſionem contingere ob inflammationem: nos autem & inflammationem cauſam eſſe putamus, & rejectionem depoſitionemque materiei virulentæ in partem aliquam. Miror enim cur Gale. hanc unam cauſam nempe inflammationem, ſtatuat convulſionis, quum pars aliqua vulnerata eſt. Quaſi vero ex alia occaſione naſci non poſſit. Melius, meo judicio Hippocrates: Evaneſcente, ait, tumore in ulceribus con-
„ vulſiones contingunt: contra, quibus tumores in ulceribus oboriuntur, ra-
„ ro convelluntur. Galenus in commento tum convelli ait, quum ulcera vel
„ magnitudinem effatu dignam aſſumſerint, vel κακοήθειάν τινα, & quum ab
„ iis partibus ulceratis humor tumoris auctor ad partem aliquam primariam per μετάστασιν ſe inclinaverit. Sic in parte dextra cerebri œdema aliquod conceptum eſſe poteſt ratione vulneris, quod diſparens, translato alio humore, convellendi occaſio exſiſtit. Ut autem id fiat, repentinum quemdam motum καὶ ῥοπὴν fieri oportet. Et ſapienter Hippocrates utitur verbo ἐξαίφνης ἀφανίζεσθαι. Qua ratione non videtur ſatis probare illud Hippocr. τὰ ἐπόδινα ἀκείτως καταμολιωθέντα, φλαῦρα, καταμολύνεσθαι, eſt λύεσθαι κατὰ βραχύ. ideſt, ſenſim ſolvi, ut ſenſim humor transferatur. Et vult multo melius id dici poſſe ſi adjiciatur ἐξαίφνης ἀφανισθέντος χυμοῦ, ut ſit ſubita emotio & μετάστασις, humoris dolorificam διάθεσιν committentis. Et ita addit: Id quod huic inſtituto accommodatum
„ eſt, τὸ ἐξαίφνης ἀφανισθῆναι τὰς ὀδυνηρὰς διαθέσεις, ἄνευ τοῦ κατ᾽ ἄλλο τι μέρος τῶν φανερῶν
„ ἀπόστασιν γενέσθαι, καὶ πρὸς τὰ σπλάγχνα δηλοῖ τὴν μετάστασιν τῶν λυπούντων γεγονέναι. Il-
„ lud, Repente evaneſcere & diſparere diſpoſitiones dolorificas, (ideſt τὰ
„ οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς, ut alio loco Galenus explicat) præterquam quod in alia parte manifeſta abſceſſum eſſe docet, etiam ad viſcera ipſa translationem

Com. ad Aph. 2. lib. 5.

Aph. 65. lib. 5.

Partic. vult. ſect. 3. Prorr.

Com. ad Aphor. 63. li. 65.

humorum molestiam inferentium fieri testatur. Sic non videtur probare illud καταμολυνόμενον, ut tarda fiat humorum discessio. Tamen 2. Epid. videtur per τὸ ἐμολύνθη, subitam quamdam solutionem significare: Ita enim Galen. Com. ad particul. 45. sectionis 2. lib. 6. Epid. τὸ μολύνεσθαι, vocat τὸ τῆς ὀξείης κινήσεως καὶ μεταβολῆς παυσάμενον καὶ ἀποψυχθέν. Hoc autem videtur contrarium iis quæ hoc loco dicuntur. Tamen potest esse subita cessatio a motu, & tamen ut quod coquebatur, sensim atque sensim disparet. Et revera ἀφανίζειν significat subito cessare, καταμολύνεσθαι sensim vanescere. Ex his apparet non a sola inflammatione convulsionem in vulneribus evenire, sed translata alio materia, non sensim quidem, sed repente & incitatiore quodam motu.

Nunc de Phreniticorum convellendi causis: Diximus ante eos distendi convellique quum mors in propinquo est, non autem quum inflammationis summa sunt omnia. Quod si verum est, hinc elicias cur convulsio in vulneribus capitis non tam eveniat quum viget inflammatio alteraturque pars, quam quum deferbuit, & partis alienatio jam facta est. Id quod Galenus ex Hippocrate acutissime docet explicans illud: Desipientiæ obscuræ & blandæ valde nephriticæ: phrenitides obscuræ sunt quod vulgus Medicorum sæpe lateant. Existimant enim tum homines esse phreniticos quum homines ægri ejulant, & in assidentes insiliunt. At deterrima est hæc phrenitis: Hecticam enim quamdam in cerebro ali dispositionem indicat. Quum enim initio inflammationis qualitas ipsius humoris biliosi toti cerebri corpori nondum confusa est & permixta, tumultuariæ fiunt desipientiæ: At progressu temporis simile quippiam contrahitur lanis quæ a tinctoribus imbuuntur. Imbibitur enim id quod elui non potest. Idest, aliquando cerebrum alteratur tantum, aliquando alienatur temperamentum, & velut hectica quædam diathesis inducitur. Alienatio autem alteratione multo deterior exsistit. Atque hanc distinctionem ad institutum accommodemus: Convulsiones & terrifica symptomata quæ morituris a vulnere capitis accidunt, non excitantur tunc quum inflammatur pars, sed quum valde alterata & pęne alienata est. Sic est probabile forte convulsionem quamdam esse tacitam partis affectæ, manifestam tantum partis non sauciatæ. Sed hæc tantum conjectura nostra est. Quid enim impedit quominus per istam alienationem, antequam intermoreretur & resolveretur, obscure convulsa fuerit. At ita non est apparens, ut est convulsio partis illæsæ, & sic id quod sanum est attrahitur ab eo quod læsum est, quæ tertia est species convulsionis quæ fit κατὰ τὴν συμπάθειαν, ut ante ex Galeno dictum est. Atque ita satisfactum videtur objectioni quæ de inflammatione movetur, quod nimirum credibilius fuerit moveri convulsive animal sæviente inflammatione, non autem quum defervescit. Acriores enim sunt morsus & stimuli vigentis inflammationis quam inclinantis. Alienatio enim temperamenti quod ἐν ποιᾷ κράσει consistit, deteriora edit symptomata, quam alteratio, obscuriora quidem, & κατὰ τὴν φαντασίαν leviora, sed per se & reipsa funestiora, ut de obscura phrenitide demonstratum est.

Part. 35. lib. 1. Prorrh.

Jam vero qui oppugnant rationes primas de translatione materiei virulentæ a parte læsa ad sanam, (fieri enim potest ut tumore ἐξαίφνης evanescente, alio materia transcurrat) & de consumtione spiritus & sanguinis in parte sana, objiciunt

objiciunt & illud, de quo ante, ab ægra parte potius trahi ſanam partem, quod inflammatio conſtringat, contendatque: item convelli potius debere totum corpus, quam partem unam. Ad totum enim cerebrum vis inflammationis videtur pertinere, ſive id fiat per ſe, ſive κατὰ συμβεβηκός. Item, ſi virus ad partem ſanam fertur, pellitur a læſa parte. At quæ vis pellendi inerit parti jam moribundæ. Niſi ad extremum conatum partis ad interitum tendentis referamus. Mirum enim quanta vis eluceat in iſto diſſidio, diſſolutione partium, & ἐν τῇ ἀναςοιχειώσει, maxime ſi corpus floreat, nec vi majoris febris ſit exſolutum. Quæ cauſa potior videtur ceteris ad inferendam convulſionem. Pars enim ſana & velut viva per ſympathiam tantum affecta diſſolutionem ſui patitur. Quod citra vim magnam contingere nequit. Ridiculum alioqui foret convulſionem natura ipſa inclinante ac projecta contingere, quum ad convulſionem viribus & contentione opus ſit, ut docuimus ante cauſa τῆς λύσεως καὶ σπασμοῦ καὶ τόνου diſtinguentes. Quod ſi verum, cur non integris viribus convellebatur animans? Si aut flatus virulentus, aut nonnulla materies afficit partem ſanam, non jam affecto morbo eveniet convulſio. Metaſtaſis enim fieret ſuperſtite partium robore. Si credibile non fieri convulſionem per μετάςασιν. Quamquam magna vis eſt τῆς διαδοχῆς partium, magna quoque vis eſt particulæ materiei virulentæ, quantula ea ſit. Et id præſertim circum læſiones partium nervoſarum. Περὶ διαδοχῆς ita Hippocrates: Loci alterius loci excipientes (ſupple materiam) quæ fertur orgaſmo, excretione, attractione, aut propter dolorem, qui præceſſit, aut conjunctus, aut futurus eſt cum morbo, aut ob gravitatem, aut alio quopiam, liberant, aut aliis κοινωνίαι communicationes, alio loco vocat, ἀδελφιξίας. Migrationes fiunt, ait Galenus, humorum ob communicationem & conjunctionem naturæ membrorum, ut ὄρχις οἰδίσας ἀπὸ βιχέων ὑπόμνημά ἐςι κοινωνίας, ςήθεσι, μαζοῖς, γονῆς καὶ φωνῆς. Ita interpres: Teſticulus tumefactus in tuſſientibus, documentum eſt affinitatis cum pectore, mammis, clara voce. Male interpres, & ſine ſententia, melius ita Latine: Teſtis præ tuſſi intumeſcens argumentum eſt affinitatis cum pectore & cum mammis, geniturae & vocis. Multo magis dextra pars cerebri eam κοινωνίαν cum ſiniſtra habitura eſt, ut inexplicabilis ſit affectuum communicatio. Dicat quis cerebrum quum ampla pars non ſit, cur affecta una parte, altera non ſtatim coafficitur. Immo contra fit ex Galeni ſententia; ait enim Galen. ad part. 11. primi Prorrh. Cerebrum hominis inſignem magnitudinem habere, multaſque nervorum propagines, & phlegmonem cerebri non ſtatim in toto oriri cerebro, ſed alias ab aliis earum exoriri: Sic convulſiones una parte eveniunt, & non alia quod obſervatione dignum eſt. De vi particulæ materiei virulentæ abunde dictum eſt, licet etiam materia totius abſceſſus letiferi ad partem ſanam non demigret. Eſt enim Galeni locus nota dignus, cur lumbis dolentibus in ſuppreſſis hæmorrhoidibus καρδιαλγία eveniat, quum longo intervallo utraque pars ſit diſcluſa: Copia ſanguinis in venis coacervata, ſerum quoddam tenue (Græce ὀῤῥὸς λεπτὸς) in ventrem refluens, καρδιαλγίαν parit in os ejus maxime conſcendens ob ſenſum ejus exquiſitum. Pari jure, abſceſſu exſiſtente in cerebri parte læſa, & eamdem corrumpente, tenuis ichor reſudare poteſt, qui feriens partem dextram illæſam, convellendi occaſionem afferat. Sed cur potius hæc reſudatio phlegmone

Part. 45. ſect. 3. lib. 6. Epid.

3. de articul.

Sectio. 1. lib. 2. Epid. Locus depravatus.

Ad par. 38. li. 3. Prorrh.

mone defervescente, quam eadem flagrante? ut quum singultus inflammato hepatis concavo gignitur ob resudans serum a parte inflammata, non quum extinguitur, sed quum viget.

Ultima pars & ratio non est pretereunda de exhausto & inanitione. Convelli enim partem sanam putant quod spiritus & sanguis illius sit absumtus. Exiguus sæpe abscessus est, nec tanta inflammatio quæ rapuerit sanguinem & spiritum a parte sana. Nec credibile eo devenisse partem sanam ut inanita sit. Nam si exhauriebatur, cur non ante convellebatur, & integro sensu & facultate integra? Ut enim dolor fit dum res frangitur, contunditur, & id fit ἀθρόως· sic convulsio debet potius evenire dum spiritus exhauritur, quam quum exhaustus est. Fieri autem mutationem oportet, non jam factam. Alioqui hectica laborantes convellerentur. Contra qui affatim inaniuntur convelluntur, id enim ἀθρόως fit. Sed hic dubitatur an sit continua, an ex intervallis. Quum est ex intervallis, cerebrum quatit se ut excludat quod molestum est, non sic in tetano. Quomodo distinguit Galen. Epilepsiam a ceteris convulsionis formis: & eam Epilepsiam, contra quorumdam opinionem, ab exhausto non oriri ait, quod cito illa fiat, & cito solvatur. Ac tandem confugiendum est ad extremum naturæ conatum, ac dicere oportet partem sanam incipere exinaniri, non exhaustam esse. Sensus enim reliquus & integritas partis, parte læsa jam intermoriente, (nam vi morbi suum vigorem amittit, τόνον ἐκλείπειν, & velut λειποψυχεῖν, vocat Hippocrates elegantissime loquens de medicamentis quæ ventis perflata vigorem amittunt, & velut λειποψυχοῦσι) sensus inquam reliquus ad motus convulsivos plurimum facit. Et plerosque vidimus vi morbi convulsos, quorum in capite nil commemorabile deprehensum est quod convellendi occasionem attulisset. Ac si ea convulsio contigisset non tam ob conatum rei molestæ excutiendæ & expellendæ, quam per quamdam collectionem & recessum naturæ suas copias dissipatas & divulsas recolligentis. Id fit per quamdam ἀντίπασιν naturæ & morbi. Nam ubi vires sunt pares, ibi est renixus maximus: & natura est ἀντίπονος. Vulnus quidem exiguum, abscessus non ita magnus, sed partis præcipuæ & quamdam in corpore prærogativam habentis, obsidione magnus dicitur, & opinione major, & homini necando satis. Vires non ita detritæ & imminutæ, præsertim quum a vulnusculo intereundum sit. Ut mirum non sit si reluctatio sit maxima & adversaria quædam, colligente se natura, contentio. Hinc illæ lacrymæ: hinc convulsiones, hinc symptomatum terror. Et illud est quod nos consideramus & comminiscimur. Et tum id evenit quum subita & conferta est mutatio. Referre vero causam istam ad consumtionem spiritus in parte sana, unde ista consumtio? non fuit inflammata, affluxus præterea est perennis a corpore in cerebrum: itaque aut resolveretur pars sana, aut non convelleretur propria convulsione.

Galenus cap. 7. lib. 3. loc. aff.

Restat ut concludamus aliquid, ne legentis commentarium hunc animus varias in partes fluctuans distrahatur. Quamquam ea sumus usi methodo ut ordine rationes adversæ ponerentur: deinde conjecturæ nostræ & rationes probabiles quæ in certis rationibus convellendis insumerentur. Sed rerum series aliquando perturbata fuit, propter quæstionum quæ ex iis quæ

di-

disputantur, tamquam ex fontibus rivuli scaturiebant, varietatem. Diximus videri probabile ut simplex & absolutus consensus causa foret cur pars opposita eaque sana convelleretur. Immo quo modo resoluto musculo oppositæ partis ex eventu convellitur alterius adversæ partis musculus: sic fortassis æquum videtur ut resoluta una cerebri parte altera pars cerebri illæsa convellatur. Dextræ enim & sinistræ partes mutuo ad suam firmitatem retinendam conspirant. At dices: resolutio ista congeneris musculi, paris robore & viribus, convellendi occasio alteri musculo opposito exsistit, & id in musculos cadit, cur non & in cerebri partes oppositas, non quidem ratione medullæ cerebri, sed ratione & nervorum & membranarum? ut qua ratione os ventriculi convelli dicitur in singultu, licet musculus non sit, ita cerebrum convellatur non quidem totum, sed ea pars quæ illæsa erat, resoluta altera. Ut enim utraque pars cerebri in opus unum conspirat, ita fit, ut una intermortua, tendatur altera contrahaturque. Quid etiam impediat si dicamus hic evenire id quod diximus ante ex Galeno dum agitur de convulsione κατὰ τὴν συμπάθειαν; Fit, ait, convulsio quum id quod sanum est ab eo quod continuum est attrahitur: vel etiam, sanum attrahere ad se id quod sanum non est, & id ex eventu, quia quod sanum non est amittit suum τόνον, vigorem, ac resolvitur, & sequitur sani conatum & tractum τονικὸν, ut ita dicam: Nec omittam pericranium ipsum. Nam quum vulneretur, & ejus vulnus cerebro communicetur, ut ante dictum est, cur non resolvetur pars dextra cranium tegentis membranæ & musculi, & convelletur sinistra: ut convulsio ea sit quæ in musculis oppositis congeneribus cernitur? Unde quum Hippocr. cavet ne sectio fiat in temporibus, & supra tempora; in temporibus metu convulsionis, supra tempora, metu hæmorrhagiæ: ita „ ait: Sectum in temporibus convulsio prehendit, si tempus sinistrum „ sectum, convulsio dextrarum partium: Et contra. At id ratione musculorum oppositorum evenit. Et hæc consideranda cuique relinquimus.

3. de articulis.

Non est necesse refellere rationes eorum qui exhaustum convulsionis causam autumant, nec non μετάῤῥυσιν materiei virulentæ in partem sanam. De iis enim abundè dictum. Agnovimus quidem esse vim magnam vaporis, aut flatus venenati, si etiam e visceribus surgat, nedum si alatur, foveatur, retineaturque in arce mentis, omnis motionis & sensationis fonte. Id in arboribus ipsis cernere est. Nam siderationem nescio quæ aura maligna & malefica afferre solet. Et tam subiti tantique maleficii fere incognita est causa. Verum omnibus diligenter subductis rationi videtur affinius, ut convulsio partium sanarum ad extremum potius naturæ conatum referatur. Est enim parti sanæ, incolumi, & a læsione tutæ vi & necessario occumbendum. Id quod citra manifesta argumenta reluctantis naturæ fieri nequit. Unde vulgo dicitur, quod convulsio fere omnem animantem morientem comitatur: Nemo enim fere sine convulsione moritur prȩsertim si qua pars resistit. At sæpe tantulum est malum in capite quod mortem affert, unde ceteræ partes vi moriuntur, quia pars princeps leviter, quoad φαντασίαν laborat: sed in parte principe nil leve & contemnendum est. Unde illud Hippocr. 2. „ de natur. humana: A fortissimis membris morbi fiunt gravissimi: Nam

„ ſi in parte manent , laborante membro fortiſſimo , reliquum corpus turbari „ eſt neceſſe. Hujus rei fidem facit varia ratio intereundi in ſenibus vietis & defectis, & in junioribus quorum virtus eſt vernans & maſcula. Exemplum propoſitum eſt de animalibus quæ jugulantur, quæque ſubito, nulla prægreſſa affectione quæ vires minuerit, intereunt. Motus contractionis & cujuſdam convulſionis apparent, tamquam indicia naturæ manus dare nolentis, & ægre ſui diſſolutionem ferentis. In animalibus quæ morbo confecta obeunt, id non cernitur. Quum enim vitæ noſtræ filum bifariam concidatur, aut fato, aut caſu, fatum (εἱμαρμένη Græcis, & Demoſthenes vocat τὸ τοῦ εἱμαρμένης θανάτου quod notandum eſt) in perennitate effluvii triplicis ſubſtantiæ conſtituunt, unde fatalis quædam moriundi neceſſitas, ut eleganter ὁ Ἄνθρωπος εἱμαρμένος dicatur, fato decretus & aſſignatus. Caſus autem in vi ac potentia rerum extrinſecus incidentium, in cœli morbo, ac diætæ vitio, conſiſtit. At major quædam vis in ea diſſolutione quæ caſu contingit ſæpe cernitur, quam in ea quam fatalis affert neceſſitas. Sine ſenſu ac dolore aliquando contingit diſſolutio. Qui autem a capitis vulnere intereunt, febribus ſymptomaticis implicantur: hæ in aliis affectionibus terrifica non habent ſymptomata, at non ita in vulneribus capitis. Quoties enim nervoſum genus cerebrumque afficitur, deliriorum, convulſionum, tremorumq; metus eſſe ſolet. Magna enim eſt vis cerebri, admirabilis Naturæ in eo architectando ſollertia. Itaque quum capite ſaucius, particula tantum læſus ſit, cetera vero ſanus, mirum non eſt ſi motibus quibuſdam inordinatis natura ſeſe tueri velit adverſus inſtantis mortis & diſſolutionis impetum & quoad ejus fieri poteſt obſiſtat.

Et ut tandem ſcribendi commentandique finis & modus ſit aliquis, omnes eos quibus noſter deſudat labor rogamus ut hæc omnia boni conſulant. Non tam τῇ ἀνακεφαλαιώσει, quam ἐπιλόγῳ, id quicquid eſt concludendum fuit. Rationem hujus rei præfatio prætulit. Si quæ redundant & luxuriant, ea ſtilo ſunt depaſcenda ac revocanda. Multa ſunt diſputata animi gratia, non ulla de nobis concepta opinione. Multa hic ſola nituntur conjectura. Immo effecimus, ut noſtræ conjecturæ juſto militiæ ſacramento cum ſanis & germanis rationibus contenderent. In re enim difficili & lubrica, & quæ tot eruditos male habuit hactenus & exercuit, difficile eſt ſtatim aliquid ſtatuere. At oratione limatur veritas. Et licet multa ſint quæ in illam partem trahant, plura ſunt quæ in contrariam revocant: totumque in quo laboratur, ita perplexum eſt & ambiguum, ut judicium quorumdam requiramus qui rem totam definiant. Malo hac in parte abſolutam rei definitionem & quaſi deciſionem cum aliqua timiditatis opinione deſiderari, quam ſi fiducia aliqua male conſulta aliter feciſſem, meam prudentiam requiri.

APPENDIX AD LIBRUM

ΠΕΡΙ ΣΠΑΣΜΩΝ.

DIXIMUS ex Galeno cur præciso cerebro vomitus superveniat biliosus. An id fiat cerebro ipso cæso, an membranis solis affectis, quæstio quoque fuit. Cerebrum enim ipsum insensile esse credunt, & si quis sit sensus, eum totum membranis ipsique omento (ut Macrobius loquitur) acceptum ferunt. Tamen Galenus ad cerebrum ipsum causam istam biliosi vomitus refert. Non solum, ait, vulnerato cerebro succedit biliosa vomitio, sed & membrana crassiore. Quamquam Erasistratei, & qui sensum omnem a membranis repetunt facile eludere possint dictum Galeni. Vix enim intactis membranis cerebrum vulneratur. Sic eodem semper revolveretur. Nam quum sequitur ἐπιγέννημα quoddam commemorabile propter læsionem, id semper contingere non tam ob sauciatum cerebrum, quam ob affectam membranam, dicetur. Non pervenitur enim ad cerebrum nisi per medias membranas.

Sed alia longe difficilior quæstio. Dicunt quidam se observasse in plerisque eorum qui a vulnere capitis insigni interierunt, abscessum in concava jecinoris parte. An id fiat eveniatque nescio, sed tamen a plerisque chirurgis id observatum esse audivi. Sed si fiat, qua ratione contingat, & an sit verisimile id fieri posse, porro quæstione dignum erit.

Primum illud est verum quod Hippocrates & Galenus scribunt præciso cerebro & febrem, & bilis vomitum supervenire. Bilis revomitur, ait Gal. affecto ventriculo qui cerebro compatitur. Ad os enim propago nervorum insignis pertingit. Immo, ait Galenus, in magnis doloribus, & vehementi mœrore ad ventriculum biliosa superfluitas confluit, maxime si ventriculus male affectus fuerit. Unde ergo in concavo hepatis abscessus fiet? Quidam dicunt a cerebro per continuitatem membranarum internarum imperspicuarum sensim pus manare, & progredi eo donec ad hepar pervenerit. Id non est probabile. Afferam meam conjecturam, quando demonstrationem aut ἀποδεικτικόν τι, huc adducere nequeo, desumamque ex eo Galeni loco suprascripto. Vulnerato cerebro membranisque affectis, os ventriculi coafficitur, humoresque perturbantur, unde bilis vomitio. Si multa fit bilis evacuatio, ea ab abscessu vindicare potest. Si pauca bilis evacuatio, & frequens est nausea, aut quia æger vomere non consuevit, aut quia bilis crassior, motu difficilis, & quodammodo incuneata (ἔμπηξιν Galen. vocat) aut quia libertas meatuum non est, dum humor movetur & non excluditur, oppressionemque facit aliquam, potest in concavo hepatis colligi & inflammari, & præter symptomaticam febrem quam excitat τρῶμα capitis, essentialem febrem concitare. Hinc collectio, hinc inflammatio, hinc abscessus. Accedit quod in vulneribus capitis negant dandum pharmacum. Si daretur & evacuaretur bilis commota & non exclusa, ab abscessu

ſceſſu liberaretur æger. Numquid in febribus eſſentialibus abſceſſus in concavo hepatis fieret niſi Medicus daret operam purgationi? Et quia os compatitur ventriculi, Natura ſuas ſuppetias mittit ad eam partem obfuturas, quia non excluditur materia. Phlebotomia & purgatio eſſet vindex ejus abſceſſus. Et nuper in quodam qui pugione vulneratus erat, tamen in internam capacitatem vulnus circa nothas coſtas qua pertingit diaphragmatis extremum, non penetrarat; tamen in hepate repertus eſt abſceſſus. Unde id? Forte eodem modo quo in vulneribus capitis.



INDEX RERUM MEMORABILIUM.

A



ABSCESSUS in mesenterio symptomata, & signa, pag. 178.
Abscessuum bonorum notæ, 19. 44.
Accessionum tempore, contra præceptum Hippocratis, qui cibandi. 41.
Acetum cur in hypnotico oxyrhodino non adhibetur a Mompessulanis. 145.
Acutos morbos an moderetur Luna. 31
Ægris aliquando credendum. 158. 160.
Aeris vires. 2
Aerem humidum & siccum qui affectus consequantur. 91
Agitatio & perturbatio violenta cerebri, Epilepsiam movet. 26
Alcibiades coram populo dicturus contremiscebat. 26
Aloes usus an tutus in hepate calido. 39
Alterationi potius studendum in malignis morbis, quam evacuationi. 163
Aluen Arabum. 118
Alvo duræ & calidæ qualis aqua conveniat. 12
Qualia medicamenta. ibid.
Alvi adstrictæ causa peculiaris. 39. 150
Alvi fluor an hydropem juvet. 4
Alvi fluor parotidibus superveniens salutaris. 5
Alvi fluor frequens an ventriculum imbecillum arguat. 88
Alvi fluorum autumnalium causa materialis. 95
In Angina an in gutture foris sectio fieri possit. 163
Aphtharum in puellis causæ. 30
Apoplecticis an prosint sternutatoria. 4
An theriaca. 29. 30
Apostasis quid. 43. 44
Aqua qualis ventri duro & calido conveniat. 12
Aquis quid coctio multa conferat. 62
Aquam gelidam corpori nudo affusam in tertianæ paroxysmo sequuta & symptomata, & mors. 174
Aquarum mineralium vis. ibid.
Ardentium febrium crisis. 49
Focus aliquando. 89. 90
Arteriotomia an tuta in dolore capitis. 62
An in pleuritide conferat. 85
Arthritici cur libidinosi. 35
Cur offenduntur frequenti venæ sectione. 120
Arthriticis vinum noxium. 12
Arthritidis causa an semper a cerebro. 60
Arthritidis initio an præferenda phlebotomia catharsi. 9
Arthritis an generetur in siccitatibus. 97. 101. 108
Asinina caro an Elephantem generet. 123. 124
Asthmatis causæ. 133
Atrophiæ an conveniat catharticum. 8
Auræ malignæ vires. 134
Austrina constitutio destillationum parens. 4
Autumnus splenicorum morborum auctor. 76
Autumno atra bilis succrescit. 95
Autumni initio cur serum dominetur. 98. 103.
Autumnales morbi potius qualitatem materiæ, quam quantitatem sequuntur. 29. 76. 95.
Autumnalium morborum causa. 116. 118
Indoles & symptomata. 119. 120
Autumnalibus in morbis victus ratio exquisita, quæ in aliis temporibus cur non servanda. 119
Cur in iis non mittendus sanguis frequentius. 119
Αυχμὸς & ξηρότης quid differunt. 97

B

BAlnea quibus conveniant in dolore capitis. 58
Bilis & pituita omnium morborum auctores ex Hippocrate. 60
Bilis os ventriculi infestans malignam qualitatem æmulatur. 163
Bilis atræ exeuntis præsagium. 159
Biliosi an febriculosi. 110

An ingeniosi. 116
Biliosis cur nocet inedia. 7
Biliosorum febricitantium corpora cur potius alteranda quam evacuanda. 141
Biliosæ urinæ an phlebotomiam suadeant. 87. 134.
Blæsi quibus morbis obnoxii. 83. 84. 90
Brachii laborantis an secanda vena. 123
Brevitatis morborum causæ. 88
Bubones signa sunt viscerum male affectorum. 112.
Budæus coram Francisco Rege obmutuit. 3

C

Cachecticis & cacochrois cur sæpe laudabilis sanguis detrahitur. 67. 109
Cacochymi calfacti horrent. 79
In Cacochymia multa cum virium infirmitate non tutum catharticum. 140
Cœli vis in hæc inferiora. 1. 2
Calidum nervis amicum. 175
Calidum humidum temperamentum an optabilius calido sicco. 142
Cacoethiæ humorum vis in morbis. 152
Capitis in affectibus, an evocantibus ex alto, & medicamentis calidis sit utendum. 175
Caloris acris effectus. 80
Calvitium ab insigni capitis dolore. 149
Candidi valde cur febriculosi. 110
Capitis affecti aut gravati symptomata. 125
Capitis doloribus refrigerantia nocent. 28
Capitis in doloribus vehementissimis, viribus infirmis, an locus sit phlebotomiæ, & purgationi. 27
An balneo aquæ dulcis. 89
Capitis vulnera etiam levia non negligenda. 165
Capitis dolore cur sæpius tentantur mulieres. 128.
Capitis venarum apertio cur parum tuta. 78. 107
Cardiaca in suspicione variolarum. 168
Cardiacum datum instante die septimo febris. 171
Cardiogmi in febribus intermittentibus causa. 6
Cassia quibus noxia. 28
Cur iis quibus sectione detractus est lapis. 125
Catarrhi causæ. 127
Catarrhosis cur nocet inedia. 7
Catarrhosis an mittendus sanguis. 114. 127
Catarrhosorum qualis substantia cerebri. 143
Catharticorum vis hebetatur decocto variis simplicibus alterato. 140
Causarum procatarcticarum an habenda ratio in morbis. 59
Causi species. 81
Causo hæmorrhagiæ familiares. 82. 89
Causticorum utilitas, etiam ubi pus non subest, in malignæ qualitatis suspicione. 169
Cerebri agitatio violenta Epilepsiam movet. 26
Cerebri offensi signa. 168
Chylosa excretio quomodo curari debet. 9
Cibatio intempestiva morborum longorum causa. 151
Clysteres turgidulis noxii. 14
Coctio quid aquis conferat. 62
Coctio humoris an semper necessaria ad purgandum. 94
Cœliacæ excretionis curatio. 9
Cœliaca affectio quid differat a leienteria. 12
Colliquationis tabificæ in febre pestilenti, & variolis causæ. 32. & sequ.
Colicum dolorem juvantia & lædentia. 15 34.
Colici doloris remedia. 46
Colorationis in corpore causæ. 68. & seqq.
Comitialis morbus cur Epilepsia dicitur. 26
Conceptus falsi, sanguinis effusio sępe signum. 158
Conceptus in quibusdam mulieribus notæ. 66
Conditio vitæ in morbis quid importet. 64.
Congressus impotentia a vulnere in sura accepto. 170
Consensus in morbis causa. 54
Consilium & remedium malum consultori & inventori pessimum. 174
Consuetudo medicamentorum; & phlebotomiæ incommoda. 57. 58
Contumacibus in morbis in orgasmo medicamenta danda. 31
Convulsiones hystericarum an periculosæ. 71
Convulsionis supervenientis phlebotomiæ causæ. 160
Corpora sicca, strigosa, extenuata medicamentis non sunt agitanda. 173
Corruptionem partium quæ sequuntur febres sunt mediocres. 81
Cranii fracturam vomitus non semper indicat. 141

Crasso-

Crassorum corporum incommoda. 146
Crisi præsente aut instante evacuatio omnis periculosa. 51
Critico die an mittendus sanguis. 56
An purgandum. 73
An aliquid moliendum; 118. 141
Criticorum dierum observatio non negligenda. 141. 171
Cutanei morbi an semper oriantur ab internis partibus. 20. 43. 44. 48. 68. 72
Cutaneos morbos quando curare liceat. 49
Cutis defœdationis causæ. 67. & seqq.
Cystis fellis lapillis plena. 165

D

Deliquium animi an phlebotomiam dehortetur. 15. 46
Quibus familiare. 86.
Delirium humorum qualitatem magis sequitur. 52.
Deliquii animi signa. 46
Densorum corporum incommoda. 64
Dentes canini cur avulsi gravia inducant symptomata. 81
Dentium doloris causa. 63
Desipientes an medicamentis agitandi. 51
Destillationes calidæ extenuationem corpori afferunt. 157. 160. 169.
Diæta extenuans. 61
Diætę in sanis paullo indulgentioris commoda. 150
Diarrhœas sistere periculosum. 18. 151
Diarrhœa lapidosa. 159
Diathesis morbum difficilem reddit. 117
Dolores palpitatorii circa umbilicum mentem movent. 48
Doloris frequentissima causa. 29
Doloribus in magnis suppuratio provocanda. 177
Dolorum lateris variæ differentiæ. 5. 12. 36. 52. 58. 64
In doloribus lateris cur animadvertendum an febris sit essentialis, an non. 137
Dureti opinio, quod pueros pleuriticos aut peripneumonicos non agnoverit Hippocrates. 173
Disenteriæ cur frequentior usus enematum noxius. 11
Dyspnœarum quarumdam causæ. 131. 132. 133
Quibus destillationibus tabes succedat. 167
Dyspnœam juvat purgatio. 143
Dysuria quædam a vetere carnositate. 162

E

Empiricorum remedia metallica morbos desperatos cur sæpe profligant. 176
Ecchymosis quid. 69
Eclipsis Solis & Lunæ quantam corporibus alterationem afferat. 24. 32
Ecthymata quid sint. 36. 65
Ecthymaton causæ. 82
Ecthymata in popularibus morbis cur prava. 23
Emplastri de Vigo cum mercurio utilitas ad tumores & dolores variolarum. 172
Emplastrum ex pice idiotarum laudatum. 115
Empyicorum sectio loco & tempore tentanda. 157
Enchymosis quid. 69
Enemata quando noceant dysenteriæ. 10
Enematum acriorum noxa in longa alvi suppressione. 11. 29
Enterocele cur in mulieribus periculosior, quam in viris. 16
Enterocele ut curanda. 16
Epaphæresis in longis febribus utilis. 14
Epilepsia cur morbus comitialis dicta. 26
Epilepsiam movet violenta cerebri agitatio. ibid.
Epilepsiæ an conveniat phlebotomia. 113
Evacuationi etiam præferenda refectio in virium languore. 173
Evacuationi non tam studendum in morbis malignis quam alterationi. 163
Εὐρυωεία in venarum sectionibus consideranda. 44.
Εὐχροιαι quotuplex. 69
Exanthematis apparentibus an purgandum, & phlebotomandum. 93. 94
Exanthema quid. 43
Exanthemata an in abscessuum numero reponenda. 44
Exanthemata etiam sine febre non tuta. 93. 98
Exanthematum reliquiæ. 163.
Circa Exanthemata notandæ quæstiones. 133
Excreta qualiacumque in morbo maligno & pestilente an salutaria. 12. 23. 32
Excretiones fœtentes an perniciosæ. 29. 43
Excretiones intus foras naturæ vim mirabilem ostendunt, 170

Expe-

Experientiæ insolentis imprudentisque fatalis catastrophe. 17

F

FAcies nitida quid indicet. 50
Quid nævis contaminata. ibid.
Febriculosi qui. 110
Febris an detur topica. 63. 76.
Febris capitalis. 85
Febrem an linguæ alteratio consequatur. 77
In Febre pestilenti cur tam fœdæ excretiones. 79
De Febris essentia disputatio. 81
Febrium differentiæ incognitæ. 79
Febres nocturnæ an diurnis deteriores. 4
Febres intermittentes an dentur malignæ. 6
Febribus putridis quid conferat phlebotomia. 4
Febres venosæ & gastricæ. 78
Febres cur repetunt. 62
Febrium initio cur maximi circa ventriculum dolores. 63
Febres quorumdam anniversariæ. 71 Menstruæ & insolitarum periodorum. 113. 118. 164.
Febres ob corruptionem partium sunt mediocres. 81
Febrium ardentium crisis. 49
Femina an mas imperfectus. 31
Fetus in utero varia conformatio secundum tempora. 38
Fernelius circa originem arthritidis refellitur. 60
Fistula pulmonum aphthoica quid Hippocrati. 19
Flatus melancholicus solvit phlebotomia. 14. 47.
Flatus & ichor dolorum causæ frequentissimæ. 55. 164
Fluida etiam redduntur corpora alimentis. 150
Fluxione in frigida an mittendus sanguis. 114
Formosissimis mulieribus cur impurus sæpe sanguis detrahitur. 126
Fracturam cranii vomitus an semper indicet. 141
Frigus positivum & privativum quid. 49. Signa utriusque. ibid.
Furfuraceum quibus caput est an sani degant. 18

G

GAlli exenterati phrenitidi quando prosint. 3
Illorum utilitas in dolore capitis. 30
Genituræ & vocis consensus. 72
Gentilitii morbi a Medico valde considerandi. 114
Germinis falsi signa. 41
Gonorrhœæ suppressæ historia notanda. 142
Gracilis corporis commoda & incommoda. 146
Gradiendi impotentiæ remedia adhibita. 61
Graviditas venæ sectionem non dehortatur. 15. 16
Guajaci decocto an admiscenda purgantia. 27

H

HAbitus corporis sui sunt affectus, suique morbi. 19. 48. 68. 72. 74
Habitus corporis elaboratio alimenti perfectissima. 123
Habitus gracilis aut crassi uter præstet. 146
Habitus cur sæpe pinguis & laudabilis, labefactis alioquin visceribus. 19
Hæmorrhagia quibus utilis. 48. In quibus sistenda, in quibus non. 89
Hæmorrhagia quibus in febribus critica sit. 49. 89
Quibus item morbis. 82. 89
Hæmorrhagiæ cujusdam origo ab hypochondriis. 41
Hæmorrhagiæ peripneumonicis & causo familiares. 82. 89
Hæmorrhagia e naribus cur non statim supprimenda. 118
Hemitritæi materia. 32. 47
Hepar quid habet ἀνάῤῥοπον 6
Hepate inflammato an hæmorrhagia salutaris. 89
Hernia gentilitia. 159
Hidrotica quibus noxia. 38
Hidrotica quibus in febribus utilia. 62
Hippocraticum vinum an gravidæ instante partu propinandum. 30
Horroris vicissitudo in febribus unde. 6. 79
Humectantia quantum commoda melancholicis affectibus. 148
Humor motus non excretus deterior seipso quiescente. 141

Humorum sola congeries morbum difficilem non reddit. 117
Humores quidam sua malignitate venena adæquant. 169
Humorum cacoethiæ vis. 152. 161. 165.
Cur cognoscenda. 165. 169
Humorum inæqualium inæquales sunt mores, & motus. 178
Hydrargyrus qua vi agat. 8
Cur semini bellum indixit. ibid.
Hydrargyri virtus in lue venerea, & lepra. 10
Hydrargyri litus causa perpetui ptyalismi. 161
Hydrargyri litus utilitas in tumoribus a variolis. 172
Hydropi cur non conveniunt scammonium, & antimonium. 29
Hydropi an conferat vinum. 83
Hydropi quæ diæta conveniat. 90
An julepi & Apozemata. 7
Hydropis pulmonis signa. 11
Hieme an calidissima medicamenta præscribenda. 36
Hypochondriacorum allevatio unde. 147
Hystericarum convulsiones periculosæ. 71
Hysterica in passione vis & motus naturæ admirabiles. 17

I

IChor & flatus dolorum causæ frequentissimæ. 55
Icteri ante septimum pernicies. 114
Idiosyncrasia quanti momenti in Medicina. 25
Idiotarum remedium laudatum. 115
Impetigo an solius cutis morbus esse possit. 44
Inediæ in catarrhosis noxa. 7
Infantium nephritis conjectura. 161
Infirmitas virium, ab oppressione in principiis morborum. 140. 163
Inflammatio sanguinem corrumpit. 81
Influxus cælestis in hæc inferiora vis. 2
Infecunditas ex venæ sectione pone aures. 88
Ingeniosi cur melancholici & biliosi. 116
Intemperantia levis in excessu esculentorum, & potulentorum cur præferenda æquali parsimoniæ. 150
Ira pituitosis confert. 126
Iracundi qui. 80
Ischias non semper a cerebro. 60
An a siccitate fieri possit. 101
Jusculorum usus turgidulis & inflatis noxius. 14
An ad impinguationem commodus. 121
An orthopnoicis & pulmonicis. 124

L

LAc asinæ an arceat elephantem. 123
Lactis usus in colico dolore atque bilioso. 65
Lactis in ventriculo coagulatio quomodo impediatur. 139
Lacrymæ an provocandæ in ophthalmia. 27
Languoris ab ægrotatione, discrimen, & causa. 173
Lateris dolor fugax malignus. 109
Lateris dolorum differentiæ. 5. 36. 53. 58. 63. 102. 147. 149.
Lateris in doloribus quando purgandum. 12. 53. 64. 148. 149.
In quibus vena non secanda. 12. 53. 64. 148. 151. 152
Leienteriæ continuæ & diuturnæ symptomata. 96
Leienteriæ a cœliaca affectione discrimen. 143
Lentor circa dentes quid significet. 77
Lentiginosi malis ichoribus abundant. 176
Lepra an possit esse morbus solum cutaceus. 43
Lethargicis an tuto exhibeatur theriaca. 29
Lethargum quomodo æmuletur peripneumonia. 79
Liberorum corpora cur facilius morbos & remedia ferunt, quam servorum. 63
Lien quid habet. κατάῤῥοπον. 6
Lienis vulnera non sunt letalia. 164
Lienis vitio laborantium edacitatis causæ. 40
Lienosis an conferat diarrhœa. 4
An vinum album. 7
Linguæ alteratio & vitium quid indicet. 77
An febrem. ibid.
Linguæ colorum species. ibid.
Quid agendum insinuet. ibid.
Linguæ balbutiæ & hæsitantiæ causæ. 83. 84
Lochiis suppressis audacter secanda vena. 137
Lochiorum suppressio cur deterior mensium suppressione. 163
Longos morbos an moderetur Sol. 31
Longitudinis & brevitatis morborum causæ. 88
Luis venereæ alexiterium. 10
Luis venereæ reliquiæ noctu moventur. 113

Luis

Luis venereæ quale venenum. 144
Luis venereæ, & pestis collatio. 79
Lue venerea olim affectorum ulcera difficile sanantur. 144. 154
Luna an morbos acutos moderetur. 31
Luna deficiente an sanguis mittendus. 32
Luna silente an corpora imbecilliora. 131

M

MAlignis in febribus sanguis parce detrahendus. 5
Macri & squalidi an juventur venæ sectione. 80
Mala minima non negligenda. 86
Malignis in morbis alterationi maxime studendum. 163
Mammarum minima affectio non contemnenda. 135
Materiæ virulentæ suppressio mortifera. 176
Medicamenta validissima an hieme præscribenda. 36
Medicamenta ventri duro & calido qualia conveniant. 12
Medicamentorum usus frequens an commodus. 57
Medicina optima, non uti medicina. 116
Medicum industrium & minime timidum fortuna sæpe juvat. 57
Melancholicus humor an aptus capitis dolori excitando. 29
Quomodo cordi infensus. 144
Melancholicorum accidentium & dolorum a catarrho discrimen. 144. Quam noxia iis exsiccantia. ibid.
Melancholici cur ingeniosi. 116
Melancholici cur famelici. 40. Cur in accessionibus cibandi. 41
Mensis tum Solaris, tum Lunaris quot dierum. 31
Mensium eruptionis signa in febribus laboriosis. 65. 160. 174
Mensium sistendo fluori quomodo adstringentia & refrigerantia noceant. 134
Mensibus fluentibus an mittendus sanguis. 31
Menstrua purgatio præ pudore suppressa penitus. 177
Mesenterii abscessus symptomata & signa. 178
Metastases & inclinationes naturæ sunt admirabiles. 170
Mæroris & tristitiæ effectus. 104
Molæ signa. 41. 48
Monspessulani Medici in oxyrhodino hypnotico cur acetum fugiunt. 145
Morbi qui consuetis remediis non cedunt, κακοήθεις. 5. Hi morbi quomodo curandi. ibid.
Morbi gentilitii a Medico valde considerandi. 114
Morborum principia ex Hippocrate. 2. Ingenium. ibid.
Morbi autumnales sæpe male morati. 3
Morborum autumnalium idea & symptomata. 119. 120
Morbi per consensum quot modis fiant. 54
Morbi longi an fiant per consensum. 54. 55
Morbi ubi sunt obstinati, humorum motus sequendus etiam die paroxysmi. 177
In Morbis omnia timenda. 135. 148
Morbos acutos an moderetur Luna. 31
Morbos quid difficiles vel faciles reddat. 117
Morbilli non solum temporis, sed etiam corporis constitutionem sequuntur. 112
Morbillis quando conveniat catharticum. 18
Morbillorum eruptionem an impediat catharticum. 24. An phlebotomia. 32. & seq.
Mortis ab oppressione causa. 131
Motus & inclinationes naturæ sunt admirabiles. 170
Motus etiam uterini. ibid.
Mulieres cur difficilius morbis implicentur. 61
Mulieres cur suppressis mensibus de dolore circa os ventriculi queruntur. 63
Mulieres cur doloribus capitis sæpius affliguntur. 128
Mulieres vino deditæ gravibus morbis obnoxiæ. 145
Mulierum aborsus in peste. 175
Mutationum temporum vim qui maxime persentiunt. 125

N

NAturæ motus & inclinationes admirabiles. 170. Et metastases. ibid.
Nephritidis in infantibus conjectura. 161
Nervosis partibus calidum amicum. 175
Nitoris vultus causa. 69
Noverca una, duæ matres quid. 6
Nutrices pleuriticæ cur maxime dyspnoicæ. 128
Nutrices quæ diu fuerunt, aut debiles, aut fluxui muliebri obnoxiæ. 166
Nutricibus scammoniata nocent. 18

O

Obstructionis venarum mesaraicarum curatio. 9
Oculorum morbi multis remediis non vexandi. 42. Illorum duratio. ibid.
Oculorum rubor phlogoseos cerebri argumentum. 76
Oculis frigida nocent. 171
Oleorum calide istillatorum, vulneribus pulmonum utilitas: 175
Orthopnœa sicca, quæ Hippocrati. 131

P

Pallidis cur laudabilis sanguis sæpe detrahitur. 68
Palpitationis cardiacæ causæ. 151
Papulæ in popularibus morbis cur pravæ. 23
Paracentesis cur formidanda. 134
Paralysis quomodo fiat. 39
Parotides quæ perniciosæ. 23. 32
Parotides quæ minus metuendæ. 37
Parotidum suppuratio cavenda. 15
Paroxysmi febrilis vi, exitus oculi. 174
Paroxysmorum initio vomitus confert. 77
Partium corruptionem quæ febres sequuntur, sunt mediocres. 81
Partus an sit vitalis sexto mense Solari. 31
Παφλάζειν quid significet. 84
Pectoris dolor a qua interdum causa. 64
Peripneumoniæ causæ & symptomata. 102
Peripneumoniæ siccæ causæ, signa & remedia. 56
Peripneumonia ad lethargum accedens. 78
Peripneumonicis cur audacter mittendus sanguis. 15
Pestis & luis venereæ collatio. 79
Pestilentis febris dolor ὀστοκόπος unde. 33
Pestilentibus in morbis qualiscumque excretio juvat. 24. 32. Cur tam fœdæ excretiones. 79
Pharmaca vim naturæ inferunt. 116
Phlebotomiæ utilitas in febribus putridis. 4. 108 In tumente ventre puerorum. 4. In febre pestilenti. 33. In Variolis & Morbillis ante & post eruptionem. ibid.
Phlebotomia improbata in malignis temporum constitutionibus. 5. in capitis doloribus. 78. in catarrhosis 115. stomachose damnata in lateris dolore a congelatione. 52
Phlebotomia cur in morbis carnis competat. 78. Quibus præcipue febribus. 78 108
Phlebotomia an siccis & excarnibus conveniat. 80
Phlebotomia an impediat suppuratum. 136. 166
Phlebotomia an conveniat initio paralyseos. 61
Phlebotomiam an suadeat urina biliosa. 87 confusa. 146
Phlebotomia præferenda cathartico in dispositione inflammatoria ventris inferioris. 99
Phlebotomia an præferenda purgationi. 50 139
Phlebotomia sæpius repetita arguitur in pleuritide. 30. 148. in doloribus lateris. 52. in dolore capitis. 62. in decoloribus. 73. in morbis thoracicis. 107. in morbis autumnalibus. 123. in arthritide. 120
Phlebotomia quibus lateris doloribus competat. 5. 148. 149. & aliis casibus. 5. 146. 149. Quibus non competat. 36. 52
Phlebotomiam an dehortetur animi deliquium 15. An puerorum ætatula. 93. An graviditas. ibid.
Phlebotomiæ vespertinæ & nocturnæ incommodum. 18
A Phlebotomia somnus an concedendus. 46
Phlebotomia in febre tertiana omissa mortis causa fuit. 174
Observanda ad Phlebotomiam. 44
Phrenitidi an arteriotomia conferat. 85
Phrenitidis & siriaseos differentia. 76
Phrenitidi quando exenterati galli prosint. 3
Physiognomia refutata. 70
Pilulæ de argento vivo parum tutæ. 158. 172
Pilularum ex rheo usus quibus utilis. 87 stomachicarum. 142
Pituitosis naturis ira confert. 126
Pituitæ acidæ effectus. 100
Plebeji homines cur salubrius vivunt iis, qui exquisitam vivendi normam tenent. 150
Pleuritici cur horreant. 60
Pleuritidis variæ ideæ. 55
Pleuritidis siccæ causæ & signa. ibid.
In Pleuritide licet vergente ad nothas costas cur præferenda phlebotomia purgationi. 14
Pleuritidi siccæ a frigore an conveniat venæ sectio 55. an falsæ a tumore abdominis, & suppressa alvo. 109. 111
Pneumatici Medici. 29. 116. 165

Portulacæ succus ad verrucas. 31
Præcordiorum qualitas ut in facie innotescat. 50. 173
Pronuntiationis vitia. 84
Pruriginosus factus hydropicus. 49
Puer podagra laborans. 12
Pueri quamdiu lactandi. 5
Pueri quomodo purgandi. 40. & quam caute. 101
Pueris an detrahendus sanguis. 56. 93. 97. 101
Pueri an fiant pleuritici & peripneumonici. 173
Pulmonis consensus cum testiculis. 54. 72
Pulmo an multum alteretur post obitum. 109
Pulmonis erysipelatis causa. 156
Pulmonis inflammatio an dolorem in lateribus excitet. 102
Pulmonum morbi ut se in febribus manifestent. 100
Pulmonicis cur litus ad thoracem conferat. 139
Pulmonicis an conveniant juscula. 124
Pulmonicis sanguis corruptus fere detrahitur. 105
Pulsus quanti momenti in tota re Medica. 128. 132
Pulsus intercalaris venæ sectionem an dehortetur. 46. 88. Quibus familiaris. 46
Pulsus variat sæpe in alterutra arteria. 128. & inæqualis in eadem. ibid.
Pulsus cur qui habent debiles sæpe diutius vivunt. 153
Purgantia quam caute decernenda. 173
Purgantium scammoniatorum noxæ. 56
Purgantium siccitatem syrupus violatus emendat. 36
Purgantium frequens usus an utilis. 57. 115
Purgantium vis infringitur decocto multis simplicibus alterato. 140
Purgatio an tuta in pleuritide vergente ad hypochondria. 14
Purgatio an semper fieri debeat humoris cocti. 94
Purgatio quando præferenda phlebotomiæ in febribus. 108
Purgationi quando locus in lateris doloribus. 12. 53
Purgationes qui ægre ferant, & qui non. 106
Pustulæ non malignæ ob dilatam phlebotomiam in febribus. 47
Pustularum causa. 82

Q

Qualitas propria humorum consideranda. 100. 101
Quartana febris ut leviter tractanda. 18
Quartana numquam desinit ἀσιτίως. 86
Quartanarii præstigiis levati funesta catastrophe. 6. excessu liberati. 19
Quartana hydrargyri litu curata. 86. 104
Quartanam an solvat sectio inter anularem digitum & minimum. 164
Quinta tussis cur sic vocata. 155. 167
Quintæ tussis causæ. 155. & sequ. horrenda symptomata. 156. 157. 160. 169

R

Raritatis & densitatis cutis commoda & incommoda ex Hippocrate. 145
Refectioni ubi potius locus, quam evacuationi. 173
Remedia vera non negligenda. 169
Remedii a rustico exhibiti felix successus. 27
Repellentium noxa. 171
Rhabarbari præparatio ad obstructiones. 40
Rhabarbari usus in quodam casu. ibid.
Rheumatismi in pulmonem materia non omnis a capite. 157
Rigores inanes translationem ad caput afferunt symptomaticam. 39
Rigoris cujuslibet causæ. 178
Roborandum potius quam vacuandum in virium languore. 174
Rubiolarum differentiæ. 37. signa. ibid.
In Rubiolis cavendum a potu frigido. 38
Rubor oculorum phlogoseos in cerebro argumentum. 76
Ruforum quales humores & morbi. 136. 160

S

Salsedinis gustus in ore quid indicet. 77
Sanguinis vomitio vicaria interdum est eruptionis menstruæ. 170
Sanguis parce detrahendus in febribus malignis. 5
Sanguis cur sincerus sepe fluit ex naribus, e brachio corruptus. 45
Sanguis qualis reddatur immodica evacuatione. 66
Sanguis cur laudabilis sæpe demitur in cacochroicis. 108. 110
Sanguinis albicantis causæ. 100

San-

Sanguis visu bonus, tota substantia sæpe malus, & contra. 126
Sanguis laudabilis cur sæpe detrahitur visceribus vitiatis. 66
Sanguis cur impurus ex una vena potius quam ex alia. 66. 67
Sanguis in febribus quomodo vitiatur. 81
Sanguinis a lactis evacuatione differentia. 153
Sanguinis fluxus ex utero partum legitimum non impedit sæpe. 173
Scabies quando malum tantum cutaceum. 48
Scammonii & scammoniatorum noxæ. 28. 29. 56
Scammoniatis an miscenda adstringentia. 28
Scelotyrbe quid. 66
Secundinæ nullæ sunt in mola. 41
Securitas nimia in morbis vitanda. 148
Semitertianarum accidentia. 92
Septimestrem partum quot dies compleant. 34
Seri dominantis & efferi symptomata. 75. 98. 126. 147. 164.
Seri remedia. 102. 111
Seri suppressi symptomata. 80. 174
Seri a remediis procurati & sponte geniti discrimen. 146
Serum generantia. 83. 98
Servorum corpora cur minus ferunt morbos & remedia, quam liberorum. 63
Siccantia remedia quantum noxia melancholicis affectibus. 144
Sicca & strigosa corpora medicamentis non sunt agitanda. 173
Siccitas licet imbribus salubrior, morbis tamen non vacat. 3
Siccitas causa aliquorum affectuum. 146
Siccum temperamentum an optabilius humido. 142
Siccorum corporum dotes. 146
Sinciput cur doleat utero affecto, 71
Sincipitis & uteri consensus. 85
Singultus causa in febribus biliosis. 92
Siriasis quid. 76. 89
Siriaseos & phrenitis differentia. 76
Solis & Lunæ eclipsis quantam corporibus alterationem afferat. 25. 32
Spiritus cur τὰ ὁρμῶντα dicti. 88
Splenes quid Hippocrati. 76
Splenici morbi quando regnent. ibid.
Spondylorum caries a lue venerea. 55
Sputum sanguinis non est semper formidandum. 25
Sputo sanguinis an conveniant adstringentia. 29
Squalido tempore qui humores dominentur. 98
Squalidorum corporum incommoda a detractione sanguinis. 47
Styptica noxia in colico dolore, licet vomitus adsit. 34
Sudatoria laudata. 89
Sudor cruentus. 175
Sudorum provocatio in doloribus a diffusione seri. 104
Sudores inanes translationem ad caput afferunt symptomaticam. 39
Sudoribus manantibus an possit mitti sanguis. 118
Sudorum suppressorum incommoda. 80
Sudorificis, quibus in febribus locus. 62
Suppurationem an impediat venæ sectio. 136. 140. 146. 153. 166.
Sympathiæ in morbis modi & differentiæ. 54
Synochi imputres. 79
Syntonia quid. 122. 124
Syrupi violati usus post purgantia. 39
Suppressi humoris vitiosi & maligni noxa. 171. 176.
Suppuratio provocanda in magnis doloribus. 177

T

Tabes & colliquatio in febre pestilenti, & variolis unde. 33
Tabes quas destillationes maxime consequatur. 167
Tabis duæ differentiæ. 156
Tabidis cur dentes livescunt. 18
Temperamentum calidum humidum an optabilius calido sicco. 142
Tempestatum vis mira. 176
Tempestatum vim qui maxime persentiunt. 125
Temporum observatio quanti momenti in re Medica. 2
Tenue quoddam in causis, magnarumque virium. 164. 165
Terminthorum causa. 165
Tertianis febribus an competat venæ sectio ante tertium paroxysmum. 80
Tertianis in febribus quæ fiunt vomitiones, sunt expertes malignitatis. 6
Tertiana in febre omissa venæ sectio mortis causa fuit. 174
Testiculorum consensus cum pulmone. 55. 72

Theriaca an tuto exhibeatur in comatosis affectionibus. 29
Thoracis consensus cum testibus. 72
Thoracis litus cur pulmonicis conferunt. 139
Tibiarum ulcera consolidata quid accersant. 163
Tiq morbi causae, & remedium. 140
τὸ θεῖον quid Galeno. 2. Ubi considerandum. 163
Tonitru vis in mutandis aere & morbis. 176
Τριταιοφυὴς febris quid differat ab hemitritæo. 32
Tussis *quintæ* dictæ causæ. 155
Tussis siccæ. 155


V

Vaporum tetrorum in multis affectibus variæ noxarum ideæ. 144. 147. 148
Varicosarum venarum apertio tuta. 159 175
Variolarum eruptionem non impedit catharsis. 24. Nec phlebotomia ante & post. 32. 33. Cardiacorum usus in Variolis. 168
Variolarum terrifica symptomata. 172
Venarum capitis sectio cur parum tuta. 78
Venarum angustia consideratu digna. 89. ad purgationem & phlebotomiam. 108
Venenorum distinctio. 79
Venenorum cur alia cor, alia partes alias impetunt. ibid.
Venosi qui. ibid.
Ventres calidi carnes habent frigidas. 80
Ventriculi delicati aut exquisiti sensus symptomata. 26
Ventriculi dolor initio febrium unde. 63
Ventriculo quæ purgantia obsint. ibid.
Verni morbi plenitudinem potius, quam cacoethiam sequuntur. 3
Vermes varias doloris species excitare possunt. 22. & terrifica symptomata. 161
Verrucarum cura. 31. 166
Victus ratio in morbis autumnalibus qualis servanda. 119
Victus ratio qua corpus minime pinguescat. 61
Vinum Hippocraticum an instante partu gravidæ propinandum. 30
Vinum an hydropi conferat. 83
Vinum album oligophorum quibus in febribus conveniat. 62
Vino deditæ mulieres gravibus morbis obnoxiæ. 145
Virgo præ pudore desiit esse menstrua. 177
Virulentæ materiæ suppressio mortifera. ibid.
Viscerum inflammatorum crisis. 49
Viscerum integritas aut vitium ut in facie se se prodat. 50
Vitiligo an solius cutis morbus. 43. 44
Vitiligo est morbus totius substantiæ. 48
Ulcerum tibiarum consolidatio periculosa. 86
Ulcera hydrargyro curata. 101. 105.
Ulcera eorum qui lue venerea aliquando laborarunt, difficulter sanabilia. 144. 154
Vocis vitiorum causæ. 84
Vocis & genituræ consensus. 72
Vomitorium quando præferendum cardiaco in defectionibus animi. 9
Vomitio confert initio paroxysmorum. 77
Vomitionem sistere interdum perniciosissimum. 18. 151
Vomitio sanguinis vicaria sæpe est menstruæ eruptioni. 170
Vomitus a casu, an cranii fracturam semper indicet. 141
Vomiturientium curatio. 87
Urina biliosa an phlebotomiam suadeat. 87. 134
Urinæ profusio lienosis confert. 4
Urinæ suppressæ causæ. 110
Urinæ confusæ differunt a perturbatis. 146
An phlebotomiam postulent. ibid.
Urina acris etiam aliquo commodo non caret. 166
Uteri & sincipitis consensus. 71. 85
Uterorum complicatio, morbus Hippocrati notus. 101
Uteri vis & motus mirabiles. 176
Vultus est animi index. 70

IN-

INDEX
VOCUM GRÆCARUM
Observatu Digniorum quæ in BALLONII *Epidemiis continentur.*

A



Θλιπτος ἐπισημασία. 129
Αθρόως. 43
Αἷμα σαρκῶδες. 48.95
Αἷμα διουρεῖν. 81
Αἱματοχύται. 153
Ακράτεια τῆς γλώσσης. 84
Αλες. 43
Αμπωτις Ιπποκρατική. 70
Αναθερμαίνεσθαι. 49
Αναπτύσσεται. 92
Ανέμετος. 37
Ανάῤῥοπον, κατάῤῥοπον. 6
Ανεμία, ἀνέμος. 29
Ανωμαλία σφυγμοῦ. 46
Απεπτον. 163
Αποςάσεως καὶ ἐξανθήματος diff. 43
Απότηξις. 156
Απροαιρέτως. 24
Ασφυξία. 22.129
Ατονία. 173
Ατυπος. 90
Αυάντης. 95
Αυχμός. 97
Αψυχία. 83

B

Βληχρός. 81.89

Γ

Γένεσις συνεχής. 88
Γλώσσης ὑπὸ ξηρότητος ψελλοί. 85
Γλώσση ἀκρατής. 159

Δ

Διάθεσις ὑποχονδριακή. 5
Διάθεσις ῥευματική. 11
Διαθέσεις ἀφθώδεες. 94
Διάθεσις σωτηκτική. 122
Διαλέκτου πάθος. 84
Διάχυσις. 4.41.112.122
Διάχυσις τοῦ φλέγματος. 125
Διουρεῖν. 44.81
Δυσδιαφόρητον σῶμα. 145

E

Εγχύμωσις. 69
Εκθύματα. 23
Εξανθήματα. 24.43
Εκχύμωσις. 69
Εκλυσις. 38
Εξις. 20
Εξις ἀθλητική. 69
Επάρματα. 91
Επιδημικόν. 176
Επισημασία. 129
Επίσχεσις τῶν οὔρων. 9
Επίφλεβοι. 80
Εὔδιος. 36
Εὐχωρία τῶν φλεβῶν. 26
Ευσαρκία. 19
Εὔσαρκοι, καὶ εὐτὰ σώματα ἔχοντες. 142
Ευχερός. 71
Ευχροια. 69
Ευτονία. 122
Εφαμαρτοεπεῖς. 84
Εφθότης. 15

Z

Ζύμωσις τοῦ χυμοῦ μελαγχολικοῦ. 143

Θ

Θλίψις. 129
Θυμοειδεῖς. 80
Θωρῆξαι καὶ ἐμπλῆσαι. 83

Η

Ἡμιτριταῖος πυρετός. 32.122

Ι

Ἰδιοσυγκρασίη. 25
Ἰσχνοφωνία. 84

Κ

Κάθαρσις. 28
Καχεκτικόν. 8
Καχεξίη. 8
Κακόχρωος. 108
Καταμήνια μετὰ τόκου. 30
Καταῤῥοπίη. 35
Κατακορεῖς. 86
Κενεαγγείη. 92

Λ

Λειεντερία. 28
Λειποθυμεῖν καὶ ἐκλύεσθαι. 63
Λεπτοφωνία. 84
Λεπτομερέστατοι. 125
Λευκά. 154
Λήθαργος. 89

Μ

Μετάστασις. 2
Μετὰ τὸν διάτριτον. 80
Μῖξις. 35

Ν

Ναυτιώδης. 37
Νεανικῶς ἐξιστάμενος. 7
Νοῦσος βληχροτέρη καὶ θανάσιμος. 89
Νωθρότης. 89

Ξ

Ξηρός βληχρός. 81
Ξηρότης. 97

Ο

Ογκος. 20
Ομοιότροπος. 28
Ορμῶντα. 88
Οστοκόπος. 33.103
Οξυθυμώτεροι. 80
Οὔρων ἐπίσχεσις. 9

Π

Πάθος φωνῆς. 84
Παραλύσεως οὐσία. 124
Πάρεσις. 123.124
Παρωτίδες. 91
Παφλάζειν. 84
Πεπασμοῦ ἀδυναμία. 13
Πέπονα φαρμακεύειν. 36
Περίγλισχρον. 77.122
Περισταλτικός. 11.29
Πικρόχολοι τὰ ἄνω. 34
Πλατυφλεβοί. 71
Πνευματικοὶ ἰατροί. 29.116.165
Πολὺς κλάδος. 50
Προθυμώτερα σώματα. 147
Πῦρ βληχρόν. 81
Πυρετὸς τριταιοφυής. 32
Πυρετὸς κεφαλικός. 76
Πυρετὸς ξηρὸς βληχρός. 81
Πυρετοὶ γαστρικοί. 78

Ρ

Ρευματικὴ διάθεσις. 11

Σ

Σειρίασις. 76
Σκελετός. 33.142
Σκελοτύρβη. 66
Σιτίων ἐμπλῆσαι. 83
Σπασμοὶ εὐχερεῖς. 71
Σπατίλη. 28.88
Σπλῆνα θάλλειν. 76
Σπλῆνες φθινοπώρῳ. 119
Σποραδικόν. 176
Συναθροισμός. 88
Συγκοπτικά. 15
Συνολκαὶ σπασμώδεες. 16
Συνολκαὶ σπασμώδεες καὶ συνέχεες. 71

Σί-

Συμπλοκὴ καὶ μίξις τῶν νοσημάτων. 116
Σύντηξις. 122.124
Σωτονία. 122.124
Σφακελισμός. 21

T

Ταχύγλωσσος. 28.104
Ταραχή. 28.104
Τάσις. 124
Τραυλός. 84.90
Τραυλότης. 84
Τριχίσματα κεγχρώδεα τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις ἴκελα ἀναδίγμασιν. 65
Τριταιοφυεῖς. 23.32
Τρυχοφωνία. 122

Υ

Ὑπερέμετος τῶν φλέβων τῆς κεφαλῆς. 85
Ὑπερκάθαρσις. 176
Ὑπόσπληνος. 65
Ὑπόχλωρος. 66.67
Ὑποχώρημα. 124
Ὑπονέμιος. 29
Ὑποσαρκίδιος. 18

Φ

Φθανει χεῖσθαι. 157
Φθόριον. 136

Χ

Χλώρασμα λαμπρόν. 50
Χρόνιον νόσημα. 55
Χρονία διάθεσις. ibid.
Χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος. 68

Ψ

Ψελλότης. 84
Ψωροφθαλμίαι. 84

Ω

Ὠμὸν αἷμα. 59
Ὡραῖα ὡραίως. 36

FINIS.

INDEX
RERUM ET VOCUM MEMORIA

ſcituque dignarum, quæ in hoc libro Definitionum Medicarum G. BALLONII *continentur. Numerus paginam deſignat.*

A


BDOMEN, Aqualiculus, pag. 234
Abſceſſus. 218
Acceſſio periodica. 161
Acceſſio exquiſitæ febris tertianæ finitur horis XII. 261
Acceſſio febris & paranymphus. 259
Acceſſio univerſalis. 261
Ægri & ſani quomodo debent decumbere. 219
Ægri & ſani a faciei colore dignoſcuntur. 219
Ægri plurimis obruuntur damnis. 222
Æquale & continuum tempus in febribus. 261
Æqualitas in rebus naturalibus laudabilis. 196
Æquitatio cauſa ruptionis. 247
Æſtus præcordiorum. 196
Ætates, illarum differentiæ, ſymptomata, morbi. 251. 253
Affatim, acervatim, agminatim, confertim, cito, multum, ſimul & totum in quo differunt. 189. 190. Græc. ἀθρόον & ἀθρόως.
Affectuum Therapia. 250
Alimentum & ejus mora. 250
Alvus liquida & circumtenſa. 250. 265. 266
Alvi excretio, fluor, ſigna, cauſæ, profluvium, proprium. 211. 215. 248. 249
Analogia partium corporis. 244
Anaſtomoſis vel oſtiorum venarum apertio. 247
Angina quotuplex. 238
Angina ſicca, ferina, bilioſa, de eadem variæ quæſtiones. 230. 238
Anguſtus pulſus. 241
Animi morbi quot. 252
Anni conſtitutiones & obſervationes temporum. 243. 251.
Aphoni ἀναύδοι, cum dolore moriuntur muti, quare. 203. 256
Aphonia ſine voce, quibuſnam contingit. 203
Apoplectici cito moriuntur. 256
Apoplexia & ejuſdem cauſa. 255
Aqua Elementum primum. 251.
Aquilonia & ſicca tempeſtas. 256
Arenulentorum excretio unde. 265
Arte & natura fiunt omnia. 222
Arthritidis & Iſchiadis cauſæ. 226
Articularis morbi dolores unde. 226
Aſtrictio cui ſuccedit, quid. 237. 253
Athletarum evexia ſeu bonus habitus. 219
Athletarum venter eſt ſaginatus. 234
Attractio hepatis. 250
Avium volatus cum ægri affectionibus comparatio. 227
Aurium dolor. 256
Auruginoſi calidi, bilioſi, venoſi, hypochondriaci & iracundi, flavi, icterici. 224

B

Bilis diſtinctio & colores. 193. 194 & 195. quid indicet. ibid.
Bilis fit craſſior per uſtionem & deterior ſeri defectu. 195
Bilis raptus ad cerebrum, cujus procreatrix eſt intemperies calida. 253
Bilis excrementitiæ quæſtio. 209
Bilioſus humor & bilioſæ dejectiones & ſpumantes unde. 210. 264
Brevis vita, & celeris brevis fati homines βραχύβιοι, ὀλιγοχρόνιοι, perbreve, & perparum inter ſe diſcrepant. 190. 191
Bombus. 200
Borborygmus eſt quidam ſonus a bombo diſtin-

distinctus. 197. 198. 199. 200
Bullæ & spuma fiunt a calore. 209

C

CAcochymia. 217
Calamitosus & funestus hemitritæus. 263
Calida intemperies. 250. 253
Calido ventre sunt μεγάθυμοι quare. 223
Calor quotuplex. 224
Calor febrilis. 249
Calor foris intro revocatus quid. 196 hieme intro. 207
Calor dissipat, frigus congregat. 208
Calor movet, frigus vero non. 245
Calor spiritusque influens. 248
Caloris effectus. 209. 248. 253
Capitis affectus. 244. 255
Capitis gravitas. 256. ab humoribus. 230
Capitis cum ventriculo sympathia & affinitas. 244
Cardiogmus & Nausea. 204
Causa manifesta. 247
Caustica. 233
Causus, Καῦσος. 262
Cephalalgia, capitis dolor. 203. 253
Cerebrum pars princeps. 245
Cerebri affectio & diathesis. 204. 245
Cerebri crudor & diathesis hectica. 241. 256
Cerebri ventres 256 symptomata. 244
Chronici morbi. 251
Cholera morbus & Cholera sicca. 237
Coagmentatio, Concretio lapidis Σύναγμα 250
Coctio. 216. distinctio. 261
Coctionis & Cruditatis signa & differentiæ. 236
Cœlo æstuante calidus fit humor. 253
Collectio urinæ. 250
Colli contortionis causæ. 239
Colliquatio & raritas venarum. 254
Colliquatio urinarum pendet ab inferioribus aut superioribus partibus. 190
Colici dolores. 196. 201. 264
Color talis qualis humor in corpore apparet. 218. 242
Coloris suavitas in facie laudabilis. 218. 219.
Color indicat affectus & morbos. 242.
Congeneres humores σύντροφοι. 252
Congeries humorum. 252
Conjectura certa vel potius signum evidentissimum & certissimum argumentum. 257. Gal. τεκμήειον.
Consistentia σύςασις. 193.
Contractio ab horrore. 259. 261
Contraria contrariis. 191
Continuæ febris cum intermittente differentia. 261
Contorsio colli. 239
Convulsio omnis dolorifica. 201. & 203
Convulsionum causæ. 202
Cor dissectione apertum habet in se ichores seu tenuem substantiam aqueam. 225
Corpus quare non proficit. 217
Corpus quo situ collocandum. 248
Corporis projectio, disiectio, inquietudo ῥιπτασμός. 248 etiam δυσφοεία.
Corruptio alimenti a qua fit, signa, causæ, num a calore febrili. 245. 250. 257. 266
Coryzę & Catarrhi in valde senibus coctionem non admittunt. 216. 230. 256
Crisis definitio & divisio. 222

D

DEcubitus compositio indecora a medico observanda diligenter. 228
Decubitus in sanis causa, in ægris signum est. 228. ratio ibid.
Decubitus corpore inflexo cur juvat. ibid. differentiæ. ibid.
Decubitus quando censetur malus. 229
Defluxiones coctæ & incoctæ quando. 236
Deglutitio difficilis quare. 238
Delirium succedit dupliciter. 240
Delirii signum. ibid.
Devolutionis & jactationis corporis cum animi anxietate causa. 229
Diagnosis, unus e tribus artis Medicæ scopus. 192. 257
Diathesis rheumatica. 245
Dies quartus, indicatorius. 240
Differentia secundum magis & minus. 217. 248
Distensio intestinorum & abdominis. 199. 200.
Distillatio ferina a capite. 230
Distinctio excrementi partium nervosarum & carnosarum. 247
Dolor est tristis sensatio, hic passio præter naturam vi facta & affatim ἀθρόως 191
Dolor recurrens sese revolvens velut orgasmo quodam. 201
Dolor implacabilis. 201
Doloris causa alteratio. 191

Dolor

Doloris differentiæ. 201. 234
Dulcia in bilem facillime vertuntur & amarescunt. 237
Dysenteria torminibus laborantibus, eidem supervenit lienteria. 207. 232

E

Empyicis tenasmus, dysenteria, &c. 226
Ephialtes. 228
Epistasis urinæ, consistentia, colliquatio, pinguedo. 190
Essentia rheumatici affectus. 246
Etymon, in variatione accentuum variat vocum significationes. 192
Excrementa arenosa friabilia & carnium frustis similia. 265
Excrementorum spuma, & differentiæ. ibid.
Excreta intestinorum. 190
Excretiones quid pariant. 243

F

Facies index passionum & humorum prædominantium. 219
Facies bene colorata aliquando fallit. 220
Fauces dolentes. 238
Febris quid. 76. Causus. 238
Febres vertiginosæ periculosæ. 204
Febrium differentiæ. 262
Febrium accessiones cur breves vel longæ. 264
Ficus ubi contingit. 217
Ficatio in oculis. 217
Flatus definitio & distinctio. 200. 223
Flatus unde generantur. 223. 224
Flatulenta natura & flatuosus spiritus. 197. 211
Fluxio a capite & ejusdem effectus. 244. quotuplex. ibid.
Fluxiones habent suas periodos. 244
effectus. 246
Fluxus alvi triplex. 244
Fluxus hæmorrhoidon quomodo fit. 190
Fluxus per quid fiat quæstio. 246
Formę impressio quomodo fit. 222.
Frigus adurit. 239
Fuchsius in vocibus sepius fallitur. 204

G

Galeni locus excusatus. 221
Gargareonis affectus & causa. 231
Gangræna est perfecta carnis mortificatio. 255
Genæ purulentis rubent, earum varius item color. 219
Glandulæ. 201
Grammaticæ nota, diversa lectio vocum. 207. 230

H

Habitus optimus in quibus consistat. 198
Habitus athleticus an bonus. 219
Hectica dispositio intestinorum a borborygmo. 199
Hectici cur non strangulantur. 239
Hæmorrhagia fit confertim & repente. 190
Hemorrhoides ab atra bile bonæ. 214
Hepar affectum primaria est dolorum & morborum causa. 201. & 203
Hepatis inflammatio quomodo dignoscitur. 199
Herpetis & Erysipelatis causæ. 244
Homonymum. 190. 212
Humor mora fit deterior & parit convulsiones. 202
Humor a pulmone ebibitur. 195
Humores naturales & non naturales, peccant qualitate vel quantitate. 235. 238. 244
Humorum colorum comparatio. 242
Humorum spontanea & meraca evacuatio. 193
Hydropis ab hepate affecto & ejus atonia. 199. 213. 232
Hydropis origo, species, symptoma & signum pathognomonicum. 213
Hydropi coctio difficilis. 224
Hypallage Hippocrati familiaris. 193. 206
Hyparxis quid. 191
Hypochondria, eorum dolores & affectus. 197. 198. 199
Hypochondriorum elevationis causæ. 198

I

Ichor quid, effectus, & Ichores crudi & incocti. 226. 227
Icterus, illius causæ, & symptomata. 206. 223. 224
Icterici an biliosi, an flatuosi. 223. 224
Iliaca passio unde, & symptoma. 201. 203. 204.
Ileon intestinum. 204
Illius nomen proprium. ibid.

Ilei causa; affectus an Chronicus, an acutus. 203. 204
Imbecillitas & virium robur. 217
Imbecillitas in parte contracta. 246
Intestinorum affectus, Convolutio, Oeconomia. 203. 204. 232. 237
Inquietudo quotuplex, ejusdem causæ. 196
Jucundum est quod ad suam naturam redit. 191

L

LAryngis & colli passio. 238
Lævor intestinorum. 232
Leipyria febris. 244
Leucophlegmatia. 198
Lippitudo oculorum. 235
Livor est via ad nigrum. 190. qui in partibus corporibus malus est, nigredine pejor. 242. 243
Lumborum dolores cur breves. 201. 207

M

MAlum malo cumulatur. 239
Malorum origo & præcipue fluxionum a cerebro. 239. 245
Materia vaga, fixa. 202. 207
Mediocritas in crassitie & extenuatione. 198
Melancholia hypochondriaca. 211. 224
Melancholia legitur in vultu, 219
Melancholicus succus. 227
Menstruorum immodicorum causæ. 247
Metastasis humorum. 201. 215
Meteorismus. 199
Metonymia. 233
Microcosmi cum Megalocosmo comparatio. 227
Milvi volatus cum musculi actione comparatio. 227
Morbus siccus humidus. 236
Morbo incognito ars Medica errat Andabatarum more. 239
Morbi omnes non semper vultus colorem mutant. 219
Motus effectus. 209
Mucus quibus inhæret partibus. 247
Mulsa liberalior ac meracior. 197
Musculi actio. 220

N

NAtura invenit vias & ἐφόδους, in morbis expellendis auxiliatrix. 221. 222
Naturæ vis a nullo edocta omnia bene facit, ejusdem motus & impetus Crisin accelerat. 220. 222
Nausea & vomitus. 196
Niger color, aut livor quid indicet. 242
Nigrities livore minus perniciosa. 242
Nigror criticus est. 242
Nota & cognitio morbi cocti & crudi. 218
Nutritio facta simul & semel. 191

O

OBdormiendo decubitus observandus. 228.
Oculorum motus & morbus. 220
Ophthalmiæ qualitates, differentiæ, causæ, siccæ, humidæ, & cum squalore. 217. 234. 235.
Orthopnœæ causa. 238
Orgasmus materiæ. 201
Osseæ partes an urendæ, & quomodo. 233

P

PAlpantes delassati ac fracti, quomodo dicuntur apud Hippocr. 241
Palpebræ pituita prægravi inhærescunt, & earum eminentia. 217. 235
Parens morborum est intemperies. 253
Parotis. 223
Pars princeps affecta alias afficit. 245
Partium extenuatio a siccitate. 238
Peripneumonia ejusque signa in lingua. 200
Periodus in fluxionibus. 244
Phlyctenæ papulæ. 206
Phlogosis. 224
Phrasis Hippocratis varia cum Galeni reprehensione. 230
Phrenitis & ejus signa, symptomata, historia. 240. 241
Phrenitici comatosi. 240
Pleuritici non spumosi, raro peripneumonici. 208
Pituita humida & frigida, illius sedes, differentiæ: producit varia symptomata. 211. 226. 240. 245
Poetæ addunt vel demunt, sic Medici. 230
Præcipuæ jactationis causæ. 196
Primo & per se & secundario affici. 213
Profluvium alvi. 244
Pruritus & pustulæ. 225
Ptisana humectat & refrigerat. 236
Ptisanæ alimenti & medicamenti inest facul-

cultas. 258
Pulmonis inflammationi est copia fuliginis, lingua aspera & sicca, & crusta obducta. 200
Pulmonia & phthisi raro laborant qui sunt alati, idest, lato pectore, qui vero angusto & stricto sæpius. 225
Pulsus phrenitici qualis. 241
Purgationis a medicamento symptomata, item quæstio de purgatione. 194. 246
Pustulæ nigræ. 243
Pus lividum unde fit. ibid.
Pus e pulmonibus excretum. 205
Puris mictio. 205

R

Reciproci dolores. 209
Refrigeratio partium extima. 196
Regiones ventriculi. 234
Renum affectio unde dignoscitur. 190
Respirationis meatus angustia. 243
Rheumatis & Catarrhi explicatio. 244
Rheumatismus Parisiensibus familiaris & frequens. 247
Rigoris insultus. 205
Rotundum sputum quid. 195
Rubor oculorum. 219
Ruptio venarum quot modis fit, & quomodo. 190. 225

S

Salsa pituita. 256
Saliva. 211
Sanitas in quo consistit, athletica. 217. 219. 220
Sanguificationis parens hepar. 232
Sanguis, ejus colores, qualitas, consistentia, prognosticon. 193. 223. 225
Sanguinis crassitudo fit exhausto sero. 194
Scirrhus. 199
Scopi Artis Medicæ, Therapia, Prognosis & Diagnosis. 257
Screatio biliosa, glutinosa ac rotunda a quibus humoribus. 200
Senibus alvus sicca cur? 254 Senum temperamentum. ibid.
Serum lactis ut dicitur sic & sanguinis. 225
Seri differentiæ, illius absentia crassescunt humores. 194. 225
Siccitas seu siccum quibus inest affectibus. 236
Significans significato debet attribui. 216
Signa supervenientia, epiphainomena, pathognomonica, epigenomena, pestifera, bona, mala. 211. 214. 236. 242
Signum syllogisticum, certissimum τεκμήριον 257
Sinceræ dejectiones malæ. 193. 208
Sincerus sanguis ἄκρατον ἄμικτον αἷμα purus non mixtus. 192
Singultus superveniens unde. 214
Sonus evacuatus. 226
Sperma cur spumosum. 208
Sphacelatum cerebrum. 255
Sphacelus fit cerebro affecto. 257
Spiritus flatulentus quotuplex. 199. 200. 204.
Spirituosa substantia quid. 209
Spirandi difficultas, oppressio. 212
Sporadici morbi quando. 226
Spuma unde fugax, permanens, flatuosa, efflorescens. 207. 208. 209. 210. 211
Spumæ causa, differentia, signa, comparatio, materia. 208. 210
Spumosæ excretiones sursum deorsum. 210
Sputa initio morbi quid indicent, sincera, rotunda. 196. 200
Sputi hominis sani & ægri collatio. 196
Sputum quid, quale, color, differentiæ, causæ. 196. 209
Strangulatio repentina cur. 239
Superveniens tussis hydropi malum, ut morbus sæpius morbo. 211. 212. 213
Sympathiæ ratio. 214
Symptoma. 201. 232
Synonyma seu eandem significationem habentia. 201.

T

Tabidi quid patiuntur. 198
Tempora morborum. 260
Temperamentum humorum. 223
Temperies calida sicca. 253
Tertianæ febres. 264
Translatio humorum. 202
Tuberculum & epiphysis, apophysis, protuberantia. 217
Tumores frigidi. 254
Turgent quando venæ. 247
Tussis signa, causæ, quotuplex. 212. 213.
Tussiendi cupiditas, & difficultas. 221.
Tympanites, ejus differentiæ. 199. 224

V

V Aria ægrorum & sanorum decumbendi forma. 228
Vassæi errores. 198. 202. 241
Vehiculum humorum & nutritionis ὄχημα 192
Ventres hieme calidissimi. 233
Ventres plures in corpore. 225. 234
Ventriculi os, quo affecto fit vomitus. 204
Ventris inflatio unde. 237
Vertebræ & earum dislocatio. 239
Vertigo, & ejus causæ. 204
Vinum celeriter & confertim nutrit. 190
Vis Consilii, & facultatis naturæ, & morbi. 220
Viscosa materia spumam generat. 208
Ulceris excrementum quale & quotuplex 225
Umbilici tormina & dolores in tympanitem vertuntur. 199. 238
Umbilicus terminus est empyematis. 233
Vocis difficultas unde. 131
Volvulus quotuplex, causæ, effectus. 204
Vomitus quando bonus, quando malus. 194. 196. 204
Urinæ sedimenta, judicia, pingues, purulentæ, grumosæ. 190. 205. 223
Ustio quomodo & quando facienda, & in quibus corporis partibus. 235
Vox vitiata, unde & clangosa & rauca. 230. 231.

FINIS.



IN-

INDEX DEFINITIONUM MEDICARUM G. BALLONII

Ordine Alphabetico Digestus.

A

Αθροον καὶ ἀθρόως. pag. 189
Ἄκριτον. 192
Ἀλυσμὸς, ἄλυς καὶ ἄσα. 196

B

Βορβορυγμός. 197

Γ

Γλῶσσα περιπλευμονική. 200
Γειφόμενον. ibid.

Δ

Δυσθάνατον. 203

E

Εἰλεός. 204
Ἐμπίπτειν καὶ ἐπιπεσεῖν, ἔχειν καὶ ἔχεσθαι, ὑρεῖν καὶ ὑρῆσαι, τὰ ἰόντα. 205
Ἐνδοιαστὸς Ἴκτερος. 206
Ἐπανάστασις καὶ ἐπανάστημα. ibid.
Ἐπανάκλησις. ibid.
Ἐπάνθισμα ἀφρῶδες. 207
Ἐπιγίνεσθαι. Ἐπιγενόμενον, καὶ Ἐπιγένημα. 211
Ἐπιδιδόναι. 216
Ἐπίφυσις. 217
Ἔυχροια. ibid.
Ἔφοδος. 220

H

Ἡμιῤῥοπος κρίσις. 222

I

Ἰκτεριώδεες. 223
Ἰχὼρ καὶ ἰχῶρες. 225

K

Κατάκλισις καὶ ἔῤῥιψις. 227
Κατειλέσαι φοναί. 230

Λ

Λιεντερία. 232

M

Μύκης. 232

N

Νηδῦς. 233

Ξ

Ξηρόν. 234

Π

Παράκρουσις ἀσαφὴς καὶ ψηλαφώδης. 240

Πελιδνὸν & μέλαν. 242
Περίῤῥοια. 243
Πρόχειρον πνεῦμα. 243
Πυρετὸς περιψυχθείς. 244

P

Ρευματικὴ διάθεσις. 244
Ρῆξις. 247
Ριπτασμός. 248

Σ

Σπατίλη. 248
Σπάδων, aut melius σπαδών. ibid.
Σπυραθώδες διαχώρημα. 249
Σύναγμα. 250
Σύντροφος νόσος. 251
Σφακελίζειν. 254

T

Τέκμαρσις. 257
Τριταιοφυὲς & τριταιοφυὴς πυρετός. 258

X

Χαλᾶν. 264

Ψ

Ψαθυρὰ & ὑποψάθυρα διαχωρήματα. 265

F I N I S.

INDEX

Rerum & vocum memorabilium, quæ in libello Theophrasti De Vertigine *continentur.*

Absurdum videtur contraria eadem producere. 290
Aditus, reditus, inclinationes Græc. περίοδοι & ῥοπαί. 271
Aer ad sapientiam confert. 298
Affectus Cerebri affines, 277
tres sunt, 283
Affectus vertiginis unde rationes & causæ. 285
Angelica & pæonia. 277
Apoplexia. 279. 284. 297
Aphrodisæi quæstiones optimæ. 287. 298
Argumentum a pari. 276
a contrario effectu. 291
Ars chymica sinceram & puram substantiam extrahit. 291
Attonitus morbus. 283
Austrina constitutio vertiginem parit. 291

C

Calculi causa. 276
Calor quibus obruitur. 287
Capitis affectus unde. 278
locus humidus. 279
dolores ejusdem quare. 282
ejusdem circumactio. 285
Caput est microcosmi cælum. 298
Catarrhus. 278
Causæ vertiginis. 272. 273
procatarcticæ antecedentes & conjunctæ. 278. 281. aliæ 293. 294. 295. 296. 297 298
Cauteria Epilepticis necessaria. 280
Cephalalgiæ. 278
Cerebri divini orbes. 272. affectus. 275. Σύςασις. 282. substantiæ marcor, seu ἀνάλωσις. 297. Græc. ῥαγίς. 286
Cerebro humido pleno quare non sternuimus. 276
Cerebrum natura humidum. 281
ejus nobilitas. 286
quare attrahit aerem. 292
senum, labores naturales. 292
a quibus afficitur. 293
constat gravibus & levibus. 293
Coctio quando fit, necessaria incrassando fit, omnia lenit. 277. 278
Comparationes. 272. 284. & seq.
Consideratio subjecti. 280
Contentio oculorum in objectum parit vertiginem. 286
etiam contraria. 295
Convulsio. 283. causæ. ibid.
Convulsionis & rigoris materia. 275.
Epilepticæ. ibid.
Coqueluche. 278
Corpus φαλλοειδὴς. 287
Coryza. 278
Crapulæ effectus. 295
Crisis. 296
Cruditas Cerebri somnum parit. 283
Crudus humor. 278

D

Demonstratio Vertiginum. 287
Dentium affectus. 276
Definitio vertiginis. 274
Dextræ partes sinistris fortiores & generosiores. 288
Diathesis cerebri. 280
Differentia vertiginis. 296

E

Ebrii vertiginosi. 297
Echus sive somni varietas. 278
Epilepsia. 272. 283. ejusdem effectus causæ, & differentiæ. 275. 276. 278

F

Facultas sensus duplex. 272
Febris symptoma. 295
Flatuum causæ. 277
Fetus generatio, tempora. 287

G

Grangerii laus. 280

Hu-

H

Heracliti & Cyceonis opinio de motu. 290
Hieræ effectus. 280
Hippocratis sententiæ admirabiles & veræ. 288
Homo Cælestis, qui inter cetera animantia caput ut cælum habet rotundum ad Deum omnia dirigens. 286
Humiditas quid & quotuplex. 276. 283.
Humorum distinctio & raptus. 276
Hydrops pulmonis. 275
Hypochondriaci. 274

I

Ἴλιγγος nomen quid. 281
Imaginatio. 273
Imaginatrix facultas. 272
Inclinatio capitis. 293
Inedia longa & fames vertiginem inducunt. 296
Intemperies calida & frigida. 297
Intentionis oculi effectus. 293
Interpres facultatum animæ quis. 297
Isidori opinio. 274

L

Leve, grave. 294
Lien & caput maxime patent morbis. 282

M

Mas longi fati, brevis vero femina 282
Melancholici. 280
Memoria duplex. 272
Mortis imago. 280
Morbus in via. 275
Motus sphæricus quibus convenit, directi sunt innocentes, aliquid primum, aliquid postremum; rerum rotatarum motus. 286. 297. 298

N

Natura cur suturas, ossa, tubercula & poros dedit. 282
Naturæ mirus thalamus in generatione spirituum & sanguinis. 287
Nautæ potius quam Astronomi fiunt vertiginosi. 291

O

Obstructio morbus in via, quotuplex; ejusdem causæ. 273. 275. 272. 283
Oculorum motus cælestis est, iisdem clausis imaginatio fortior. 274. 286
Oeconomia cerebri. 292
Oves sunt Epilepticæ. 275

P

Pars princeps cerebrum. 283. veneranda. 286
Phantasia quid, & quot comprehendit. 272
Pituita salsa, acida. 278
Plexus retiformis. 297
Pompholyges quid. 276
Primarius affectus πρωτοπάθεια. 276
Prudentia & dementia in quibus qualitatibus sunt. 282
Puerorum facultates læsæ. 287
Purgationis effectus. 296
Putredo & ejus causæ. 277 282

Q

Quæstiones de Vertigine. 274. 280. 282. 283. 285. 286. 288. 296.
Quietis & motus causa & effectus. 291 298

R

Rationes & exempla vertiginis. 290 296
Religionis mos in sacris. 286
Cærimoniæ. ibid.
Repletionis & inanitionis effectus. 295

S

Semen it per multos gyros. 287
Senes quales. 283
Sensuum generatio. 274
facultates. 292
Serum ὕδωρ Hippoc. 274
Signum Vertiginis. 295
Sinistrum & dextrum quid. 288. 289
Sitis & lassitudo iræ causæ. 296
Somnus quid ex Plin. 289
quomodo decumbendum. ibid.
Spiritus quotuplex, causæ, effectus; natura, officium. 272. 273. 281. 291. 294. 297. 298
Sternutamentum quid, causa, affectus, utilitas

litas. 276. 277. 278, 280
Sudor per σύντηξιν. 276
Symptomata vertiginis. 271
Symptomatum causa. 275
Synonyma. 288

T

TAbum. 275. & 276
Tussis unde. 275
Temsioris differentiæ. 286

V

VApor, blandus, teter, differentia, effectus, causæ. 278. 281
Vehiculum humorum, ὄχημα est spiritus. 292
Ventris Cerebri facillime flatibus repleatur. 277
Vertigo quid, & unde, an morbus, an symptoma. 272. 273. 278. 281. 296
Vertiginis causæ, genera, ortus, differentiæ, effectus. 272. 273. 275. 278. 279. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 289. 290. 291. 294. 295.
Vertiginosi quinam. 296
Vertiginosi inter se differunt. 285
Vertumno iniquo nati homines qui. 286
Visio depravatur in vertigine. 273
Visus & motus. 274
Viperinæ carnis annotatio. 295
Vita hominum Circularis unde dicta. 286
Unde rotatio ægris appareat. 273

FINIS.

INDEX
RERUM ET VOCUM

Memorabilium quæ in

G. BALLONII

libro **DE CONVULSIONIBUS**

continentur.


Bſceſſus circa humerum capite læſo. pag. 313
Abſceſſus in hepate a vulnere capitis. 345
Abſceſſus in hepate a vulnere circa nothas coſtas inflicto, 346
Actio læditur parte illæſa. 324
Αδελφιξία quid? 341
Affinitas magna in toto corpore. 328
Αγκύλωσις non eſt couvulſio. 319
Αναζυπὸ quid? 320
Απεσραμμένον, συνεσαλμένον καμπύλον ἢ ῥιγνόν. 316
Ariſtotelis de forma decubitus opinio. 317
Avicennæ de Convulſionis cauſa opinio. 321
Auctoris opinio de convulſione partis ſanæ. 343
Auctoris docilitas & humilitas. 344
Auctoris conjectura de abſceſſu in hepate a vulnere capitis. 345. 346
Axioma ſolenne de convulſione. 315
Axioma aliud eximium. 328

B

Bilis vomitus cerebro præciſo. 322. 345

C

Cachexia corpus gravius reddit. 321
Capite læſo clavicula & humerus afficiuntur. 313
Capitis vulnus lethale convulſionem oppoſitæ partis ut plurimum inducit. 314
Carnoſa facile inflammatio. 329
Carne male curata ſubjectum os afficitur. 335
Καρδιαλγία. 341
Καταμολυνόμενον. 339. 340
Καταῤῥήγνυται quid. 328
Κατ' ἕξιν. 322
Celſus tetanum, rigorem vertit. 315
Celſi pulcher locus. 331
Cerebrum illæſo cranio concutitur. 334
Cerebrum & ſplen partes morboſæ. 335
Cerebrum pars princeps. 335
Cerebro inflammato totum corpus inflammatur. 336
Cerebrum non facile inflammatur. 329
Κίνησις τονικὴ, quid ex Galeno. 317
Conſenſus partium unde. 322
Conſenſus duplex. 322
Conſenſus abſolutus quid. 322
Convulſio partis oppoſitæ datur. 312.
Convulſio fit utriuſque manus medio capite læſo. 313
Convulſionis definitio. 314. 317
Convulſionis eſſentia eſtne in motu? 315
Convulſionis ſpecies tres. 315
Convulſio ἐν τῇ τάσει, potius quam ἐν τῇ κινήσει, videtur conſiſtere. 316
Convulſionis cauſa duplex. 315
Convulſio facile fit nervis & muſculis ſiccatis. 316
Convulſio qui differt a paralyſi. 317
Convulſio κατὰ συμπάθειαν & κατ' ἰδιοπάθειαν

σιαν. 321
Convulsio est-ne continua? 342
Convulsio a frigore an sine materia? 324
Convulsiones fiunt interdum in crisibus. 333
Convulsio furorem solvit. ibid.
Convulsio videtur esse opus naturæ. 334. 344
Convulsio per consensum accidit tripliciter partibus illæsis. 337
Convulsio fit partis sanæ quum summa sunt omnia. 338
Convulsio non fit sine contentione. 341
Convulsio non in qualibet fit cerebri parte. 341.
Convulsio quando fit. 343
Corpus non nisi vi dissolvitur. 332
Corpus totum conspirabile. 335
Κρύος quid. 320. 324

D

Damna maxima ex male cognita convulsionis & singultus causa. 320
Decumbere ægrum recta figura bonum. 317
Decumbere corpore inflexo melius quam extento & cur? 317
Dextra dextris consentiunt. 322
Dextra cur sinistris fortiora? 326
Diarthrosis qui differt a synarthrosi? 318
Διαφθείρεται quid sonat? 325
Discrimen vocum ἐν τῇ πάσει & ἐν τῇ λύσει. 317
Dolor fit in jugulo pleuriticorum per consensum. 314
Dolor in suris tibiarum σπασμὸς φυσώδης, συνολκή. 314

E

Ἱμαρμένη quid. 344
Ἔκστασις quid Hippocr. 333
Ἐμπροσθότονος. 316
Ἐπιγένεσις quid. 338
Erasistrati opinio de vomitu bilioso qui cerebrum læsum sequitur. 323
Εὐθυωρεὶ quid? 322

F

Facultas ad partes diffunditur dupliciter. 352
Fallopii observatio anatomica. 336
Flatus venenatus multum facit ad convulsionem. 343
Frigus ex eventu replet. 320. 324
Φύεται quid. 330

G

Galenus decipi videtur in causis singultus 320
Galeni textus corruptus. 330
Gorræus Galenum tuetur. 321
Gravitatis sensus plethoræ signum. 314

H

Herodotus πνευματικὸς sequitur. 322
Hippocratis de morte sententia. 332
Historia Villanovani cerebro sauciati. 329
Historia servuli capite læsi. 331
Historia nobilis mulieris. 332
Historia Nephritici. 334
Historia filiæ Neræi. 334. 335
Historia cujusdam Juvenis. 336
Hollerius Galenum tuetur. 321
Hysteriæ συνέλκονται. 314

I

Iecur caloris fons. 327
Ἰκμάδος nomen quid. ibid.
Immobilitas oculi a causis tribus. 316
Inflexio corporis duplex. 317
Joannis Vigonii de spasmo opinio. 323
Juvenes ægre moriuntur. 330

L

Lectoris & viatoris comparatio. 311
Λειποψυχεῖν quid Hipp. 342
Lien frigoris sedes. 327
Locus Hippocr. difficilis. 312

M

MAnuum tremor unde. 313
Morbus est gravis dupliciter. 330
Morbi cerebri θεῖοι, ἄδηλοι, ἢ θαυμαστοί. 335
Morbi membrorum fortium graves. 343
Morimur bifariam, 344
Motus est subobscurus ἐν τῇ πάσει. 317
Motus membri impeditus. 318
Muliercula avarissima. 332
Musculus Scalenus in pleuritide partium thoracis superiorum dolet, & quare. 314
Musculorum quatuor motus ex Galeno. 318

N

NAtura solers in cerebro formando. 344
Necessitas moriendi unde. ibid.
Nervorum affectus non leves. 328. 336
Nullum capitis vulnus etiam leve despiciendum. 330

O

OBservatio quorumdam Chirurgorum. 345
Ομματεπηγὸς quid Gal. 316
Οπισθότονος. ibid.
Oratio fit partitione clarior. 312
Ορ̀ρὸς λεπτὸς quid. 341
Os inflammatur carne inflammata. 335

P

PAlpebræ perversio, distractio, contractio unde. 316
Paròxysmi epileptici motus duplex. 318
Pars Princeps non diu valde ægrotat. 330
Partis læsæ resolutio & illæsæ contractio unde. 337
Partes nervosæ ægre inflammantur. 336. 337
Πάθη σπασμώδεα quid. 315
Pharmacum non datur in capitis vulneribus. 345
Phlyctænæ cerebro saucio mortis prænuntiæ. 313
Phlyctænæ tales unde? 325
Phrenitici quando convelluntur. 339
Plethora tensionem facit. 314
Plethora & tensio per consensum pleuritidem comitantur. ibid.
Problemata quatuor proponuntur. 312
Pulsus fallax in morituris. 330

Q

QUidam morituri validiores. 333

R

RAtiones quorumdam de partis sanæ convulsione. 325
Ratio prima. ibid.
Ratio secunda. 326
Ratio tertia. ibid.
Ratio quarta. 328
Ratio prima destruitur. 336
Rigor & frigus condensant. 320

S

SAniem per os fissum in cerebri membranarum influere perniciosum. 326
Senes facile moriuntur. 333
Siccitas aurium fibras invertit. 316
Signa morituri ex vulneribus capitis. 312
Singultus unde. 320
Singultus causæ plures ex Gal. ibid.
Singultus puerorum unde. ibid.
Singultus quid. 314. 322
Somnus dextra parte facilis. 327
Σπασμὸς & σπασμῶδές τι differunt apud Hipp. 314
Σπασμός τις, σπασμώδεα πάθη, συνολκαὶ σπασμώδεες, & τὰ σπασματα quid Hippoc. 314. 315
Spes gloriæ laborem solatur. 311
Συμπάθεια ex Gal. duplex. 325
Symptomata varia a capitis vulnere. 313
Symptomata constantia a materia constanti. 326
Συνάγεσθαι & σφίγγεσθαι quid. 324
Sincipite læso manus utraque convellitur. 313
Συστέλλεσθαι, καὶ συστρέφεσθαι. 316

T

TAσις duplex. 317
Temperamentum in quo consistit. 340
Tensio dolorem facit. 314
Tensio partis duplex. ibid.
Tetanus veræ convulsionis species. 315
Tetani etymologia. 316. 317
Tetanus quid. 318
Tetanus quomodo fit. ibid.
Tetani motus ratione quærendus. ibid.
Tetanus acutissimus morbus. ibid.
Tetanus quando fit. 318
Tonus quid ex Aretæo. 318

V

VApor ad convulsionem facit. 343
Ubi sensus, ibi non dubitandi locus. 312
Ventriculi laxitas unde? 319
Ventriculi ὑπτιασμος & ἀναζοπή. 320
Vicina primum & maxime afficiuntur. 313. 322. 325
Vomitio biliosa cerebro præciso. 322. 345
Ὑπτιασμὸς quid? 319. 320
Vulnus est letale dupliciter. 314
Vulnere inflicto capiti ex qua parte vena secanda? 339

FINIS.

GRÆCARUM VOCUM, QUÆ IN HOC *PRIMO TOMO* GULIELMI BALLONII

inter legendum, lectorem linguæ Grecæ imperitum morari possunt, interpretatio Latina.

Ἐπὶ Τῷ Ἀγαθῷ γίνετε Τὸ Πᾶν.

Sallustius de Diis, & mundo.



VENETIIS,
APUD ANGELUM JEREMIAM,
Via Mercatoria sub signo Minervæ.

MDCCXXXIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



ANTONIUS M. ZANINI M. D.
VERONENSIS,

Ad Præstantissimum Virum Dominum
STEPHANUM BERGLERUM

Lipsiensem, in Patria Universitate, Græcarum Literarum emeritum Professorem.

ANNIS *proxime elapsis præstantissime Berglere, tamquam Pythium oraculum consulturus, de quibusdam secretioris linguæ vocabulis anxiè sollicitus,* ἐξηγήσεις τῶν γλωσσῶν *vocant Elegantiores, Te ipsum ausus sum convenire, & omni obsequiorum genere prosequi nostri Sæculi Decus, & incrementum.* Iterum *paucis conventum te volo, & omni pudore devorato, Tuas Nemini non profuturas occupationes molestus Interpello. Encomia tua non refrico, modestissimi Hominis candorem reveritus. Ubique tui nominis splendor late diffunditur. Reverà* τηλαυγῆς. *Undequaque Tua monumenta Hymettum ex Luciano redolent, & Atticismum. Alciphronis epistolæ quantum latinis Auribus sapiunt, Te interprete, & Enarratore? Homerum tuum* Εὐμεταχείριστον *tuis notis illustratum, Nemo est, qui non diurna, & nocturna manu versetur. Celsissimi Valachiæ Principis* commentariorum περὶ καθηκόντων *ex tempore* latinissima Versio, *omnibus arridet, omnium vota moratur, tamquam nonum in annum elaborata. Si quis nodus vindice dignus inciderit, si quid abditum, si quid profundæ eruditionis Achaicis cimeliis delitescit, tuam Cortinam subeunt, & censorium supercilium securo animo expectant. Ut in universum loquar, sedes tanquam Stator, & præses Universæ Græcitatis, Nemini non suspiciendus. Sed manum de tabula; Immodica laus pro fascino est. Stephani Atheniensis Medici vetustissimi, ut de me loquar,* λείψανα, καὶ κειμήλια *in animo erat, Romano syrmate circuminduere, & Aspectui tuo sistere sed timui juditium tuum, præsertim lacessitum. Rufi Ephesii inter Veteres vetustissimi* ἀποσπάσματα *auro cariora Oxonii nuperis annis, Græcè, & Latinè prodierunt,*

cle-

elegantissimis formis delineata, & nobis laborem præripuerunt. Profectò totum negotium Anglis, & Batavis rei medicæ proceribus in antiquissimis Scriniis compilandis. Utinam Herophili Antiprognostica *nobis superessent. Sed tam pretiosam mercem edax Vetustas invidit. Fortasse multis pusilla sunt ista, & nullius ponderis, curto centusse æstimabilia. Quidquid velint Alii,* γλωσσαλγίτωσαν, *Nos* ἀρχαῖα *spiramus. Patere Vir Gravissime mea Vota, meas cogitationes, & me Archaicis Lectis Convivam recumbentem paulisper sustineas, & modica patella olus cænantem. Quod in præsentiarum est Gulielmus Ballonius Medicus Parisiensis præstantissimus, omnium sæculorum memoria dignissimus, desperatæ perquisitionis, nullis relictis exemplaribus, novæ fæturæ redditur, & felicissimam* ἀποκατάστασιν *nactus, melioris lucis usura fruitur. Græcissimæ inter Medicos litteraturæ, Græcarum litterarum Antesignanum, & Antistitem implorat. Ballonius in ora Hominum prodit, Ballonius in animo, in oculis. Hippocratis Genius,* ἰσόθεος φώς. *Mediusfidius Parisiensis Academia Hippocraticæ medicinæ restauratrix. Hollerius, Duretus, Fernelius, Desiderius* Jacotius, *Carolus Piso, Ballonius, Heurnius, Cordæus, Foesius, quanta nomina! Asclepiadum Scholæ addicti Hippocratem noctesque diesque clamitabant. Pulpita, Fora, immortalem senem personabant. Desævit nostris* T*emporibus maligni Fati crudelitas, ut omnia susque deque habeantur. Scholæ tamquam loto pastæ, & papavere delibutæ, suum Hippocratem deseruere.*

-------- cessere Magistri
Phyllirides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

Obsordescunt Veteres Patres; confecti senio, & languore sumus; in maximis rebus μικρολόγοι *cluimus; nempe ad illum Solem cæcutientes.* Omnia miscet, Omnipotens Ætas. *Quanto fænore emerget Ballonius? Abstersis tenebris, abscondita Græcis nominibus mysteria promulgantur, palam fiunt, & in Acta referuntur. Nempe solertissimo* T*ypographo prolubuit, ne Studiosorum vota remorarentur, ut omnia Græcè enunciata, & inspersa, latinè redderentur. Magna Vis, & energia in Vocabulis posita.* Ἀρχὴ παιδεύσεως ὀνομάτων ἐπίσκεψις, *ut ex Arriano sancivit Epictetus. Mihi supplicibus vocibus impositum onus, paucarum horarum spatium constitit labor. Statim arrepto pugillari, præcipiti, & indignanti calamo, severioribus curis ablegatis, latinas voces subscripsi, Hypodidascali munus mecum tacitè subridens.* Definitiones Medicas *intactas reliqui, & Theophrastum de Vertigine, in quibus Auctor se ipsum explicat, & interpretatur. Irritus*

labor

labor fuißet, & satagentis Hominis disquisitio. Nolumus περιεργάζεσθαι. *Appositis Tabulis omnia latinè reddidi. Quædam Græca in Coloniam latinitatis transierunt. Quædam vix verti possunt. Quantum laborat Gellius in* πολυπραγμοσύνη *latia Civitate donanda. Tuum erit, Præclarissime Berglere, censoriam virgulam apponere; sive album, sive atrum lapillum protuleris; sub ferula expallescens magistra, paratus sum expungere, & spongia emendare, si quid inconsideratum, & non ad exactam Amussin irrepserit. Vale præclarissime Vir, Lipsiensibus Tuis valeas, Teque ad diuturniora temporis spatia, Fatorum Tabulæ reservent.*

Venetiis pridie Idus Junii 1734.

Pag. 2. Τί θεῖον QUIDPIAM DIVINUM; quidpiam Sacrum, Ἱερὸν, ἢ ἄμαχον; inexpugnabile in morbis. Omnia & magna, & horrenda Ἱερὰ vocabant Veteres. Ἡ' Ἱερὰ νοῦσος, morbus sacer. Θεοπληξία, a Deo percussio, Theoplexia, ICTUS Sanguinis, Aurelii Victoris in VERO Cæsare, qui inter Altinum, & Concordiam ictu sanguinis exanimatus est. Theoplexia lethalissimæ apoplexiæ species rarissima Ἱεροκομεῖον, locus, in quo aluntur leprosi, & Ἀνίατοι. Τὸ θεῖον infinitam magnitudinem notat, ut lectissimis exemplis DE DIALECTIS notat Georgius Pasor, ille Græcorum famigeratissimus. Αςεῖος Τῷ Θεῷ venustissimus, πόλις μεγάλη Τῷ Θεῷ. Civitas maxima. Δύνατα Τῷ Θεῷ hoc est. δυνατώτατα, validissima. Innumeræ sunt de DIVINO Hippocratis sententiæ. In obscuris dictionibus, ut lubet, intelligere conceditur, ex Galeno 1. Prorrheticorum. QUIDPIAM MULIEBRE Johannes Tzetzes in Hesiodi Commentariis ostendit esse intelligendum. Θεῖα, Mulier, & nomen mulieris apud Hesiodum, est enim Hippocrates in suis vocabulis φιλόμηρος, φιλοησίοδος, ὁμηροκώτατος, Homericissimus ex Erotiano, & maxime Hesiodæus. QUIDPIAM DIVINABILE, Μαντικὸν, præsagibile Alii proponunt. Ex Æliano Elephantes habent COR DIVINUM, idest præsagiens. Sic melancholici dicuntur habere in animo quidpiam divinum, atque præsagiens ex Synesio. Quidam Audaciores in Grammaticorum scholis enutriti, ulterius progrediuntur, & subunionem moliuntur; ὑφὲν vocant Pędotribæ, & Τιθεῖον connectunt ad invicem, quasi obsoleta Μετοχῆ; ut significet Quidpiam POSITUM in morbis, & consummatum, non solubile, completum TANQUAM CLAVUS IN ALTO DEFIXUS; adeoque sit idem quod Θετοὺ ab usitato Τίθημι, Τιθέμενον, & poetica ectasi Τιθήμενον. Opsopæus, & Æmilius Portus Cretensis juratissimi obtestantur Deos, & Homines, sic esse Hippocratem ex vetustissimæ Dialecti Jonicæ proprietate, Intelligendum. Quod si talis significatio ὕπαρ ἢ ὄναρ recipiatur; non nè Religio est in tali statu morborum quidpiam moliri? Nullas machinas conclamatis morbis, Κεκρατημένοις esse adhibendas; sed ex Sophocle εὐδούσῃ φρενὶ esse altissimè quiescendum.

Morbi Εὐήθεις, κακοήθεις εὐςατεῖς Boni moris, mali moris, Constantes.
Morborum κακοήθεια. Malignitas.
3 Πολὺς πλάδος. Multa humiditas.
Κακοηθεια. Malignitas.
Τριταιοφυέα. Tertianę Naturę referentem.
Κάρος. Caros.
Πὸς ἀνάγκην. Ad necessitatem.
Morbi ἀκατάςατοι καὶ δύσκριτοι. Inconstantes, & mali inditii.
4. Venæ Sectio putridarum febrium Ἡγεμονικὸν. Principale.
Ἀνάδοσις. Distributio.
Περίῤῥοια. Fluxus urinę, Perirrhęa.
Συναθροισμός. Coacervatio.
5. Ὀξυπόρων. Velociter transeuntium.

Διάχυσιν. Diffusio.
Δύσπνοια. Difficultas respirationis.
Ἀνακάθαρσις. Purgatio per sputa; Anacatharsis.
Morbi κακοήθεις. Mali moris.
Διάθεσις ὑποχονδριακή. Dispositio Hypochondriaca.
Chyli Ἀνάδοσις. Distributio.
Febres Ἀσώδεες. Anxiæ.
Καρδιωγμός. Cardiogmus, cordis morsus.
6 Κακοήθεια. Malignitas.
Κακοπραγία. Mala actio.
Ἀλύκαι, ἀλυσμοὶ. Anxietates.
Ἀνάῤῥοπίη. Sursum vergentia.
Ἀνάῤῥοπος. Sursum vergens.
Κατάῤῥοπος. Deorsum vergens.

Sa=

labor fuißet, & ſatagentis Hominis diſquiſitio. Nolumus περιεργάζεσθαι. *Appoſitis Tabulis omnia latinè reddidi. Quædam Græca in Coloniam latinitatis tranſierunt. Quædam vix verti poſſunt. Quantum laborat Gellius in* πολυπραγμοσύνη *latia Civitate donanda. Tuum erit, Præclariſſime Berglere, cenſoriam virgulam apponere; ſive album, ſive atrum lapillum protuleris; ſub ferula expalleſcens magiſtra, paratus ſum expungere, & ſpongia emendare, ſi quid inconſideratum, & non ad exactam Amuſſin irrepſerit. Vale præclariſſime Vir, Lipſienſibus Tuis valeas, Teque ad diuturniora temporis ſpatia, Fatorum Tabulæ reſervent.*

Venetiis pridie Idus Junii 1734.



Pag. 2. Τὶ Θεῖον QUIDPIAM DIVINUM; quidpiam Sacrum, ἱερὸν, καὶ ἄμαχον, inexpugnabile in morbis. Omnia & magna, & horrenda ἱερὰ vocabant Veteres. Ἡ ἱερὰ νοῦσος, morbus sacer. Θεοπληξία, a Deo percussio, Theoplexia, ICTUS SANGUINIS, Aurelii Victoris in VERO Cæsare, qui inter Altinum, & Concordiam ICTU SANGUINIS exanimatus est. Theoplexia lethalissimæ apoplexiæ species rarissima. Ἱεροκομεῖον, locus, in quo aluntur leprosi, & Ἀνίατοι. Τὸ Θεῖον infinitam magnitudinem notat, ut lectissimis exemplis DE DIALECTIS notat Georgius Pasor, ille Græcorum famigeratissimus. Ἀστεῖος τῷ Θεῷ venustissimus, πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ. Civitas maxima. Δυνατὰ τῷ Θεῷ hoc est δυνατώτατα, validissima. Innumeræ sunt de DIVINO Hippocratis sententiæ. In obscuris dictionibus, ut lubet, intelligere conceditur, ex Galeno 1. Prorrheticorum. QUIDPIAM MULIEBRE Johannes Tzetzes in Hesiodi Commentariis ostendit esse intelligendum. Θεῖα, Mulier, & nomen mulieris apud Hesiodum, est enim Hippocrates in suis vocabulis φιλόμηρος, φιλοησίοδος, ὁμηρικώτατος, Homericissimus ex Erotiano, & maximè Hesiodæus. QUIDPIAM DIVINABILE, Μαντικὸν, præsagibile alii proponunt. Ex Æliano Elephantes habent COR DIVINUM, idest præsagiens. Sic melancholici dicuntur habere in animo quidpiam divinum, atque præsagiens ex Synesio. Quidam Audaciores in Grammaticorum scholis enutriti, ulterius progrediuntur, & subunionem moliuntur; ὑφὲν vocant Pędotribæ, ab inusitato Τιθεῶ, Τιθῶ & Τιθεῖον connectunt ad invicem, quasi obsoleta Μετοχὴ; ut significet Quidpiam POSITUM in morbis, & consummatum, non solubile, completum TANQUAM CLAVUS IN ALTO DEFIXUS; adeoque sit idem quod Θετὸν ab usitato Τίθημι, Τιθέμενον, & poetica ectasi Τιθήμενον. Opsopæus, & Æmilius Portus Cretensis juratissimi obtestantur Deos, & Homines, sic esse Hippocratem ex vetustissimæ Dialecti Jonicæ proprietate intelligendum. Quod si talis significatio ὕπαρ καὶ ὄναρ recipiatur; non ne Religio est in tali statu morborum quidpiam moliri? Nullas machinas conclamatis morbis, Κεκρατημένοις esse adhibendas; sed ex Sophocle εὐδούσῃ φρενὶ esse altissimè quiescendum.

Morbi Εὐήθεις, κακοήθεις εὐσταθεῖς Boni moris, Mali moris, Constantes.
Morborum κακοήθεια. Malignitas.
3 Πολὺς πλάδος. Multa humiditas.
Κακοήθεια. Malignitas.
Τριταιοφυέα. Tertianę naturę referentem.
Κάρος. Caros.
Πρὸς ἀνάγκην. Ad necessitatem.
Morbi ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. Inconstantes, & mali juditii.
4. Venæ sectio putridarum febrium Ἡγεμονικὸν. Principale.
Ἀνάδοσις. Distributio.
Περίῤῥοια. Fluxus urinę, Perirrhęa.
Συναθροισμὸς. Coacervatio.
5. Ὀξυπόρων. Velociter transeuntium.
Διάχυσιν. Diffusio.
Δύσπνοια. Difficultas respirationis.
Ἀνακάθαρσις. Purgatio per sputa, Anacatharsis.
Morbi κακοήθεις. Mali moris.
Διάθεσις ὑποχονδριακὴ. Dispositio Hypochondriaca.
Chyli Ἀνάδοσις. Distributio.
Febres Ἀσώδεες. Anxiæ.
Καρδιωγμὸς. Cardiogmus, Cordis morsus.
6 Κακοήθεια. Malignitas.
Κακοπραγία. Mala actio.
Ἀλύκαι, ἀλυσμοὶ. Anxietates.
Ἀναῤῥοπίη. Sursum vergentia.
Ἀνάῤῥοπος. Sursum vergens.
Κατάῤῥοπος. Deorsum vergens.

San-

Sanguinis ῥοπαί. Inclinationes.

7 Νεανικῶς ἀφικόμενος. Vehementer mente motus.

Α'πόσιτυς Ciborum fastidiosos.

Ι'σχυρία Urinæ suppressio, Ischuria.

Ισῦκαν μὲν ἐκ τῶν θανατοδεστάτων, οἷον ἡ νόσος ἡ φθισικὴ καλεομένη. Decedebant quidem ex morbis maximè lethalibus sicuti morbus Pthisis appellatus.

8 Ε'νέργειαν. Energiam.

Α'ντιπάθεια. Antipathia.

Ε'ν τῇ καχεξίῃ. In malo habitu.

Τῷ καχεκτικῷ σχήματι. In habitu cachectico.

τῇ ἕξει καχεκτικῇ. Habitu cachectico.

Τὴν ἀτροφίαν. Defectum nutricionis, Atrophiam.

Προγνωστικῷ. Prognostico.

ἀνάληψιν. Renutritionem, Analepsim.

Partis Α'ιματοποιητικῆς. Sanguificatricis.

9 Α'ποσιτία. Ciborum aversio.

Α'νάδοσις. Distributio.

τῶν οὔρων ἐπίσχεσιν. Urinæ suppressionem.

10 Quidpiam Συγγενές. Cognatum & ejusdem generis.

11 Ικτεριώδης. Ictericus.

Διάθεσις ῥευματική. Dispositio rheumatica.

Περισαλτικόν. Peristalticon, Compressivum.

12 Πρὸς ἀνάγκην. Ad necessitatem.

13 Ρ'εύματα. Rheumata.

Μετάστασις. Permutatio materiæ in nobiliorem partem, Metastasis.

Πεπασμῦ ἀδυναμίᾳ. Concoctionis impotentia.

Pleuritides Ε'ρυσιπελατώδεες. Erysipelaceæ.

Δυσπνοία. Difficultas respirationis.

Α'λυσμοί. Anxietates.

14 Musculorum Κροταφιτῶν. Temporalium.

Ε'παφαίρεσις. Subtractio.

Ε'φθότητα. Corruptionem.

Inflammatio Α'κριβής. Exquisita.

Ρ'ευμάτων. Fluxionum.

συγκοπτικά. Syncopalia.

Τῇ ἐφιδρώσει. Cum sudatiuncula.

16 Συνολκὰς σπασμώδικας. Contractiones spasmodicas.

Σπασμοὺς. Spasmos.

17 Α'γρυπνίαι, ἀλυσμοί. Vigiliæ, Anxietates.

18 Ι'ποσαρκίδιος. Hyposarcidios.

In ista Α'ντένδειξει. Contraindicatione.

Calva ἄρραφος. Sine suturis.

Δύσκριτα. Difficilis judicii.

19 Habitus Ε'υέκτικος. Bonus habitus.

Ε'κτροπάς. Inclinationes.

Κατ' ἔκρυν. Per effluxionem.

Ε'υσαρκία. Carnis bonitas.

20 Τὴν ἕξιν. Habitum.

Τὸν ὄγκον. Tumorem.

21 Α'γρυπνία. Vigilia.

Συναγχικαί, Anginosæ.

Σφακελισμός. Sphacelismus.

Ψωροφθαλμίαι. Ophtalmiæ siccæ.

22 Α'διψος. Sine siti.

Ε'φίδρωσις. Sudatiuncula.

Ε'τερογενεῖς. Alterius generis.

Φριγώδης. Horrifica.

Α'σφυξία. Carentia pulsus.

23 Ε'κθύματα. Eruptiones.

Κακοήθειαν. Malignitas.

Τριταιοφυεῖς. Tertianæ naturam referentes.

24 Α'προαιρέτως. Sine electione, Spontaneè.

Εξανθήματα. Exanthemata.

25 Febris Ασώδης. Anxia.

Ιδιοσυγκρασία. Proprietas individualis, Idiosyncrasia.

Α'πόθεσιν. Segregationem.

Ε'κρυν. Per effluxionem.

Αἱματοπτύσις. Sputum sanguinis.

26 Τῶν φλεβῶν εὐθυωρία. Venarum rectitudo.

28 Σπατίλην, non λειεντερίαν, Alvi liquidam excretionem, non lienteriam.

Θαραχὴν, non κάθαρσιν. Perturbationem, non Purgationem.

Λειποψυχίας. Animi defectiones.

Ο'μοιότροπον. Similem in modum.

29 Περιφρυγία. Arefactum, Frixum, Tostum, Retoridum.

Παρακέντησις. Paracentesis.

Περισαλτικόν. Peristalticon, Compressivum.

Medicis Πνευματικοῖς. Pneumaticis, Spirituum doctrinæ addictis.

Α'νε-

Α᾽νεμία, Α᾽νέμιος ὑπονέμιος. Ventositas, Ventosus, Subventaneus.

30 Α᾽νακαθαίρονται. Per sputum purgantur.

Καταμήνια μετὰ τόκυ. Catamenia cum Partu, Puerperia.

32 Πυρετὸς τριταιοφυεῖς. Febres tertianarum naturam referentes; Triteophyas.

Η῾μιτριταίυς. Hemitritæas, Semitertianas.

Κατ᾽ ἐξοχὴν. Per excellentiam.

Δυσδιαφέρητον. Difficulter spirabile.

33 Ε᾽πιγραφή. Epigraphe, Inscriptio.

Σκελετος. Sceleton.

Νωθρότης. Torpor.

Α᾽κινησία. Impotentia motus.

Dolor Ο᾽στεοκόπος. Ostocopos, frangens ossa.

Αὐτομάτως. Spontaneè.

34 Πικρόχολοι τὰ ἄνω. Biliosi ad superiora vergentes.

35 Μίξις. Mixtio, Concubitus.

Καταῤῥοπίη. Deorsum vergentia.

Arthritis Α᾽ρθρῖτις Μισόπτωχος. Pauperes odio habens.

36 Πέπονα φαρμακεύειν. Concocta medicari.

Hyems Ε᾽δίος. Serena.

Ω῾ραίως ὡραῖα. Tempestivâ tempestivè.

37 Α᾽λυσμός, *modò* ἀνέμετος, *modò* ναυτιώδης. Anxietas modò cum vomitu, modò cum nausea.

Παθογνωμονικά. Pathognomonica.

Α᾽νορεξία. Inappetentia.

38 Διαφθορὰν. Corruptionem.

Per quandam Διαπήδησιν. Diapedesin.

Ε᾽κλυσις. Animi exolutio.

Ε᾽κλύονται. Animo exsolvuntur.

41 Σφακελώδεις. Sphacelatus.

Περὶ νόσων: De morbis.

Διάχυσιν. Effusio.

Παλμός τις. Palpitatio quædam.

42 Ο᾽ρθοστάδην. Erectus.

Βραχύπνυς. Brevispirus.

43 Ε᾽ξάνθημα. Exanthema.

Α᾽πόστασις, Abscessus.

Υ῞παρξις ἢ ἐσία, ἢ ψυχή. Existentia, Substantia & Anima, *morborum*.

Ε᾽ξάνθημα ἀπὸ ἐξανθεῖν. Exanthema ab efflorescendo.

Α῎λις ἀθρόως. Confertim, Cumulatim.

Α᾽ποστάσεως. Abscessus.

44 Α᾽ξιολόγυς. Insignes, & effatu dignos.

Τῶν προῤῥητικῶν. In Prædictionibus.

Α᾽θρόως. Cumulatim.

Υ῾ποσαρκίδιος. Hyposarcidios.

Διορεῖ. Serosam naturam acquirit.

Ο᾽ῤῥὸν. Serum.

45 Α᾽ιμοῤῥαγικοῖς. Per hæmorragiam.

46 Ε᾽κλύσεις καὶ λειποθυμίαι. Exsolutiones, Leipotymiæ.

Λειποψυχίας. Animæ defectionis.

Α᾽νωμαλίας. Inequalitatis.

47 Α᾽νεμίην φλεβοτομία λύει. Anemien venæ sectio solvit.

48 Ξηρὰ σηπεδὸν. Sicca putredo.

Οἱ Παλμοὶ. Palpitationes.

Αἷμα σαρκῶδες ῥήγνυται. Sanguis carnosus disrumpitur.

49 Αὐτοφυέων. Spontè nascentium.

Διάχυσιν. Diffusionem.

Αναθερμαίνεσθαι. Recalescere.

50 Πολὺς πλάδος. Multa humiditas.

Υ῾ποχονδριακός. Hyppochondriacus.

Χλώρασμα λαμπρὸν. Facies nitida cum viridi colore.

Βλαστήματα ἐχόντων. Germina habentium.

Ε᾽κλύσεις. Animi exolutiones.

51 Υ῾περκαθάρσεις. Superpurgatio.

52 Κωματώδης. Comatosus.

53 Α᾽νάθημα καὶ ἀπειρία ἔστω. Anathema, & inexperientia esto.

54 Συμπάθεια. Sympathia.

55 Χρόνιον νόσημα, καὶ Χρονία Διάθεσις. Morbus diuturnus, & diuturni dispositio.

56 Καλῶς, καὶ κρισίμως. Benè, Criticè.

Νόσημα. Morbus.

57 Υ῾περκάθαρσιν. Superpurgationem.

Διὰ τὴν ἕλκωσιν. Propter exulcerationem.

Hominibus λεπτοῖς. Tenuibus.

Alvus ὑγραίνεται, ἢ πονηρεύεται. Lubrica fit Alvus, & malignè afficitur.

59 Ωμὸν αἷμα. Crudus sanguis.

Causarum προκαταρκτικῶν. Procatarticarum, Præincipientium.

In diæta Τῶν ὀξέων. Acutorum.

Ad morborum ἢ Γένεσιν, καὶ διάγνωσιν: Ge-

Generationem, & Prognosin.

60 Humorum Ἑτερογενῶν. Diversi generis.

61 Ἐπικίνδυνα τὰ νοσήματά εἰσι ταῖς γυναιξὶ, καὶ ὀξέα, καὶ μεγάλα, καὶ χαλεπὰ ξυνιέναι. Vitia mulierum plerumque magna, acuta, & intellectu difficilia.

διὰ τοῦθ' ὅτι αἱ γυναῖκες μετέχουσιν τῶν νούσων. καὶ ἔσθ' ὅτε οὐδ' αὐταὶ ἴσασιν ὅτι νοσέουσιν, πρὶν ἢ ἔμπειροι νούσων γένωνται ἀπὸ καταμηνίων, καὶ ἕωσι γεραίτεραι. Eo quod Mulieres participent morbis, & aliquando neque ipsæ sciunt quod ægrotent, priusquam morbos experiantur à mensibus, & seniores factæ fuerint.

τότε δὲ σφέας ἥτε ἀνάγκη, καὶ ὁ χρόνος διδάσκει τὸ αἴτιον τῶν νούσων. Tunc ipsas & necessitas, & tempus docet morborum Causam.

καὶ ἔστι, ὅτε τῇσι μὴ γινωσκούσῃσιν ὑφ' ὅτου νοσέουσι φθάνει τὰ νοσήματα ἀνίητα γινόμενα. Et quandoque ipsis non cognoscentibus, ex quo morbo ægrotent, perveniunt ad morbos incurabiles.

πρὶν ἂν διδαχθῆναι τὸν ἰητρὸν ὀρθῶς ὑπὸ τῆς νοσεούσης, ὑφ' ὅτου νοσέει. Antequam Medicus recte doceatur ab Ægrotante, ex quo morbo Ægrotet.

καὶ γὰρ αἰδέονται φράζειν, πρὶν εἰδῶσι, καὶ σφὶν δοκοῦσι αἰσχρὸν εἶναι ὑπὸ τῆς ἀπειρίης, καὶ ἀνεπιστημοσύνης. Et verentur narrare, antequam sciant, & ipsis turpe videtur, propter inexperientiam, & ignorantiam.

ἅμα δὲ καὶ οἱ ἰητροὶ ἁμαρτάνουσι οὐκ ἀτρεκέως πυνθανόμενοι τὴν πρόφασιν τῆς νούσου. ἀλλ' ὡς ἀνδρικὰ νοσήματα ἰώμενοι. Sed & Medici simul peccant, non exactam causam morbi percontantes, sed veluti viriles morbos curantes.

καὶ πολλὰς εἶδον διεφθαρμένας ὑπὸ τῶν τοιούτων παθημάτων. ἀλλὰ χρὴ ἀνερωτᾶν αὐτίκα ἀτρεκέως τὸ αἴτιον. διαφέρει γὰρ ἡ ἴησις πολλὸν τῶν γυναικείων νοσημάτων, καὶ ἀνδρώων. Et multas novi jam ab hujusmodi affectionibus corruptas. Quarè statim interrogare oportet; Multum enim differt morborum muliebrium, & virilium curatio.

Ἀτροφίας, καὶ μαρασμοῦ. Atrophiæ, & Marasmi.

62 Ἀτρεκέως. Exactè.

Vinum album Ὀλιγοφόρον. Pauciferum, Oligophorum.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι. Infebricitanti.

Διαΐσσοντες. Prosilientes, Insilientes.

63 Ἀπιόντος ἐμπυρεύματος. Abeunte Empyreumate, Ignitione.

Ἐμφράξεως. Obstructionis.

Τὰ ἐνορμῶντα. Impetum facientia.

Λειποθυμεῖν, καὶ ἐκλύεσθαι. Animo deficere, Exolvi.

69 Ὑπόσπληνος. Sublienosus.

Τρηχίσματα κεγχρώδεα τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις ἴκελα ἀναδήγμασιν. Asperitudines miliaceæ, morsibus Pulicum similes.

Ex numero τῶν συγγεγονότων. Ex numero Concomitantium.

66 Σκελοτύρβη. Species παραλύσεως. Scelotyrbe species Paralysis.

Ὑπόχλωρος. Subviridis.

67 Κατά τι. Secundum quid.

Ἀνθηρός. Efflorescens.

Τὰ συγγεγονότα κατ' ἐξοχήν. Concomitantia per excellentiam.

68 Μελαγχολικώτερος. Magis Melancholicus.

καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα, καὶ ἐγχυμώσιος. Ut color restituatur, & sanguis suffundatur.

Ἐπίλαμψιν; Splendorem, Nitorem.

Ἄχροια. Decoloratio.

69 Ἐγχύμωσις. Suffusio.

Ἀτμώδεος. Vaporosi.

τὸ φλέγμα. Phlegma.

Εὔχροια, Bonus color.

Ἔμπυοι. Suppurati.

Ἐν τῇ ἕξει ἀθλητικῇ. In habitu Athletico.

70 Τῆς ἐντελεχείας. Perfectionis.

Ἄμπωτις. Reciprocatio, & maris recessus.

71 Εὐχερεῖς. Faciles.

Εὐχερός. Facilis.

Συνολκὰς σπασμώδεις, Divulsiones spasmodicas & continuas.

Ἀῤῥήτῳ. Ineffabili.

72 Oculos ἐπίχνους. Pulverulentos.
73 Hepar ἀναπτύσσεται. Explicatur, intumescit.
Ὑπόχλωρος. Subviridis.
76 Σφειάσιν, σιειάσιν, σφειᾶσθαι. Inflammatio sincipitis in Pueris; Exsiccatio, æstus sincipitis; Inflammari, Exsiccari in Pueris sinciput.
Πυρετὸς κεφαλικός. Febris capitalis.
Ἑτερογενεῖ. Alterius generis.
Τοῦ σπληνός. Splenis.
Σπλῆνα θάλλειν. Splenem efflorescere.
77 Δυσῶδες. Quidpiam Graveolens.
Περίγλισχρον. Circumviscosum, Viscosissimum.
Ἀξιολόγως. Insigniter.
78 Ὑπερέμετον τῶν φλεβῶν τῆς κεφαλῆς. Cum venæ cerebri superevomuerint.
Febres aliæ sunt venosæ, aliæ sunt γαστρικοί, idest ab alvo provenientes, *Gastrica*.
Pulmonis, & Capitis συντιμωρία, Communicatio, Consensus.
Homo Λήθαργος. Ignavus, mollis, & abjecti animi.
79 Τοῖς ὑποχλώροις. Et iis, qui sunt subvirides.
Πνευματικόν. Pneumaticon.
80 Πλατύφλεβοι. Latis venis existentes.
Μεγαλόφλεβοι. Magnis venis existentes.
Θερμοκοίλιοι. Ventre callido existentes.
Ἐπίφλεβοι. Venosi.
Ὀξυθυμώτεροι. Iracundiores.
Θυμώδης. Iracundus ad insaniam.
Μετὰ τὴν τριταῖον. Post tres dies exactos.
81 Τὸ αἷμα διυρεῖ. Sanguis serosam naturam acquirit.
Διαφθορά. Corruptio.
Febris Βληχρός. Lenta.
Πυρετὸς ξηρὸς βληχρός; Lenta sicca, siccolenta; ex Gorræo per subunionem vocum, Ὑφὲν à Grammaticis vocatam & à Donato.
82 Τῶν καύσων. Ardentium febrium.
Εκχύμωσιν. Effusionem.
83 Ὀρθοστάδην. In erectum stans.
Κάτοχος. Catalepticus, Catochus.
Κατεχομένη, καταλαμβανομένη. Mulier Cataleptica, Catocha, Apprehensa.
Ἀψυχίαν. Animi defectum.

Λειποθυμίαν. Lypothimiam.
Ἀποσίτους. Cibum fastidientes.
Θωρῆξαι, ἢ ἐμπλῆσαι σιτίων. Vino inebriari, & repleri cibis.
Ἔμπυοι. Empyematici suppurati.
84 Linguæ ἀκράτεια; Impotentia; Incontinentia.
Πάθος τῆς φωνῆς. Vitium vocis.
Πάθος τῆς διαλέκτου. Vitium linguæ.
Ψελλότητα. Balbutiem.
Τραυλότητα, ἀπὸ τοῦ τραυλίζειν. Blæsitatem ab hæsitando.
Παφλασιν ἀπὸ τοῦ παφλάζειν. Sermonem interrumpere, sermonis interruptio ab æstuando; nomen fictitium, ὀνοματοποιητικὸς Hippocrates, finxit, est mirabilis Hippocrates Onomatopæus.
Ψελλοί, Blæsi, τραυλοί, Balbutientes.
Ἰσχνοφωνία. Exilitas vocis.
Λεπτοφωνία. Vocis tenuitas.
Τραχυφωνία. Asperitas vocis.
Ἁμαρτάνοντας, ἐφαμαρτοεπεῖς, Ἁμαρτάνοντες ἐν τῷ ἔπει. In dicto, & verbo labantes, verba retexentes, & alternantes.
τραυλός, καὶ ἰσχνόφωνος. Blæsus, & voce exili.
Ἔκπληξιν. Siderationem.
Linguæ Ἀκράτειαν. Impotentia.
Τραυλίζουσι. Balbutiunt.
Ψελλοὶ ὑπὸ ξηρότητος γλώσσης. Balbi ex siccitate linguæ.
Ὑπερέμετος. Supervomitio.
86 Ἐπιφλέβοις. Venosis.
Ἀσινέως. Innoxiè.
Πτυαλισμός. Salivatio.
Urinas κατακορεῖς. Urinas bile saturatas.
87 Ἀνώμαλος. Inequalis.
Ἐπίλαμψιν. Elucescentiam.
Τὸ φλεγμαῖνον, καὶ φλόγωσις. Quod est inflammatum, & Phlogosis.
88 Ὁρμῶντα. Impetum facientia.
Σπατίλη. Liquida alvi egestio.
Ἐπίσχεσιν. Suppressio.
Γένεσιν. Generationem.
Διάθεσις. Dispositio.
Συναθροισμός. Coacervatio.
Γένεσις συνεχής. Generatio assidua perennis.

8, Λήθαργος. Lethargus, Torpor.
Νωθρότης. Torpor.
Αὐαντή. Siccitas.
Βληχρόν. Segne, iners.
Νοῦσος βληχροτέρη, καὶ θανάσιμος. Morbus segnis, & lethalis.
Αἱμοῤῥαγεῖν. Sanguinem effluere.
90 Περίφρυγής. Arefactus.
Τραυλός. Blæsus.
Ταχύγλωσσος. Veloci lingua.
Ἄτυπος. Verba non exprimens, conformansque.
Ζύμωσις. Fermentatio.
91 Ὀδοντίασις. Dentitio.
Ἀλυσμὸς. Auxietates.
Ὑδατοχόλοις ἀκρίτως. Cum excrementis aquoso-biliosis, sine judicatione.
Ἐπάρματα, non παρωτίδες. Parotides.
φλεγματίας. Phlegmatias, Pituitosus.
92 Ἄφωνος. Sine voce, Aphonos.
Ἀνέλπιστον. Sine spe.
Κακόχροα. Mali coloris.
Ὑπόχλωρα. Subviridia.
Κενεαγγίη. Vasorum inanitio.
Κατά τι. Secundum quid.
Ἀναπτύσσεται. Expanditur, exporrigitur.
93 Δυσεντερικῶς. Dysentericè.
Ἀξιόλογος. Effatu dignus.
Καταῤῥοπία, Deorsum Vergentia.
94 Πέπονα φαρμακεύειν. Concocta medicari.
Διαθέσεις ἀφθώδεας. Dispositiones ulcerosas, Aphthodeas.
Πικρότης, ὀργασμός, ἀναῤῥοπία. Amaritudo, Orgasmos, Sursum vergentia.
Τὰ λειεντερικά. Lienterica.
95 Ἀυάντην. Siccitatem.
Αἷμα σαρκῶδες. Sanguis carnosus.
96 Συῤῥοή; Confluxus.
Συνδρομή. Concursus.
Ἀποσιτία. Ciborum aversio.
97 Αὐχμόν. Squallor.
Ξηρότητα. Siccitatem.
Tempus αὐχμηρόν. Squallidum.
98 Ἰχῶρες, αὐχμηρόν. Serositates, squallidum.
Διὰ τοὺς αὐχμοὺς. Propter squallores.
Αὐχμοῖς. Squalloribus.
Corpora Λεπτά. Tenuia.
Τῶν αὐχμῶν. Squallorum.

Τὸ ξηρόν. Siccum.
Αὐχμηράς. Squallidas.
99 Αὐχμός. Squallor.
100 Ῥέγχος. Stertor.
Ἐφίδρωσις. Sudatiuncula.
101 Τῇ δυσδιαφορήσει. Difficili transpirationi.
103 Ὀστοκόποι. Dolores ostocopi, ossa fatigantes.
Σφακελώδεις. Sphacelodes.
104 Non tam παραφροσύνη, quam ταραχή. Non tam subdelirium, quam perturbatio.
Ἐρυθροὺς. Rubores.
108 Κακόχροοι. Male colorati.
109 Ῥιπτασμόν. Prostratio corporis.
110 Νωθροὺς. Torpidos.
Πλατύφλεβοι. Lativenosi.
111 Σύστασις. Systasis.
112 Ἀπὸ τοῦ θείου. à Divino.
Διάχυσις. Diffusio, Liquatio.
Τὰ βλαστήματα ἐχόντων. Germina habentium.
Κακοήθης. Mali moris.
Ῥέγχος. Stertor.
113 Corpora Εὔσαρκα. Carnosa.
Ἀπυρέτως. Sine febre.
114 Ἰκτερώδης. Morbo regio obnoxius.
115 Κρίσιμα. Judicatoria.
Ἡ φύσις τῶν νόσων ἰητρός. Natura morborum medicatrix.
116 Καταῤῥήξεις. Fluxiones ad inferiora.
Ῥευματισμοί. Rheumatismi.
Ut reddatur ratio τῆς συμπλοκῆς, καὶ μίξεως τῶν νοσημάτων. Complicationis & mixturæ morborum.
Τῶν πνευματικῶν ἰατρῶν. Medicorum, qui Pneumatici appellantur.
117 Ἐφίδρωσις Sudatiuncula.
118 Εὐήθης. Boni moris.
Ἀπύρετος τὴν τροφὴν λαμβάνουσα. Infebricitans alimentum suscipiens.
Ἐφιδρώσεως. sudatiunculæ.
Τὸ προκαταρκτικόν. Procatarticon, Præincipiens.
Ἔκστασις τὴν μανίαν. Solvit mentis emotio, extasis maniam.
119 Δυσεπουλωτικά. Ægrè cicatricem contrahentia.
Φθινοπώρῳ σπλῆνες. Autumno splenes.
Κακοήθεια. Malignitas.

Corruptio desiderat Τὴν ἐπίκρασιν. Epicrasin.

120 Τῆς ὅλης οὐσίας. Totius substantiæ.

Δυσκρασία, Dyscrasia.

122 Σύστασις. Systasis, Constitutio.

Εὐτονία, ἢ συντονία. Bonus tonus, Contentio, Syntonia.

Τὸ περίγλισχρον. Circumviscosum.

Τριταιοφυές, aut ἡμιτριταῖον. Tertianarum naturam referentes.

Τῶν χυμῶν διάχυσις. Humorum diffusio.

Συντονία. Syntonia.

Καταρρῶδης. Rheumaticum.

Σύντηξις, aut συντηκτική. Colliquatio, colliquativum.

Ῥευματισμοὶ. Rheumatismi.

123 Τῶν ἑτερογενῶν. Eorum, quæ sunt alterius generis.

Πάρεσις. Paresis.

Σφακελισμὸν. Sphacelismum.

124 Ὑποχωρήματος. Sub-excretionis.

Συντονία. Syntonia.

Τάσις. Tensio.

Ἐν τῇ τάσει. In tensione.

Τάσιν. Tensionem.

Λύσις, καὶ διαφόρησις. Solutio, & dissolutio. λυθείσης τῆς τῶν μορίων φύσεως ἐν τῇ τάσει τινὶ οὔσης. Soluta quapiam naturæ particula, in quadam contentione existentis.

Paroxismus Epilepticus Ἐν τάσει εἶναι dicitur; παράλυσις vero ἐν λύσει τινί. Paralysis verò in quadam solutione.

Omnis convulsio Ἐν τῇ τάσει ἐκείνῃ. In illa contentione.

Paresis, Paraplegia, Paralysis Ἐν τῇ λύσει. In solutione.

125 Θεῖόν τι. Quidpiam Divinum.

Διαθέσεώς τινος. Dispositionis cujuspiam.

Βαρυκοΐαι, νωθρότητες. Graves auditus, Torpores.

Συντονία. Syntonia.

Καταρρῶδες. Rheumaticum.

Καταρρήξεις. Rheumaticum.

Pituita Πνευματατωμένη. Liquescens, ac veluti spirituosa.

Ἡμιπληγίαι. Hemiplegiæ.

Διαχύσεως τοῦ φλέγματος. Diffusionis phlegmatis.

Λεπτομερέστατοι. Qui partes habent maximè tenues.

Patienti Λιθοτομηθέντι. Qui debet secari, aut cui lapis est extrahendus.

Κακοστόμαχος. Kacostomacus, Malus stomacus.

Ναυτιώδης. Nauseosus.

126 Ὀξυθυμία ἀνασπᾷ, καὶ καρδίην, καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτά, ἢ ἐς κεφαλήν. Iracundia convellit, & cor, & pulmonem, & caput, in se ipsa.

Ἀναρροπῆ. Sursum tendentia.

Ἡμιρρόπος. Semirepens.

Ἐκ προσαγωγῆς. Sensim, & paulatim.

Τῇ ὅλῃ οὐσίᾳ. Toti substantiæ.

127 Κάτω. Inferius.

Ipsius cerebri εὐτονία, & συντονία. Eutonia, & Syntonia, Bonus tonus, & contentio.

Ῥευματισμός. Rheumatismus.

Δυσδιαφόρητα. Ægrè exhalabilia.

Εὔροιαι. Per effluxionem.

Ὀργασμός. Orgasmus.

Ἐπώδυνα. Dolorosa, dolorem inferentia.

Ἀσφυξία. Pulsus defectus.

129 Quidpiam Συγγενές. Cognatum.

Pulsus Δίκροτος. Dicrotus, bis feriens.

Ἄσφυκτος. Sine Pulsu.

Θλίψις. Angustia, Compressio.

Ἐπισημασία. Annotatio.

Θλίψεως. Angustiæ.

Ἄθλιπτον. Sine angustia, & incompressum.

Ἐπισημασία ἄθλιπτος. Annotatio incompressa, sine molestia, & angustia.

Ἰκτερώδης. Morbo regio obnoxius.

130 Καῦμα. Kauma, Incendium.

Icterus Κατακορής. Admodum saturatus.

Ἄφωνοι, καὶ ἀπόπληκτοι. Aphoni, & Apoplectici.

Παραδείγματα. Exempla.

Φλόγωσις. Phlogosis.

Ἀξιόλογον. Insigne, & effatu dignum.

131 Δύσπνοια. Dyspnæa.

132 Ἀλύκη, Anxietas.

133 Ἐξανθήματα. Exanthemata.

Ἀναρροπίην. Sursum tendentiam.

Ἀσινέως. Innoxiè.

Ἰκτερώδης, ἀπύρετος. Ictericus, Infebricitans.

134 Quidquam Συγγενές. Cognatum.

135

135 Ἀπύρετος. Infebricitans.
136 Φλεγματώδης. Pituitosus.
Φθοριῷ. Medicamento abortifero.
137 Ἰκτερώδης. Auriginosus.
Ῥέγχος. Stertor.
Corpus Λεπτομερὲς. Habitus tenuis.
Καταῤῥῶδες. Rheumaticum.
Εὔσαρκος. Benè carnosus.
Φρικώδης. Horrificus.
Καῦμα. Kauma, Accensio.
Ἄφωνος. Aphonus, Insonus, ut vertit Theodorus Gaza.
138 Ἀπονενοημένως ἔχει πρὸς τὰς προσφορὰς πάσας. Desperata, & extrema inappetentia se habebat ad omnes ciborum oblationes; est phrasis κακόζηλος Hippocratis, & affectata, ut significet summum odium in cibos, ut illa mulier 3. Epidem. πρὸς τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, erat in cibos extremo odio.
139 Chyli copia Καταλειφθέντος, καὶ μὴ ἐκτραπέντος, In naturam nec recepti, nec conversi.
Εἰσέρχεται. Ingreditur.
Τῇ διαφορήσει. Diaphoresi.
Διαφόρησις. Diaphoresis.
141 Bilem Ἄκρητον, Sinceram.
142 Ἁλίσκονται. Capiuntur.
Σκελετὸς, Sceletos.
Εὐσάρκους, ἢ εὖ τὰ σώματα ἔχοντας. Benè carnosos, & benè corpora habentes.
Τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ θερμὸν. Humidum, & calidum.
143 ζύμωσις τοῦ χυμοῦ μελαγχολικοῦ. Fermentatio humoris melancholici.
Τὸ κοιλιακὸν, ἢ λειεντερικὸν. Cæliacum, & Lientericum.
Ἀνάδοσις. Distributio.
144 Ἰδιοσυγκρασία. Idiosyncrasia.
145 Δυσδιαφόρητον. Ægrè evaporabile.
146 Ταχυθάνατος. Velociter moriens.
147 Προθυμότερα. Paratiora.
Ικτερώδεες. Icterici, Auriginosi.
149 Κακόχρους. Mali coloris.
150 Σφακελώδης. Sphacelodes.
Πολιτικὸν. Politicon.
Adversus omnia incommoda aeris Θωρησσέυεσθαι. Armari, & muniri.
152 Φλυζάκια. Papulæ, Pustulæ in modum bullæ erumpentes.

Προφαινόμενα. Anteapparentia. Prophenomena.
153 Ἀνακάθαρσις. Purgatio sursum per sputa.
Αἱματοχύται. Sanguinis effusores.
154 Sudor Διαφορητικὸς. Diaphoreticus.
Τὰ λευκὰ. Alba.
155 Materia Πυοειδὴς aut γονοειδής. Puriformis, Seminiformis.
Ὀνοματοποιΐα. Nominis fictio, Onomatopæa.
156 Παροξυσμὸς. Paroxysmus.
Ὀῤῥὸς. Serum.
Διάχυσις. Effusio.
Φθάνει χεῖσθαι. Antevertit fundi, *sic enim simpliciter interpretamur, antigrapha enim, ex Eustathio, non debent pati violentiam.*
Ῥεῦμα. Rheuma.
Πολλάκις δὲ, καὶ ῥευματισθέντος τοῦ πνεύμονος διά τινα ἄλλω αἰτίαν ἐκ μορίων, οὐκ ἐκ τῆς ἐκ τῆς κεφαλῆς. Multoties vero pulmone rheumatizante, propter aliam causam ex aliis partibus, non à capite, neque à partibus ad ipsum caput spectantibus.
Ῥευματίζεσθαι. Rheumatizare.
Ἀπότηξις. Colliquatio.
157 Ῥευματισμὸς. Rheumatismus.
Ἐκπυηθῆναι. Suppurari.
159 Quidpiam Συγγενές. Cognatum.
Τὴν γλῶσσαν ἀκρατὴς. Qui habet linguam incontinentem, Incontinens linguam, Impotens ad linguam movendam.
160 Ῥέγχος. Stertor.
Πάντα παροξύνθη. Omnia sunt exacerbata.
1d3 Τὸ θεῖον. Quidpiam Divinum, extremè, & occultissimè Malignum, ut Fernelius de Abditis Morborum causis in immensum usurpat.
Ἄπεπτον. Incoctile.
164 Ὀῤῥὸς. Serum.
165 Πνευματικὸς. Pneumaticus.
Icterus Κατακορὴς. Admodum saturatus.
167 Δυσκρίτους, aut δυσανιάτους. Malè judicatos, & insanabiles.
168 Ἄφωνος. Aphonus, Insonus, *ex Theodoro Gaza, in vocalis.*

169 Ὑπόχλωρος. Subviridis.
Ὀρθοστάδην. In erectum stans.
170 Ἔφοδοι, ῥοπαί, καὶ κινήσεις. Viæ, Vergentiæ, Motus.
Ἐξέρυθρον. Valdè rubens.
171 Τῶν ἀποκρουστικῶν. Repellentium.
Κρίσιμον μὴ κρῖνον. Judicatorium non judicans.
172 Ἀξιολόγως. Non pro dignitate morbi.
173 Ἄφωνος. Aphonus.
Ἀτονία. Toni dissolutio.
Ἐκ τῆς δὲ ἀτονίας. Ex atonia.
174 Ἀνθρακώδης. Garbunculosus.
Εὐήθης. Boni moris.
Αἱμόφοβος. Hæmophobus, Aquisuga, *ex Cel. Aurelian.* Aquam timens.
175 Ἐν τῇ διαφορήσει. In diaphoresi.
176 Ἐπιδημικόν. Epidemicum.
Σποραδικόν. Sparsum, Sporadicum.
Ἀσινέες. Innocui.
Ὑπερκαθάρσεις. Superpurgatio, Hypercatharsis.
Οὐσία. Substantia, Essentia.
Διαθέσεις. Dispositio.
Κακοπραγία. Mala actio, & infortunium.
Ἔκλευκοι. Exalbidi.
Ἰχωροειδές. Ichoroides.
177 Συστροφή. Systrophe, Restagnatio, Concretio.
Πεπασμός. Concoctio.
178 Ἀπὸ τῶν ἀγγείων, aut ἀπὸ τῶν ἑλκέων, A vasis, aut ab ulceribus.
Ἰχωροειδής. Ichoroides.
Τριταιοφυέων. Febrium tertianarum naturam referentium.
Ἀφωνία, ἄφεσις. Aphonia, Vocis carentia, & Aphesis, Morbi remissio
Καταφοράς, καταλήψιας, κατοχὰς καὶ κώματα. Kataphoras, Katalepsis, Katochas, & Komata.
Περὶ τοὺς παροξυσμοὺς, καὶ ἀφωνία, καὶ λήθη, καὶ ἄφεσις. Circa Paroxismos, Aphonia, & Lethargus, & Exolutio, & Virium projectio.
300 Μικρὴ αἰτίη, ἄκεσιν λύεται, ἢν μή τι περὶ τόπον κύριον πάθη. *Hippocr. lib. de Præceptis.* Parva causa medella exolvitur, nisi quid circa locum principem fuerit affectum.
301 Ἐπιτροχάδην ἀγόρευε Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως. Atrides vero succinctè pauca sed valdè argute concionabatur. Ἀντὶ κεφαλωδῶς, ταχέως, ἐν τῷ ἐπιτρέχειν τὰ πολλὰ, ἐσπευσμένως. Summatim, per capita, cum celeritate, ut plurimum percurrendo, quoniam non erat, πολύμυθος, multiloquus. Ex Eustathio Iliad. γ.
Ῥήματα. Verba.
Νοήματα. Notiones.
Τὴν ἀνακεφαλαίωσιν. Per capitulationem.
302 Λογοδαιδάλους καὶ σοφιστάς. Logodedalos, Verbosos, & Sophistas.
303 Ἐνθουσιασμός. Enthusiasmus.
Ἐπίλογος. Epilogus.
Βραχυλογία. Breviloquentia.
Τὴν πρόνοιαν. Prævidentiam.
304 Ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος. Totus homo à generatione morbus est.
311 Περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων. De Capitis vulneribus.
312 Τὰ σπασμώδεα ἐπὶ τῇ τελευτῇ, Convulsiones propè mortem.
Τελευτᾶν. Mori, Desinere.
Τὸ κρίνεσθαι. Judicari.
Ἀκρατέες. Impotentes.
313 Τρώματος. Vulneris.
Ἔκλεψαν δέ με τὴν γνώμην αἱ ῥαφαί. Deceperunt meam cogitationem Suturæ.
Μεσοπλεύριον. Intercostales.
314 Σπασμῶδές τι. Quidquam spasmodicum.
Σπασμὸς φυσώδης. Convulsio flatulenta.
Αἱ συνολκαὶ σπασμώδεες. Tractus Spasmodici.
315 Διάθεσις σπασμώδης τοῦ στόματος τῆς γαστρός. Diathesis Spasmodica ex ore ventriculi.
Τὰ πάθη σπασμώδεα. Passiones spasmodicæ.
Τῶν τρωμάτων. Vulnerum.
Τὰ σπάσματα. Spasmata.
Σπασμόν τινα. Convulsionem quandam.
Ἐμπροσθότονος. Emprostotonos.
Ὀπισθότονος Opistotonos.
316 Τάσις, Tensio.
Κίνησις. Motus.
Ἐν τῇ κινήσει. In motu.
Ὄμμα πεπηγός. Oculus defixus.

Διὰ

Διὰ τὴν τάσιν ἰσόῤῥοπον. Propter tensionem ęqualis tendentiæ.

Εν τῷ γίγνεϑαι, ἐν τῷ γενέϑαι. In fieri, in facto esse.

Τὸ βλέφαρον ῥιγνὸν, συνεςαλμένον. Palpebra incurvata, Disrupta, Contracta.

Διὰ τὴν τάσιν σπασμώδεα. Propter tensionem convulsivam.

Συςροφὴ, vel συςολὴ. Systrophe, Systole.

Συςέλλεϑαι κ̀ συςρέφεϑαι. Contrahi, Perverti.

Α'πεςραμμένον, συνεςαλμένον, καμπύλον ἢ ῥιγνόν. Perversum, Contractum, Incurvatum, vel Disruptum.

Α'ποςροφὴ, ἢ καμπυλότης, aut συςολὴ Perversio, vel Incurvatio, aut Contractio.

Καμπύλονται, συςρέφονται, κ̀ συςέλλονται. Incurvantur, Pervertuntur, Contrahuntur.

317 Τῶν προγνωςικῶν. Prognosticorum.

Α'προαίρετος. Involuntarius.

Α'πὸ τοῦ τόνου. A tono.

Τόνος ἀπὸ τοῦ τείνεϑαι ac τὸ τείνεϑαι ἢ σπᾶϑαι. Tonus à tendendo, Tendi, Convelli.

Ε'ν τῷ τόνῳ ἀκινησίαν. In tono motus ablationem.

Τὸ σπᾶσϑαι. Convelli.

Τὸ δὲ τινόμενον. Quod tensum est.

Ε'ν τῇ τάσει. In tensione.

Ε'ν τῇ λύσει. In solutione.

Τόνον, & κίνησιν τονικὴν. Tonon, & motum tonicum.

Ε'ῤῥιψις κ̀ τῶν ἄρθρων ἀνάκλασις, ἢ τὰ σκέλεα διακεκαμμένα, κ̀ διαπεπλεγμένα. Dejectio, & articulorum reflexio, & recurvatio, & crura contorta, & complicata.

Κὰι τόνος κ̀ τάσις. Tonus, & Tensio.

Λύσις ἢ ϑάνατος. Solutio, & mors.

Α'πὸ τοῦ τείνεσϑαι. A tendendo.

Εν κινήσει τονικῇ. In motu tonico.

Ε'ῤῥιψις κ̀ τὸ διαπεπλεγμένον κακόν. Dejectio corporis, & complicatio crurum pessima est.

Εκτείνεσϑαι. Vehementer contendi.

318 Ε'ν τετάνῳ κ̀ ὀπισϑοτόνῳ. In Tetano, & Opistotono.

Τόνον κ̀ τάσιν τινά. Tonum, & Tensionem quandam.

Εν τόνῳ κ̀ τάσει. In Tono, & Tensione.

Ε'ν τῇ τάσει. In Tensione.

Σπασμὸς. Spasmus.

Τέτανος. Tetanus.

Λύονται. Solvuntur.

Μαλϑακῶς. Molliter.

Διάρϑρωσις ἢ συνάρϑρωσις, Diarthrosis, & Synarthrosis.

Περὶ ἄρϑρων. De Articulis.

Α'ρϑρωδία διάρϑρωσιν. Arthrodia ad Diarthrosin refertur.

Α'προαίρετον. Spontaneum.

Α'πὸ τῆς τάσεως. A Tensione.

Α'πὸ τοῦ τόνου. A Tono.

Τῶν νεύρων & τῆς ἐντάσεως. Nervorum, & Tensionis nomen est.

Ε'κ τοῦ ὀπισϑοτόνου ἢ ἐμπροσϑοτόνου. Ex Opistotono, & Emprostotono.

320 Ventriculi Ὑπτιασμὸς & ἀνατροπή. Supinitas, & subversio.

Υ'πτιασμὸς. Supinitas.

Χρονίαν μοίρης τινὸς ἐπίκλισιν. Diuturnam cujusdam partis inclinationem.

Συνεχῶς. Assiduè.

Τὸ κρύος. Frigus.

321 Κατὰ συμπάϑειαν. Secundum Sympathiam.

Κατ' ἰδιοπάϑειαν. Secundum Idiopathiam.

Σπασμός τις. Convulsio quædam.

322 Εὐϑυωρία, & τὸ κατ' ἴξιν. Rectitudo fibrarum, & quod est secundum rectitudinem.

Medicos Πνευματικοὺς. Pneumaticos.

323 Τὸ πρῶτον αἰσϑητικὸν. Primum sensibile.

324 Ε'πιγενόμενον. Epigenomenon, & superveniens.

Τοῦ ἐπιδεκτικοῦ. Suscipientis.

Τὸ κρύος. Frigus.

Συνάγεσϑαι, σφίγγεσϑαι. In unum cogi ac cohiberi.

Καὶ τὸ ψυχρὸν, κ̀ τὸ κρύος, κ̀ τὸ ῥίγος, Frigidum, Frigus, Rigor.

325 Ο'μογενῆ. Ejusdem generis.

Κοινωνία. Communio.

Ο'σα κατὰ συμπάϑειαν γίγνεται νοσήματα, τούτων οὐδὲν ἐςι λυτικὸν τῆς ἐξ ἀρχῆς παϑῶν. Quicumque morbi per consensum, contagionemque fiunt, pri-

primarium morbum nullo modo tollunt.
Μετάστασις. Metastasis.
Διαφθείρεται. Corrumpitur.
326 Κατ' ἴξιν. Secundum rectitudinem.
Μετάστασίς τις. Quædam Metastasis.
Τὰ πυκνὰ μεταπίπτοντα. Frequentes Permutationes.
Ἄναυδος. Anaudos, sermonem non exprimens.
Μεταβολὴ καὶ μετάπτωσις. Permutatio morbi priori cessante.
Μετάῤῥυσις. Transfluxio.
Κατάῤῥυς & μετάῤῥυσις. Catharrhum, & Transfluxio.
Ὁ χυμὸς καταῤῥέων. Succus defluens.
327 Τὰς μήτρας ἀυανθείσας. Uteros exsiccatos.
Πρὸς τὴν ἰκμάδα. Propter humiditatem.
Τῆς ἰκμάδος. Humiditatis.
Τὸ σῶμα πάντη ἀνοιγόμενον, ἀναπνέον καὶ κινούμενον. Undequaque apertum, respirans, & motum corpus.
Κινούμενον. Motum.
328 Καταῤῥήγνυνται, καὶ τὸ ὅλον σῶμα καταῤῥήγνυται. Disrumpuntur, & totum corpus disrumpitur.
Ἐνεργειτικωτέρα. Magis efficacia.
Ἐπαναφέρει πρὸς ὁμοεθνίην. Refert ad partes affines, & cognatas.
Ἀπὸ ἔθνεως σμικροτάτου. A minima gentili, & cognata parte.
Ob affinitatem ὑπὸ ἔθνεως. Cognatæ partis.
Ἐξαγγέλλουσι. Denunciant.
329 Κατ' ἴξιν. Secundum rectitudinem.
Ἄφωνος. Aphonus.
Ἀκράτεια. Impotentia.
Παραλύσεως. Paralyseos.
Oculi Ἴλλωσις καὶ διαστροφή. Distorsio, & perversio.
Αἱ διοικοῦσαι δυνάμεις τὸ σῶμα, ἀνάγκης τινὸς καταλαβούσης σφοδράτερον ἐνεργοῦσι. Potentiæ rectrices corporis, ingruente necessitate vehementius operantur.
330 Ἀλύπως. Sine dolore.
Ἀποσβέννυται. Extinguitur.
Ἀεὶ φύεται, idest λέγουσί τινες, τελειοῦται. Perpetuo generatur, dicunt nonnulli, perficitur.
Αὐξάνεται. Augetur.
Τὸ φύεται. Generatur.
Καθ' ἑωυτὰ τὴν κρίσιν ποιέουσι. Per se ipsa judicationem faciunt.
Alia Τῇ φαντασίᾳ, alia τῇ δυνάμει. Per apparentiam, alia verè, & essentialiter.
Τὰ κατάγματα τῶν πλευρῶν, ὅταν ἁπλᾶ καὶ μόνα γένηται, τὴν μὲν φαντασίαν χαλεπωτέραν τῶν περιθλάσεων ἔχει, τῇ δυνάμει δὲ ἐπιεικεστέραν. Fracturæ costarum simplices, & solæ speciem quidem difficiliorem, & periculosiorem habent quam contusiones ipsæ, tamen vi & facultate mitiorem.
Ἔχειν τὴν κρίσιν non κρᾶσιν. Habere crisin, non crasim.
Καθ' ἑαυτά. Secundum ipsa.
Τῇ δυνάμει. Ex essentia.
Κατὰ τὴν φαντασίαν. Ex apparentia, & imaginatione.
Ἦν δὲ ταῦτα φοβερώτερα ἢ κακίω. Quæ erant magis terribilia, quam pejora.
332 Σπωολκαί. Tractus.
Τῶν πόνων χρονίων καὶ ἰσχυροτάτων ὄφελος ὁ θάνατος. Diuturnarum passionum, & fortissimarum, suffragium est mors. *Hippoc. Capit. Vulner.*
333 Ὁλκοί. Tractiones.
Μανία per ἔκστασιν. Mania, ecstasis.
334 Κατὰ συμβεβηκός. Secundum accidens.
Τὴν λύσιν. Solutionem.
Κατὰ τὴν διαδοχήν. Per successionem.
335 Λαθραίως. Latenter.
Ἀξιόλογοι. Effatu dignus.
Morbi capitis Θεῖον ἄδηλον καὶ θαυμαστόν. Habent quidpiam Divinum, Arcanum, & prodigio simile.
Ἄπνοια. Apnæa, Respirationis ablatio.
Ἀναυδία. Sermonis defectio.
Ἕλκεσθαι. Trahi.
Πρόδρομός τις. Quædam præcursio, ad τὰς σπωολκάς. Contractiones spasmodicas.
336 Πάθος. Passio.
Ἅπτεται. Attingit.
Ἐκτείνεσθαι. Tendi.
337 Ἐμπύρευμα. Empyreuma, Ignitio.
Ὀστοκόπος. Ostocopos, ossa defatigans.
Ὡς ἐπὶ τῶν τῆς ὑστέρας μεταστάσεων. Ad uteri secessiones.
Καταχρηστικῶς. Abusivè.

338

338 Ἐπιγενόμενα, διὰ τὴν αὔξησιν. Incidentia, propter incrementum.
Ἐπιγένεσις. Epigenesis, Supergeneratio.
Τὸ ἐπιγενέσθαι. Epigenomena, quæ superveniunt per incrementum.
Παραλύεται. Resolvitur.
Παράλυσις. Paralysis.
Νέκρωσις, λύσις, σφάκελος, & ἀναστοιχείωσις. Mortificatio, Solutio, sphacelus, Reelementatio.
Διὰ τῆς διαδοχῆς. Per successionem.
339 Ἀναστοιχείωσις, & ἀναισθησία. Reelementatio, & Insensibilitas.
Ὁμωνύμως. Æquivocè.
Ἐκ τῆς ὁδοῦ. Perfunctoriè.
Κακοήθειάν τινα. Malignitatem quandam.
Ἐξαίφνης ἀφανίζεσθαι. De repente evanescere.
Τὰ ἐπόδυνα ἀκρίτως καταμολυνθέντα, φλαῦρα, καταμολύνεσθαι. Quæ Dolorosa sine judicatione emolliuntur, Perniciosa sensim solvi.
Λύεσθαι κατὰ βραχύ. Breviter dissolvi.
Ἐξαίφνης ἀφανισθέντος χυμοῦ. De repente succis evanescentibus.
Τὸ ἐξαίφνης ἀφανισθῆναι τὰς ὀδυνηρὰς διαθέσεις, ἄνευ τοῦ κατ' ἄλλο τι μέρος τῶν προφανῶν ἀπόστασιν γενέσθαι, καὶ πρὸς τὰ σπλάγχνα δηλοῖ τὴν μετάστασιν τῶν λυπούντων γεγονέναι. Repente evanescere, & disparere dispositiones dolorificas præterquam quod in alia parte abscessum esse docet etiam ad viscera ipsa humorum molestiam inferentium fieri testatur.
Τὰ οἰδήματα καὶ φλεγμονάς. Oedemata, & Phlegmonas.
340 Καταμολυνόμενον. Quod sensim disparet absque ratione.
Τὸ μολύνεσθαι. Evanescere absque ratione.
Τὸ τῆς ὀξείης κινήσεως καὶ μεταβολῆς παυσάμενον καὶ ἀποψυχθέν. Acuti motus, & mutationis quies, & perfrigeratio.
Ἀφανίζειν. Evanescere.
Ἐν ποιᾷ κράσει. In qualitate Craseos.
341 Κατὰ συμβεβηκός. Secundum accidens.
Ἐν τῇ ἀναστοιχειώσει. In reelementatione.
Τῆς λύσεως καὶ σπασμοῦ καὶ τόνου. Solutionis, Spasmi, & Toni.
Περὶ διαδοχῆς. De successione.
Ἀδελφιξία. Cognatio, Communio, Consensus, Fraternitas, Affinitas.
Ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημά ἐστι κοινωνίας, στήθεσι, μαζοῖς, γονῆς καὶ φωνῆς. Testiculus tumefactus in tussientibus documentum est affinitatis cum pectore, mammis, genituræ, & vocis.
Κοινωνία. Communio.
Καρδιαλγία. Cardialgia.
Ὀῤῥὸς λεπτός. Serum tenue.
342 Ἀθρόως. Cumulatim.
Τόνον ἐκλείπειν, & velut λειποψυχεῖν, Tonum exolvi, & languescere.
Per quandam Ἀντίτασιν. Antitasim contranitentiam naturæ & morbi.
Natura est Ἀντίτονος. Contranitens morbo.
343 Κατὰ τὴν συμπάθειαν. Secundum consensum.
Τονικόν. Tensivum.
Μετάῤῥυσις. Transfluxio.
344 Εἱμαρμένη. Fatum.
Εἱμαρμένη, θάνατος. Fatum, Mors.
Ὁ Ἄνθρωπος εἱμαρμένος. Homo Fato obnoxius, FATATUS, *ut loquitur Isaac Causabonus*.
Ἀνακεφαλαίωσις, ἐπίλογος. Anacephaleosis, epilogus.
345 Περὶ Σπασμῶν. De Spasmis.
Ἐπιγέννημα. Epigenesis.
Ἀποδεικτικόν τι. Quidpiam demonstrativum.
Ἔμπηξις. Fixatio, Concretio, & quodammodo incuneatio.
Τρῶμα. Vulnus.

VERBA,

QUÆ GRÆCE' OCCURRUNT

In prima pagina Appendicis, & in Præfatione ad Stephanum Berglerum, latinè reddita.

I. Ἐπὶ Τῷ Ἀγαθῷ γίνεται Τὸ Πᾶν. Sallustius de Diis & Mundo. Cap. IX. Hanc ſententiam Jamblicus pluribus in locis explicat.

II. Ἐξηγήσεις τῶν γλωσσῶν. Exegeſes & interpretationes obſcuriorum verborum.

III. Τηλαυγής. Longè emicans.

IV. Homerus Ἐυμεταχείριςος. Qui manibus tractari poteſt ad modum Enchyridii, duobus enim parvis opuſculis Stephanus Berglerus Lipſiæ totum Homerum edidit, & συντόμως illuſtravit.

V. Περὶ καθηκόντων. De Officiis. Nicolaus Maurocordatus Princeps Valachiæ, edidit elegantiſſimum libellum de Officiis ὑπεραττικῶς.

VI. Λείψανα, καὶ κειμήλια. Lipſana, & Cimelia.

VII. Ἀποσπάσματα. Fragmenta, & Collecta.

VIII. Γλωσαλγήτωσαν. Nugentur, Obloquantur. Αἱρετικοὶ γλωσσαλγήτωσαν, nugentur, Bilibaldus interpretatur. Nazianz. Orat. β. Γλωσσαλγέω, Lingua prurio, linguæ meæ venenum comoveo. Γλωσσαλγία, Linguæ prurigo, Morbus linguæ, Loquacitas, Linguacitas.

IX. Ἀρχαῖα. Antiqua.

X. Ἀποκάταςασις. Renovatio, in integrum reſtitutio. Multi ſomniant, de univerſali Rerum APOCATASTASI, apud Athenagoram de Mortuorum Reſurrectione.

XI. Ἰσόθεος φώς. Diis ſimillimus Vir. *Homer.*

XII. Μικρολόγοι. Puſilla ſectantes.

XIII. Ἀρχὴ παιδεύσεως ὀνομάτων ἐπίσκεψις. Principium Doctrinæ, nominum perquiſitio. *Epitect.*

XIV. Περιεργάζεσθαι. Curioſé agere, Inaniter laborare.

XV. Πολυπραγμοσύνη. Curioſitas, Negotiatio, Multarum rerum aggreſſio, earumque omnium actio.

ΤΟ' ΤΕ'ΛΟΣ.